REX concessit BARBARE FORRESTER, et DAVIDI LEVINGSTOUN apparenti de Donypace, conjugibus,—terras de Dascheris (vel Discheris), molendinum et terras molendinarias earundem, terras de Kingsyde et Kingsydemure, vic. Striviling; —que fuerunt D. Jacobi Forrestar de Gairdin militis; et 1 Mar. 1609 (comparentibus M. Rob. Narne advocato procuratore pro dictis Barb. et Davide, M. Tho. Rollok et M. Henrico Kynros advocatis procuratoribus pro personis infrascriptis), dicte terre (cum assedatione dicto D. Jac. facte per . . . de Hammiltoun de terris de Saltcoittis, vic. Striviling, et cum jure reversionum infrascript.) appreciate fuerunt[1] pro 7000 merc. dictis Barb. et Dav. debitis, et pro 350 merc. pro feodo Jacobi Lennox nuncii, vicecomitis in hac parte :—TENEND. dictis Barb. et Dav. in conjuncta

[1] Names of assize :—Mr John Home of Suanscheild (chancellor), Sir Jas. Murray of Tibbermure knight, Tho. Creichtoun younger of Bruntstoun, Jas. Fentoun of Ogill, John Fentoun of Ros, Rob. Winrhame agent, Alex. Jamesone in Eister Kennett, Mr William Yuill writer, Wil. Betoun burgess of Edinburgh, Robert Watsone burgess of Abirdene, Jas. Park burgess of Linlythgow, Alexander Ogilvy of Maderis, Wil. Ker writer, Alex. Hepburne shoemaker, Alex. Cairnis of Cultis. The court was first constituted 17 Feb. 1609, and continued. Besides the above advocates, there compeared Rob. Burges, servant as he alleged of Alex. Forrester maltster burgess of Striviling, who produced no letters of procuratory, and was found to be not his servant but a mere *tabellarius*. Clerk of court, John Buchannane notary public and writer to the king's signet.

infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Dav. quibuscunque :— absque prejudicio annui redditus 60 bollarum farine avenatice de dictis terris et molendino de Discheris, per dictum D. Jac. concessi Andree Cowane burgensi de Striviling et Issobelle Alexander ejus sponse, sub reversione 3000 merc. ; et dispositionis earundem terrarum Joanni Adamesoun notario in Striviling et Agneti Layng ejus sponse, in speciale warrantum terrarum de Gimmerschaw ; et annui redditus 41 bollarum 3 firlotarum ordei, 4 firlotarum ordei et 4 firl. farine, per dictum D. Jac. concessi quondam Joanni Forrester de Litle Dennovane et Davidi Muschet de Calyechatt equaliter inter eos, sub reversione 3000 mercarum :—et voluit rex quod dictus D. Jac., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dictas summas persolverent infra septennium :— TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 42.

60. Apud Quhythall, 13 Maii.

REX, pro bono servitio, concessit et de novo dedit D. GEORGIO HOME juniori de Manderstoun militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—orientalem partem terrarum dominicalium de Duns vocat. Duns-maynis, viz. *lie* Elphole et Cakelaw, 10 terras husbandias in Graden extendentes ad tertiam partem ville et territorii ejusdem, cum earum piscaria extenden. ad tertiam partem piscarie de Damfurde, vic. Beruik; terras de Snwke cum decimis garbalibus inclusis, cum piscatione salmonum in Tilmouthhauch et Litlehauch super aqua de Tweid, cum earum molendinis, 10 terras husbandias in Symprene vocat. terras ecclesiasticas, cum tenentibus &c., vic. Beruick ;—que terre de Snwke et seqq. olim de monasterio de Cauldstreme tente sunt;—6 mercatas terrarum de Press, 4 mercat. de Hielawis, 5 solidatas vocatas Mawisbalk terris de Hielawis adjacentes, 4 sol. vocat. Mawisaikeris, cum tofta earum vocat. *lie outsett*, in territorio ville de Eymouth, 4 mercat. de Beinrig cum molendino, 4 mercat. de Flures, 4 terras husbandias in villa de Rentoun, 8 acras vocatas Grevestyle et Halbank in villa de Coldinghame extenden. ad 10 solidat. terrarum, 10 solidat. vocat. Sacristanescroft prope villam de Coldinghame, 23 sol. 4 den. vocatas Caponland prope dict. villam, cottagium in dicta villa extendens ad 6 solidat. 8 den., ¼ terre husbandie in villa et territorio de Aytoun, ½ terre husb. in Auchincraw, dimidium molendini granarii de Aytoun cum ejus terris &c., in baronia de Coldinghame, vic. Beruick;—olim tentas de monasterio de Coldinghame ;—quas omnes D. Alex. Home de Manderstoun miles, pater dicti Geo., cum consensu Domine Cristine Erskene sue sponse resignavit apud Edinburgh ; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Snwke, ordinando maneriem de S. principale fore messuagium :—RESERVATO dictis Alex. et Cris. libero tenemento dict. terrarum &c. de Snwke cum piscatione, Duns-maynis et Graden cum piscatione :— REDDEND. pro Duns-maynis unum den. argenti nomine albe firme; pro Graden cum piscaria 10 lib. 13 sol. 4 den. feudifirme, necnon duplum feudifirme in introitu heredum, cum sustentatione domorum et politie solo corresponden.; pro Snwke &c. et Symprene 83 lib. 6 sol. 8 den. feudifirme, ac duplum &c. (*ut sup.*); pro Press 6 merc. feudifirme, et pro reliquis 20 libras, cum 12 caponibus et 4 pultreis pro Rentoun, necnon duplum &c. (*ut supra*) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 315.

61. Apud Quhythall, 13 Maii.

REX confirmavit cartam Alexandri dom. Home (postea com. de Home dom. Jedburgh et Dunglas),—[qua ad feudifirmam dimisit consanguineo suo D. ALEXANDRO HOME de Snuke militi, filio natu maximo Alexandri H. de Manderstoun, heredibus ejus et assignatis quibus-

---

By decreet arbitral pronounced by Jas. lord Colvill of Culros, of date 23 Jan. 1608, recorded in the books of council and session, the said Sir Jas. was ordered to pay the said Barbara and David 11000 merks in two instalments, with £1000 expenses for each instalment in case of failure ; of which the second instalment remained unpaid.

cunque,—terras de Manderstoun, viz. *lie* Ovir et Nethir Manderstounes, Pannalrig et Spratishauch, cum manerie (per dictos Alex. H. de M. et ejus filium possessas), vic. Berwik:—Reddend. dicto domino 20 libras; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Pat. Home de Brumehous:—Test. Jo. Home de Hutounhall, Gaspero Home de Lawfeild, M. Joanne Neisbett servitore dicti dom., Petro Hewat, Ric. Cas, scribis signeti regii, Tho. Wilsoun servitore dicti Richardi (scriptore carte):—Apud Vicum Canonicorum, 26 Aug. 1595]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 317.

62. Apud Edinburgh, 16 Maii.

REX ad feudifirmam dimisit JOANNI AMBROSE nuncio regio in Dunkeld, et MARGARETE LAUDER ejus sponse,—tenementum seu duas rigas terrarum ad finem orientalem civitatis de Dunkeld (inter tenementa Pat. [Cruvyn][1] et Math. Garvy, et croftam Tho. Mortimar), tenementum cum domibus, hortis, horreo, brasiario, ustrino *lie kill* (ad quondam Jo. Ambrose patrem dicti Jo. pertinens), jacens ibidem (juxta ripam vocat. Ambrose-bray);—que ex antiquo ad prebendarios de Fongorth pertinuerunt:—Tenend. dictis Jo. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Jo. quibuscunque:—Reddend. pro priore tenemento 6 sol. 8 den. feudifirme antique, et 16 den. augmentationis, pro altero 13 sol. 4 den., et 8 den. augmentationis, in toto 22 sol.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 303.

63. Apud Edinburgh, 19 Maii.

REX concessit JOANNI DIKSOUN, filio legit. quondam Joannis D. apparentis de Belchester, et ISSOBELLE BRUNTFEILD ejus sponse in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Jo. quibuscunque,—2½ terras husbandias in Newtoun, vic. Beruick;—necnon dicto Jo., et heredibus suprascript.,—2 terras husbandias in Littill Thank, 3 terras husb. cum terra cottagia in Birgeam, terram husb. in Ersiltoun vocat. Quhytelawis, vic. Beruik;—quas omnes Pat. Diksoun de Belchester filius et heres quond. Joannis D. de B., pro perimpletione contractus inter se et dictum Jo. fratris sui filium, resignavit:—et rex,—quia liquido constabat quod occasione civilium bellorum et invasionum ab exteris hostibus factarum et per temporis injuriam complurium subditorum infeofamenta deperdita fuerunt, et quod cetera infeofamenta terrarum suprascript. combusta fuerunt,—dispensavit cum carentia dict. infeofamentorum; et suprascripta dictis personis de novo dedit:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 304.

64. Apud Edinburgh, 19 Maii.

REX concessit D. ROBERTO HAMMILTOUN de Goslingtoun militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Craiglockart, cum fortalicio, maneriei loco, cunicularii, vic. Edinburgh;—que, de rege per servitium warde tente, regi devenerunt propter alienationem absque consensu regis factam per D. Jac. Kincaid de eodem militem, quondam Jac. K. de eodem ejus patrem, quondam Jac. K. de eodem ejus avum, vel alios eorum predecessores:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 321.

65. Apud Edinburgum, 23 Maii.

REX,—cum consensu &c. (140.),—confirmavit cartam Davidis Balfour de Powhous,—[qua, pro impletione contractus de data presentium, vendidit WILLELMO SPENS in Grange de Lundoris—terras de Inchery, cum communiis &c., in dominio et senesc. et vic. de Fyiff:—Tenend. dicto Wil. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione ejus de corpore legit. procreat., quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Wil. quibuscunque et assignatis, irredimabiliter, de rege in feudifirma:—Reddend. 16 mercas; et molendo grana ibi

[1] Supplied from *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxviii. fol. 72.

crescentia apud alterum molendinorum de Denmylne et Wodmylne, et multuras consuetas persolvendo; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et habendo bonum largum hortum bene fossatum et septum cum esculis (*hawthorne*), salicibus (*sawche*), alnis (*aller*), tremulis (*esp*), cum fraxinorum (*esch*), platanorum et ulmorum (*elme*) plantatione ad ratam assedationis, viz. pro unaquaque merca 3 arbores, pro circuitu dict. hortorum; cum seminatione mericarum (*brome*), sustentatione nemorum et lucorum per fossationem et *lie hayning*: et ad seminand. cannabem et linum extra hortum caulium et non infra; cum prohibitione alienandi absque consensu regis; et habendo prata ubi commode haberi potuerunt; et essent armati ad gradiend. cum rege in exercitibus &c.:—cum precepto sasine:—TEST. Michaele Balfour de Denmylne, Rob. B. fratre germano dicti Dav., Jo. Condy portionario de Grainge, Jo. Fluiker in Inchery, Steph. Patersone clerico senescallatus de Fyiff, Jo. Nicoll, notariis, Alex. Merschell (scriptore carte) et Jo. Litilljohnne servis dicti Steph.:—Apud Faulkland, 29 Apr. 1609]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xlv. 305.

66. Apud Edinburgum, 26 Maii.

REX concessit et de novo dedit ALEXANDRO STRATHAUCHIN juniori (nepoti Willelmi S. de Glenkindie ac filio legit. natu maximo Alexandri S. filii natu maximi dicti Wil., inter eum et quondam Eliz. Forbes ejus conjugem procreato), heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Glenkindie, terras dominicales ejusdem, cum manerie et fortalicio, molendinum de G., ejus terras &c., villas et terras de Ardler, cum silvis de Aldnakist et Luchory, villas et terras de Fermetoune de Glenkindie, Delroisache, Craigingour, Lechorie, Tollofraik, Leargkindie, Tornahaithneiche, Rinnavoen, molendinum fullonum de Glenkindie, cum tenentibus &c., in comitatu de Mar, baronia de Glenkindie, vic. Abirdene;—quas dict. Wil. S. resignavit:—TENEND. cum libera foresta:—RESERVATO vitali redditu dicto Wil.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 307.

67. Apud Edinburgh, 26 Maii.

REX confirmavit WILLELMO COKBURNE de Skirling, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Lethame, cum manerie, turre, tenentibus &c., necnon acras arabiles que ad quondam D. Jac. Cokburne de Skirling militem et D. Wil. C. de S. militem avum et patrem dicti Wil. pertinuerunt, jacen. apud burgum de Hadingtoun, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—quas idem Wil. resignavit; et quas rex ei de novo dedit, viz. Lethame cum manerie &c., terras de Wittoune, Mylneflat, Borrowfeild alias Crayslandis, acras arabiles apud dictum burgum, Newwark alias Langcrane, cum communitate et communi pastura earum; et omnes incorporavit in unam tenandriam de Lethame, ordinando turrim et maneriem de L. principale fore messuagium:—REDDEND. 2 den. argenti nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 308.

68. Apud Edinburgh, 26 Maii.

REX confirmavit cartam factam per Alex. episc. Dunkeldensem, cum consensu decani et capituli,—[qua,—intelligens villam de Nethir Crawmond fuisse ab antiquo partem terrarum dominicalium de Crawmond, tractu temporis per colonos dict. terrarum in eorum piscatoriosque ac maris et portus trajectionisque usus edificatam,—ratificavit *cartas* 1444 *et* 1793 *tomi precedentis*;—et de novo ad feudifirmam dimisit ALEXANDRO DOUGLAS clavigero ordinario in supremo senatu regis (hereditario feudifirmario infrascriptorum de rege et postea de Petro episc. Dunkelden.), heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—*lie* Maynis de Crawmond cum decimis garbalibus inclusis, fortalicium et maneriem de C., officium ballivatus terrarum et ville de C., cum tenentibus &c., villam et terras de Nethir Crawmond, cum toftis, croftis, molendinis, piscationibus tam in aquis dulcibus quam salsis, cum *lie swerff*, *wrak* et *wair* eis adjacen., cum decimis garbalibus dictarum croftarum inclusis, cum communia dict. ville et terrarum (que fuit propria pars dict. terrarum dominicalium), tenentibus &c., cum decimis garbalibus dicte communie inclusis, cum *lie poirt*, *hevin* et *harberie*

dicte ville, cum custumis, anchoragiis &c., molendina tam granorum quam fullonum super dict. terris, et carbones in eisdem, vic. de Edinburgh; omnia incorporata in tenandriam de Nethir Crawmond; cum potestate molendina tam granorum quam fullonum edificandi, carbones in dict. terris et in litoribus et mari tam extra quam intra fluxum et refluxum ejusdem effodiendi; cum privilegio habendi scaffas et cimbas, alia piscatoria et trajectoria vasa, in aqua de Crawmond, cum freto, naulis &c. ;—que omnia dictus episc. incorporavit *ut sup.*, ordinando fortalicium et maneriem de Crawmond fore principale messuagium: —REDDEND. dicto episc. 120½ merc., et 19 lib. 13 sol. 4 den. nove augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum; ac prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia apud Abirlady :— cum precepto sasine directo M. Jo. Schrogie advocato :—TEST. M. Jo. Schrogie advocato coram concilii dominis, Wil. Hay servitore Francisci com. Errolie, Jo. Lindesay servitore dicti episc., Geo. Ogilvy scriba, Rob. Rawsoun scriba signeto regio (scriptore carte) :—Apud Edinburgh et Dunkelden, 7 et 11 Apr. 1609]:—PRETEREA supra-scripta quitteclamavit :—TEST. 100. 46. 93. 112. 72. 86. 49. 78. xlv. 333.

69. Apud Grenewiche, 26 Maii.

REX,—cum consensu &c. (126.),—in feudifirmam dimisit et de novo dedit JOANNI COMITI DE MAR domino Erskyne et Garioch, heredibus ejus et assignatis,— terras de Kersie cum manerie, in baronia de Cowie, vic. Striviling ;—que fuerunt Jacobi Abircrumbie feodatarii earundem, tente de rege vice abbatie de Cambuskynneth; et regi devenerunt ob earum alienationem et non oblationem superiori pro pretio per alios oblato secundum provisionem originalis infeofamenti :—REDDEND. 28 merc. (viz. 20 mercas pro firma et 8 merc. pro gressuma), cum 8 aucis domitis et 12 caponibus, et 4 merc. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et si in solutione deficerent infra 30 dies post terminum, firmam duplicarent; et si transirent 40 dies post terminum solutione non facta, firmam triplicarent; et si officiarios deforciarent in distringendo pro feudifirma, esset forisfactura hereditatis; et si dictas terras aut earum majorem partem alienarent non eas offerendo regi pro pretio per alios oblato, hec locatio expiraret; necnon prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia apud monast. de Cambuskynneth :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 361.

70. Apud Edinburgh, 1 Jun.

REX,—cum avisamento &c. (126.),—concessit et de novo dedit D. WALTERO DUNDAS de eodem militi, heredibus ejus masc. et tallie in ejus infeofamento terrarum et predii de Dundas contentis,—peciam terre nuncupat. *the Freiris-croft*, olim ad Fratres Carmelitanos ville Portus Regine spectantem, in villa *lie* Ferrie, cum hortis et viridariis adjacen., prope ecclesiam S. Marie (intra bondas specificatas), in baronia de Weynchburgh, vic. Linlithgow ;—quam Rob. Dundas filius legit. quondam Georgii D. de eodem resignavit :—INSUPER rex,— habens in manibus suis ecclesiam de Levingstoun et rectoriam ejusdem cum ejus decimis et redditibus, per dimissionem abbatis et conventus de Halyrudhous,— dissolvit dict. ecclesiam a dicto monasterio, et erexit rectoriam sive personatum apud eandem, cujus advocationem ad dict. peciam terre univit, constituendo dictos Walt. &c. hereditarios patronos ejusdem :—REDDEND. 10½ mercas devorie antique, et 40 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 310.

71. Apud Edinburgh, 6 Jun.

REX concessit et de novo dedit familiari suo D. THOME HAMMILTOUN de Bynnie militi, advocato suo et uni dominorum et senatorum collegii justitie,—terras et baroniam de Byres, cum *lie* Maynis, castro, maneriebus, terras de Caldrow, terras ac *lie* Maynis de Drem, terras de Dremhill, Cottis, Middilthrid et Cotaikeris infra Drem, Sanyngis, Muretoun, Mungoiswallis, Garmylstoun et Harvestoun, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh; cum advocatione ecclesie de Hadingtoun rectorie et vicarie ejusdem, et capellanie nuncupate *the Ladie-chapell of Drum* [vel Drem] (ab

antiquo fundate per quondam Wil. dom. Lindsay et postea ad capellaniam et altaragiam in ecclesia parochiali de Sanct-Androis fundatam ad *the Trinnitie-alter* annexe infra partem dicte ecclesie nuncupatam *the-Lord-Lindsayes-ile*) ;—quas Jo. dom. Lindsay de Byres, et D. Rob. Lindsay de Orkie miles ejus frater germanus pro suo interesse, resignaverunt ; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Byris, ordinando castrum de B. principale messuagium fore :—TENEND. dicto D. Tho. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Thome H. de Preistfeild ejus patri et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti D. Tho. quibuscunque :—REDDEND. pro Byres et Caldrow unum par calcarium deauratorum nomine albe firme ; pro Maynis de Drem et seqq. servitia warde &c. ;—et rex, pro bono servitio dicti D. Tho., taxavit wardam &c. ad 60 lib., et maritagium ad 500 merc. (quia dicte terre ab antiquo ad baroniam de Petcruvy annexate fuerant, que in taxta warda tenta est pro 100 lib. durante tempore warde &c., et 1000 merc. pro maritagio) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xlv. 312.

72. Apud Regiam de Grenewiche, 6 Jun.

REX constituit GEORGIUM MARISCALLI COMITEM, dom. Keithe,—commissionarium suum pro comitiis regni Scotie 15 Jun. 1609 Edinburgi convocatis solummodo ; cum potestate statuta ratificandi, ceteraque que per quondam Jo. com. de Montrois supremum procuratorem suum seu per Lennocie ducem supremum procuratorem in proximis comitiis acta fuerant faciendi. xlv. 357.

73. Apud Edinburgh, 7 Jun.

REX concessit et de novo dedit GEORGIO LYILL seniori filio et apparenti heredi Georgii L. de Stanypeth, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Stanypeth, cum castro, villa de S., molendino ejusdem, terris molendinariis &c., in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh ; terras de Hoprigscheillis, Bassinden orientali et occidentali, terras de Quhytlacloves et Foulfurdeleyis, terram husbandiam in Colbrandispeth, mercatam terrarum in Schirnesyde, terras de Newtoun de Birgem, Langbirgem, Lyillisknow de Lochtoun, cum molendino vocato Duns-mylne, cum tenentibus &c., vic. Beruik ;—quas dictus Geo. senior cum consensu Agnetis Hammiltoun sponse sue resignavit :—RESERVANDO dictis Geo. seniori et Ag. vitales redditus terrarum de Stanypeth cum fortalicio et maneriei loco, ville et molendini et S., et dict. terrarum de Bassinden :—et rex voluit quod unica sasina apud fortalicium de Stanypeth capienda pro omnibus sufficiens esset :—REDDEND. jura et servitia consueta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xlv. 330.

74. Apud Grenewiche, 7 Jun.

REX,—virtute acti parliamenti apud Edinburgh mense Jun. 1609 tenti,—cum consensu &c. (126.),—confirmavit D. JOANNI HOME de Northberuik militi, heredi provisionis et successori quondam Alexandri H. de N.,—terras et baroniam de Northberuick (viz. terras dominicales de N., cum manerie, *lie linkis*, piscariis et decimis piscium integri portus de N., terras *lie* Fermelandis seu Fermeaikeris, occidentalem partem ville de Northberuik nuncupat. *lie* Nungait [ex occidentali latere torrentis *lie* Clartie-burne], terras de Heuch, Northberwicklaw, pratum nuncupat. Lawmedow, molendina de Kinkeith cum croftis, alias quatuor croftas ex australi parte burgi de Northberuik, 2 terras husbandias in Benestoun, molendinum granarium *lie* Over-mylne de Lyntoun super aqua de Tyne cum toftis &c., in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh ; terras de Grange de Breich cum mansione, in parochia de Calder, vic. Edinburgh ; terras de Monthryve, Atherny et Grange, vic. Fyiff ; cum fortaliciis, maneriebus, molendinis, piscariis, tenentibus &c., feudifirme firmis, extendentes in integro ad 28 librat. 10 sol. antiqui extentus) ; necnon decimas garbales aliasque decimas et devorias rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Northberuik, quas ad dictam baroniam univit ;—quam baroniam cum advocatione dicte ecclesie, olim ad abbatiam de North-

beruick pertinentem et ab acto annexationis exceptam, et dicto Alex. per regem concessam, idem D. Jo. cum consensu rectoris dicte ecclesie resignavit;—necnon insulam *lie Inche* de Langbeland (olim ad dictam abbatiam pertinentem, et tunc a corona dissolutam), cum advocatione capellaniarum sive altaragiorum nuncupat. *Ladie-altar*, *Rude-altar* et *Sanct-Sebastianis-altar* ex antiquo in dicta ecclesia fundat., declarando dicta altaragia libera esse a solutione tertiarum sive aliarum impositionum imponend.; necnon sepulture locum per dictos Alex. et D. Jo. fundatum in orientali fine dicte ecclesie ad sepeliend. ipsos eorumque posteritates;—que omnia rex de novo incorporavit in liberam baroniam de Northberwik, ordinando maneriem de N. *lie* Newwark principale fore messuagium:—RESERVANDO regi nominationem ministrorum dicte ecclesie:—TENEND. dicto D. Jo. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, M. Alexandro Home ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Gavino H. ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Alexandro H. filio legitimo quond. Davidis H. de Rollandstoun fratris germani ejusdem D. Jo., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Georgio H. fratri germano ejusdem D. Jo., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., D. Patricio H. de Polwart fratri germano ejusdem D. Jo., et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., dicto D. Jo. et heredibus ejus masculis, cognomen et arma de Home gerentibus, et eorum assignat. quibuscunque:—REDDEND. pro antiqua baronia 154 libras 6 sol. 8 den., pro dicta insula 3 sol. 4 den., in toto 154 libras 10 sol. albe firme (reservando Alexandro Home olim janitori castri de Edinburgh, pro ejus vita, pensionem de dicta alba firma debitam); necnon ministro apud ecclesiam de Northberuik pro ejus stipendio 300 mercas, cum 18 bollis avenarum, 12 bol. ordei, 2 bollis tritici (reservando dicto ministro mansionem et glebam dicte ecclesie prout tunc possesse sunt):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 372.

75. Apud Grenewiche, 8 Jun.

REX confirmavit cartam Jacobi dom. de Balmerinoch &c.,—[qua vendidit (familiari servitori regis) [D. RICHARDO PRESTOUN de Haltrie militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras, dominium et baroniam de Dingwall (viz. superioritatem ville de D. cum censubus burgalibus ejusdem, terras dominicales de Kynnairdye, terras de Glakkis que fuerunt quarta pars dict. terrarum dominicalium, terras de Dalmalook, Inchevandie, Achtirneid, Drumglusk, Wester Fairbairne, Camry, Arcoune, Auchnaclirach, piscariam super aqua de Connan tam salmonum quam aliorum piscium quorumcunque, cum molendinis, piscariis, mansionibus, maneriebus, tenentibus &c., in comitatu de Ros, vic. Invernes; hereditarium officium custodie et constabularie castri de Dingwall, cum domibus et *lie Wardis*, cum 20 mercis pro feodo in custodia et sustentatione dicti castri de feudifirme firmis dict. terrarum de Kynnairdye, cum aliis feodis consuet.):—absque prejudicio infeofamenti feudifirme quondam Alexandro Bayne de Tullich vel Duncano Bayne ejus filio concessi super dimidietate ville et terrarum de Auchnaclirach:—TENEND. de rege in feudifirma:—REDDEND. *ut in* Regist. Magni Sigilli, A.D. 1580–1593, *cartis* 1337 *et* 1966[1]:—cum precepto sasine:—TEST. Davide dom. de Scone, Steph. Patersone notario publico, Tho. Haitlie, Geo. Carkettill, servitoribus dicti Dav., Antonio Quhyte scriba Edinburgi:—carta scripta per Geo. Sutherland servitorem dicti Antonii:—Apud Falkland, 26 Feb. 1609]:—INSUPER,—cum consensu &c. (140.),—suprascripta dicto Ric. de novo dedit, cum jure suo ratione forisfacture dicti Jac.; et eadem de novo incorporavit in liberum dominium de Dingwall, ordinando dictum castrum principale fore messuagium ejusdem:—INSUPER concessit dicto Richardo, ejusque prescriptis, titulum et honorem domini parliamenti, DOMINI DE DINGWALL nuncupandi:—REDDEND. *ut supra*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 377.

---

[1] The *Reddendo* clause agrees exactly with No. 2152 of the previous volume, where see note. This charter, like that, refers to the infeftment of umquhile Sir Wil. Keith in the above lands.

76. Apud Grenewitche, 8 Jun.

REX,—cum consensu &c. (140.),—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit JACOBO JOHNESTOUN de eodem fideli et obedienti subjecto suo, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Newbie, cum fortalicio, maneriebus, molendinis, terris molendinariis, cum piscariis de Newbie et piscariis de Newskarris, cum sabulo de Edin (intra bondas specificatas), terras de Barmokirk, Croftheidis, Howis, Mylnebie, Mylnefeild, et Howmedow, 10 librat. terrarum antiqui extentus de Stabiltoun cum piscariis, 40 solidat. ant. ext. de Robgill, 2½ mercat. de Cummertreis cum piscariis, 2½ mercat. ant. ext. de Ellerbek, 10 mercat. ant. ext. de Middilbie, 3 mercat. ant. ext. de Galzeankyis (vel Galzeaneleyis), 13 solidat. 4 den. ant. ext. de Bydewode (vel Hydewode), 5 librat. ant. ext. de Preistiswodsyde cum *lie Saltcottis* earundem, 13 solidat. 4 den. ant. ext. de Ruvell, cum molendinis, piscariis, forestis omnium suprascriptorum, in dominio et senesc. de Annanderdaill;—cum jure suo ratione annexationis dicti dominii ad coronam;—et omnia incorporavit in liberam baroniam de Newbie, ordinando fortalicium de N. principale fore messuagium:—REDDEND. 53 lib. 6 solidos 8 den., cum ceteris devoriis in antiquis rentalibus contentis, et 6 libras 13 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 32.

77. Apud Edinburgh, 10 Jun.

REX,—cum consensu &c. (142.),—concessit et quitteclamavit JOANNI LEVINGSTOUN de Bandorane, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras *lie* Wynschelhauche extenden. ad 6 acras aut eocirca, jacen. prope pontem de Striviling (inter terras de Roploche ex occidentali, terras capellaniarum S. Laurentii et S. Jacobi intra ecclesiam S. Crucis de Striviling ex australi et orientali, aquam de Forth ex boreali), vic. Striviling;—que olim ad capellaniam S. Rochi apud pontem de Striviling pertinuerunt:—REDDEND. 6 lib. 3 solidos 4 den. feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 313.

78. Apud Regalem Maneriem de Grenewitche et apud Edinburgh, 11 et 24 Jun.

REX confirmavit cartam Georgii archiepiscopi S. Andree,—[qua, cum consensu sui capituli, concessit et de novo dedit GEORGIO DUMBARI COMITI dom. Home de Beruick, primario in Scotia questori &c., heredibus ejus et assignatis,—terras de Broxmouth, cum manerie, mansione, molendinis, cunicularii (intra bondas specificatas), in parochia de Dumbar, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—quarum vitalem redditum D. Geo. Home de Broxmouth miles, feodum Geo. H. ejus filius, cum consensu Jeanne Foullis sponse dicti Geo. junioris et aliorum in contractu inter dictum com. et eos inito contentorum, resignaverunt:—REDDEND. dicto archiepisc. 20 sol. albe firme:—cum precepto sasine directo Geo. Purves in Belheavin burgensi de Dumbar:—TEST. Jac. Baillie archipresbytero de Dumbar, M. Alex. Gledstanis primogenito dicti archiepisc., M. Davide Wod camerario dicti archiepisc., M. Wil. Douglas advocato dicti archiepisc., M. Wil. Kellie, Davide Logane ejus servo (scriptore carte), Pat. Baillie filio domini Lamyngtoun:—Apud Edinburgum, 21 Dec. 1608]:—INSUPER,—pro servitiis infra quadriennium prestitis per dictum comitem in justitia rite administrata et ferocissimis quibuscunque vicinarum gentium limitum accolis virtute, consilio et justa severitate pacatis secundum normam commissionis ei desuper directe,—cum consensu parliamenti tunc congregati, dictam cartam ratificavit, et dictas terras quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 354.

79. Apud Edinburgh, 15 Jun.

REX confirmavit cartam Georgii archiepisc. S. Andree,—[qua concessit et de novo dedit JOANNI MELVILL de Raith et MARGARETE SCOTT ejus conjugi in vitali redditu, necnon JOANNI MELVILL juniori, filio et heredi apparenti dicti Jo. senioris, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masculis et assignatis dicti Jo. junioris quibuscunque,—terras de Abden de Kinghorne-Eister, in parochia de Kingorne,

regalitate de Sanctandrois, vic. Fyiff;—quas idem Jo. senior resignavit:—REDDEND. dicto archiepisc. 11 libras feudifirme:—cum precepto sasine directo Jac. Boswall juniori burgen. de Kingorne:—TEST. M. Hen. Balfour advocato, M. Alex. Gledstanes filio primogenito dicti archiepisc., M. Wil. Dowglas advocato, M. Wil. Davidsone rectore de Far:—carta scripta per Jo. Ros servitorem M. Joannis Paip scribe Edinburgi:—Apud Edinburgum, 7 Jan. 1609]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xlv. 325.

80. Apud Edinburgh, 17 Jun.

REX confirmavit cartam Jacobi comitis Moravie dom. Down et Abirnethie,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, ad feudifirmam dimisit JOANNI GRANT de Frewchie, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque cognomen et arma de Grant gerentibus, irredimabiliter,—terras et dominium de Abirnethie cum manerie, vic. Elgin et Forres:—REDDEND. dicto Jac. 40 libras; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et si in solutione deficerent infra 30 dies post terminum, firmam non solutam duplicarent; et prestando sectam ad placitum capitale post festum S. Michaelis tenend. apud *lie Kearne* de Kilbwyok tanquam principalem locum ubi placita capitalia comitatus de Murray teneri solita sunt; et solvendo taxationes regias:—cum precepto sasine:—TEST. Geo. marchione de Huntlie, Jo. com. de Mar dom. Erskyne &c., Joanne dom. Erskyne ejus filio, Willelmo magistro de Tullybardin, M. Jac. Stewart ministro de Sawling, Jac. Don, Alex. Don (scriptore carte), servitoribus dicti com. Moravie:—Apud castrum de Striviling, 13 Apr. 1609]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 335.

81. Apud Edinburgh, 19 Jun.

REX,—cum consensu &c. (130. 126.),—confirmavit PATRICIO COMITI DE KINGHORNE dom. Lyoun et Glamis, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—ilam de Inschekeyth, vic. Fyffe;—quam idem Pat. personaliter resignavit;—necnon advocationem rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Kinghorne-Eister cum ejus decimis garbalibus aliisque decimis et devoriis, vic. Fyffe;—quam Jo. tunc dom. de Halyrudehous et novissime commendatarius monasterii ejusdem et unus senatorum collegii justitie, cum consensu conventus dicti monast., necnon Willelmi Sandylandis de Sanct-Monanes, resignavit;—et quas omnes rex dicto Pat. de novo dedit, cum piscariis dicte ile; et dict. ecclesiam a dicto monast. dissolvit et in separatam rectoriam et vicariam erexit, constituendo dictum Pat. hereditarium patronum ejusdem; et dict. advocationem ad dictam ilam univit:—REDDEND. unum den. argenti nomine albe firme; necnon presentando qualificatas personas ad dict. ecclesiam quoties vacaret:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 349.

82. Apud Edinburgh, 22 Jun.

REX concessit JOANNI MATHOW filio natu maximo et heredi apparenti Roberti M. mercatoris burgensis de Perth, heredibus ejus et assignat.,—terras de Balhoussie, cum fortalicio, manerie, piscationibus, molendinis, terris molendinariis, vic. de Perth;—que fuerunt Colini Eviot de Balhoussie, de rege tente per servitium warde; et regi devenerunt ratione recognitionis ob alienationem earundem absque licentia regis factam:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 316.

83. Apud Edinburgh, 22 Jun.

REX confirmavit cartam Gulielmi Ochterlony de eodem,—[qua,—pro perimpletione contractus de data apud Kellie et Greinefurd, 25 Jul. et 18 Aug. 1606, ac pro 1000 merc. persolutis,—vendidit ALEXANDRO DUCHARIS in Greinefurde et MARJORIE OGILVY ejus sponse in vitali redditu, et GULIELMO DUCHARIS eorum filio seniori, heredibus ejus et assignatis, in feodo,—sub reversione dicte summe,—terras de Greinefurd (per dictum Alex. occupatas), cum parte terrarum de Bonytoune extendente ad 16 acras cum earum gramine (intra bondas specificatas), in baronia de Kellie, vic. Forfar:—TENEND. de rege:—REDDEND. dicto Gul. O. 2 den. si peterentur tantum; necnon regi 20 sol. durante tempore warde seu vacantis mari-

tagii dicte baronie:—cum precepto sasine directo Willelmo Ochterlony in Mylhill:—TEST. M. Thoma Glover ministro apud ecclesiam de Guthrie, Jacobo Ochterlony seniore et juniore, Jo. Quhyt, servis dicti Gul. O., M. Davide Wod ludimagistro apud Arbirlat, M. Geo. Aikman notario (scriptore carte):—Apud Kellie, 26 Jun. 1607]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xlv. 318.

84. Apud Edinburgh, 22 Jun.

REX,—quia persone subscripte earumque predecessores ultra hominum memoriam fuerant antiqui et nativi tenentes et feudifirmarii molendini *lie* Over-mylne de Aldie cum ejus toftis et croftis ex utroque latere aque de Aldie, cum astrictis multuris et sequelis integri burgi de Tayne et ejus terrarum et terrarum de Inverrathie intra immunitatem dicti burgi,—cum consensu &c. (126.),—ad feudifirmam dimisit WALTERO ROS de Morinsches, HECTORI DOWGLAS, JOANNI M'CULLOCHE, JOANNI FERGUSSONE, ANDREE ROS, JOANNI FORRESTAR, ADAMO HAY Alexanderissone et WILLEMO THOMESONE, burgensibus de Tayne, eorumque heredibus masculis et assignatis, proportionaliter,—dict. molendinum &c. (viz. dictis Joanni Fergussone et Jo. Forrestar unicuique duas decimas partes, et unicuique ceterorum unam decimam partem);—quod olim ad clericos ville de Sanct-Duthus de Tayne et beneficium ejusdem pertinuit:—INSUPER rex dict. molendinum &c. quitteclamavit; et concessit dictis personis potestatem edificandi nova molendina tam granorum quam fullonum super dicta aqua ex ambobus ejus lateribus intra croftas et terras per ipsos possessas (intra bondas specificatas), cum potestate jactandi et construendi novos amnes et aqueductus *lie dammis*, *intaikis* et *water-gangis* intra easdem bondas:—REDDEND. 40 solidos, et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xlv. 343.

85. Apud Edinburgh, 22 Jun.

REX,—cum consensu &c. (126.),—concessit ANGUSIO M'KINTOSCHE de Termett, et MARJORIE FALCONAR ejus sponse,—terras de Auldtirley nuncupatas Mekill et Litill Auldtirleyis et Braikinsche, cum piscariis salmonum et alborum piscium in salsis aquis earundem, in regalitate de Spynie, parochia de . . . , vic. Invernes;—quas, ex antiquo de capellano capellanie S. Crucis nuncupat. Auldtirley tentas, Joannes Winchester de Auldtirley cum consensu Petri W. filii sui legit. natu maximi et heredis apparentis resignavit; et quas rex dictis Ang. et Mar. de novo ad feudifirmam dimisit, cum *lie wair* earundem:—TENEND. dictis Ang. et Mar. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti Ang. quibuscunque:—REDDEND. 8 merc.; et episcopo Moravien. 26 solidos 8 den. annui redditus: necnon presentias ad tria placita capitalia dicte capellanie, ac presentias cum dicto episc. in ejus curiis justiciariis; necnon observando &c. (*ut in carta* 4 *supra*):—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xlv. 344.

86. Apud Edinburgh, 22 Jun.

REX confirmavit cartam Joannis domini Abirnethie de Saltoun,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit M. ALEXANDRO CRAIG de Roiscraig, et ISSOBELLE CHISHOLME ejus sponse,—villam et terras de Meyane cum piscationibus, in dominio de Rothemay, vic. Banff:—TENEND. dictis Alex. et Is. in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Alex. quibuscunque, sub reversione, de dicto Jo.:—REDDEND. unum den. albe firme:—cum precepto sasine:—TEST. Pat. Abirnethie de Natherduill, Pat. Levingstoun de Dalders, Geo. Levingstoun, Alex. Stewart, Arch. Gregour, servis domesticis dicti Jo., Wil. Young in Murefauld notario (scriptore carte):—Apud Rothemay, 12 Maii 1609]:—PRETEREA suprascripta quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xlv. 353.

87. Apud Edinburgh, 22 Jun.

REX concessit et de novo dedit JOANNI

STRATOUN, filio legit. natu maximo et heredi apparenti D. Alexandri S. de eodem militis,—terras et baroniam de Lawrenstoun, tam proprietatem quam tenandriam, molendinum ejusdem vocat. molend. de Matheris cum multuris, sequelis et *lie suckin* dict. terrarum et terrarum de Matheris et Pettines, cum fortalicio, tenentibus &c., piscariis et cimbis *lie boittis* ejusdem, in baronia de Lawrenstoun, terras et baroniam de Disclune, cum *lie peitmos* ejusdem, cum molendino, terris molendinariis, manerie loco, tenentibus &c., cum salmonum piscatione super aquam de Northesk, terras de Wester Kynneff vocatas Harbourscheillis, cum molendino et terris molendinariis, fortalicio, manerie loco, tenentibus &c., dimidietatem terrarum de Glasland, quartam partem de Fischertoun, cum advocatione capellanie de Sanct-Johne in Kynneff tunc vocate Barres, vic. Kincardin; terras de Stratoun et Southhous cum clausura de Peblis, cum tenentibus &c., vic. Lowthonia orientali;—quas dictus Alex. resignavit; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Lawrenstoun, ut unica sasina apud maneriem de L. capienda pro omnibus staret:—TENEND. dicto Jo. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, dicto Alex. et heredibus ejus masc. et assignatis reversuras:—REDDEND. pro Harbourscheillis, Glasland, Fischertoun et dicta advocatione unum den. albe firme; pro ceteris jura et servitia debita et consueta:—RESERVATO libero tenemento dicto Alex.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 369.

88. Apud Edinburgh, 22 Jun.

REX confirmavit cartam Gulielmi Ochterlony de eodem,—[qua,—pro perimpletione contractus de data apud templum de Arbirloth, 30 Maii 1609,—vendidit JOANNI SCRYMGEOUR apparenti de Dudope, heredibus ejus et assignatis,—molendinum nuncupat. Kelly-milne (per Wil. Auchterlony occupat.), cum terris molendinariis et astrictis multuris totius baronie de Kellie aliisque liberis multuris et sequelis dicti molend., necnon pendiculum terrarum per Alex. Bothie occupat., in baronia de Kelly, vic. Forfar;—redimend. per dictum Gul., et post obitum suum per Jac. O. nepotem suum, heredes ejus masc. et assignatos, pro 3500 merc.:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine directo Pat. Campbell:—TEST. Jac. Ouchterlony olim de Kirkden, Jac. Ouchterlony famulo dicti Gul., And. Gray famulo dicti Joannis, Rob. Wedderburne notario:—carta scripta per Tho. Wichtane notarium:—Apud Kellie, 2 Jun. 1609]:—INSUPER suprascripta dicto Jo. Scrymgeour de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 113.

89. Apud Edinburgh, 27 Jun.

REX confirmavit cartam Willelmi Ouchterlony de eodem,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit JOANNI MYLNE apud templum de Arbirlot, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, sub reversione,—terras et villam de Coitmwre cum decimis garbalibus earundem, per Jac. Furde occupat. (intra bondas in vulgari specificatas), in parochia de Arbirlot, baronia de Kellie, vic. Forfar:—REDDEND. regi 26 sol. 8 den. feudifirme;—cum clausula warrantizationis ad manus Jacobi O. nepotis dicti Wil.:—cum precepto sasine:—TEST. M. Davide Wod magistro scole apud Arbirlotam, Jo. Quhyte, Jac. Ochterlony:—carta scripta per Joannem Peirsoun:—Apud Kellie, 5 Jan. 1607]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 320.

90. Apud Edinburgh, 27 Jun.

REX confirmavit cartam Gulielmi Auchterlonie de eodem,—[qua,—pro perimpletione contractus inter se et ALEXANDRUM AUCHTERLONIE burgensem de Abirbrothok filium suum secundum, de data apud Kellie, 4 Jan. 1609, necnon pro relevamine dicti Alex. cautionarii Davidi Lindsay de Kinnettles pro D. Gulielmo Ouchterlonie apparente de eodem ejus fratre majore 700 mercarum, ac pro onere accepto solutionis 600 merc. pro dicto Gul. seniore,—vendidit dicto Alex., ejus heredibus, successoribus et assignatis,—sub reversione 1300 mercarum,—terras arationis 4 boum *lie four Oxinganglandis* de terris de Westir Bonhard (quondam per Tho. Hendirsone occupat.), acras cum domibus

&c. (per Jonetam Auchinlek occupatas), partem terrarum de Bonytoun, per Jo. Robertsone, Davidem Guthrie, Wil., Rob. et Jac. Airthis, Jo. Mudie, Jo. Fuird, Tho. Kay et Jo. Ochterlonie occupatam (intra bondas specificatas), in baronia de Kellie, vic. Forfar :—TENEND. de rege :—REDDEND. 20 sol. durante tempore warde seu vacantis maritagii dicte baronie :—cum precepto sasine directo Hen. Ochterlonie in Milnhill :—TEST. M. Davide Wod, Jac. Ochterlonie, Jo. Quhyt, Jac. Ochterlonie seniore, servis dicti Gul. senioris, M. Jo. Durvardo (scriptore carte) :—Apud Kellie, 14 Maii 1609] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xlv. 327.

91. Apud Edinburgh, 27 Jun.
REX confirmavit cartam Gulielmi Auchterlonie de eodem,—[qua, pro implemento contractus de data presentium, vendidit GULIELMO DURHAME de Grange genero suo, et PATRICIO OUCHTERLONIE de Bonhard filio suo legit., heredibus eorum et assignatis quibuscunque,—pro 1000 merc. per dictum Gul. D. et 1300 merc. per dictum Pat. persolutis, et sub reversione 2300 mercarum,—tertiam partem terrarum et ville de Maynis de Kellie (per Hen. Richartsoune occupat.), cum pastura, in baronia de Kellie, vic. Forfar :—TENEND. de rege :—REDDEND. 40 sol. tempore warde et 20 sol. tempore vacantis maritagii ; —cum precepto sasine directo Davidi Tyrie in Maynis de Kellie :—TEST. Alex. Straquhin juniore de Brigtoun, Alex. Ouchterlonie filio dicti Gul. A., M. Davide Peirsoun notario, Jacobo Ochterlonie servitore dicti Gul. Auchterlonie de eodem :—carta scripta per Tho. Hunter notarium :—Apud Kellie, 20 Jun. 1609] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xlv. 328.

92. Apud Edinburgh, 27 Jun.
REX confirmavit cartam quondam Patricii Houstoun de eodem,—[qua concessit filio suo primogenito et heredi apparenti JOANNI HOUSTOUN (postea de eodem), et MARGARETE STIRLING, conjugibus, —terras de Balglas alias Neinbogfyiff cum manerie et molendino, terras de Houstounesglen, vic. Stirling :—TENEND. dictis Jo. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masculis dicti Jo. quibuscunque, de rege :—cum precepto sasine :—TEST. Pat. Houstoune, M. Petro H., filiis dicti Pat. senioris, Hugone Crawfurd apparente de Newtoun :—Apud Houstoun, 23 Mar. 1584] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xlv. 331.

93. Apud Greinwitche, 27 Jun.
REX,—cum avisamento &c. (127.),—concessit et quitteclamavit familiari servitori suo ALEXANDRO MONCREIFF, primario accipitrario suo,—terras de Fawsyde cum manerie loco, molendinum de Pettinweyme cum terris molendinariis et acris adjacentibus extenden. ad 18 acras aut eocirca (per Jo. Scott et Euphamiam Clapen occupat.), cum astrictis liberisque multuris, *lie suckin* et *knaischip* dicti molendini, et presertim astrictis multuris &c. terrarum et baronie de Pettinweyme, in dicta baronia, vic. Fyiff ;—que olim ad abbatiam de Pettinweyme pertinuerunt :—PRETEREA rex astrinxit ad dictum molend. terras et baroniam cum burgo et villa de Pettinweyme, cum integris frugibus tam ibi crescentibus quam ignem et aquam patientibus (*tholeand fyre and water thairin*); —et exemit dictum Alex. et tenentes suprascriptorum a jurisdictione dominii de Pettinweyme ; et suprascripta incorporavit in liberam tenandriam de Fausyde, ordinando maneriem de F. principale fore messuagium :—TENEND. dicto Alexandro et heredibus quibuscunque ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, ejus legit. et propinquioribus heredibus masculis et assignatis quibuscunque :—REDDEND. annuatim unum den. strivilingi nomine albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xlv. 332.

94. Apud Edinburgum, 27 Jun.
REX,—cum consensu &c. (143.),—in feudifirmam dimisit et de novo dedit WILLELMO MAXWELL de Kirkhous, heredibus ejus et assignatis,—40 solidat. terrarum de Mylneheid, terrarum ecclesiasticarum de Kirkmaho existentes (viz. 5 solidat. vocat. Chreisteinhill per Harbertum

Edyer in Chreisteinhill, 10 solidat. vocat. Kirkchristock per Tho. Edyer in Holme, ½ mercat. vocat. Kittilaiker per Jo. Edyer in Kirkmaho, 8 sol. 4 den. vocat. Mylneheid per Jo. Thomsoun in Mylneheid et Tho. Thomesone filium quondam Patricii T. ibidem, ½ mercat. per Rob. Maxwell in Kirktoun, 40 den. per Jo. et Adamum Schortrigis occupat.), in parochia de Kirkmaho, terras ecclesiasticas de Nether Ewis extenden. ad 20 solidat., terras ecclesiasticas de Stapilgortoun extenden. ad 1 mercat., vic. Drumfreis;—que regi devenerunt per actum annexationis: — Reddend. pro Mylneheid 40 solidos, et 40 den. augmentationis; pro Nether Ewis 20 sol., et 2 sol. augmentationis; pro Stapilgortoun 13 sol. 4 den., et 20 den. augmentationis; et duplicando feudifirmam in introitu heredum: —Test. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 346.

95. Apud Edinburgh, 27 Jun.

REX confirmavit cartam quondam Alexandri Gaderar burgensis de Elgin,—[qua vendidit (quond.) JOANNI GRANT de Frewquhie, heredibus ejus et assignatis,— terras de Aldcasche, vic. Elgyn:—Tenend. de rege:—Test. Magistris Joanne Spens succentore et officiali Moravien., Thoma Leslie rectore de Kingussie, Berraldo Leslie prebendario de Elgyn, D. Donaldo Home capellano castri de Duffous, Wil. Douglas, Jo. Sutherland, Alex. Catour burgen. de Elgyn, M. And. Sinclair vicario de Lagane notario publico:—Apud burgum de Elgin, 10 Jan. 1512]:—Preterea dictas terras JOANNI GRANT tunc de Frewquhie, heredi per progressum dicti quond. Jo., heredibus ejus masc. et assignatis, de novo dedit:—Reddend. jura et servitia debita et consueta:—Test. 100. 46. 93. 112. 72. 86. 49. 78. xlv. 358.

96. Apud Edinburghe, 27 Jun.

REX,—cum avisamento &c. (140.),—concessit DAVIDI DOMINO SCONE, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,— habitationem et tenementum terre in burgo de Perth ex orientali latere vie aquarie (juxta magnam habitationem olim Joannis quondam comitis de Gowrie);—que regi devenerunt ob forisfacturam dicti Jo.:— Tenend. in libero burgagio:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 324.

97. Apud Edinburgh, 28 Jun.

REX concessit et de novo dedit JOANNI GRANT de Frewchie—terras de Lethintie, cum fortalicio, manerie, molendino, terris molendinariis &c., terras de Ovir Achorsk, Mid Auchorsk, Garling, Nethir Auchorsk, Kirktoun de Cromdaill, Dellichappell et Rinnoballich, cum *lie scheillingis*, *grissingis*, piscariis, in baronia de Cromdaill, vic. Invernes;—quas Tho. Narne de Cromdell resignavit;—necnon terras de Inverellein, Glenbeg, Gaeycht, Cragane et Dregye cum molendinis et piscariis, *lie twa* Auchnarrowes, Downane et Port, cum piscationibus, *grissingis* et *scheillingis*, vic. Invernes;—quas idem Jo. resignavit;—et quas omnes rex incorporavit in liberam baroniam de Cromdell, ordinando manerìem et fortalicium de Lethintie principale fore messuagium:—Insuper,—quia VILLA DE CROMDALE jacuit in fera et barbara parte regni longe a mari distante, circa quam populi civilitate et probis moribus carentes habitaverunt,—ex naturali sua inclinatione ad reducendum populum suum ad civilitatem &c., erexit dict. villam, cum domibus, acris et aliis intra territorium ejusdem,—in liberum burgum in baronia; cum potestate dicto Jo. eligendi ballivos unum vel plures cum personis concilii &c.; cum potestate burgensibus emendi et vendendi &c., et edificandi pretorium, carcerem et crucem foralem, et habendi diem foralem hepdomadatim die Sabathi, cum quatuor liberis nundinis annuatim, viz. diebus SS. Luce, Petri, Michaelis et Georgii, cum teloniis &c.:—Tenend. dicto Jo. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, propinquioribus et legit. heredibus masculis dicti Jo. cognomen et insignia de Grant gerentibus, ejus et eorum assignatis quibuscunque:— Reddend. pro dicto burgo 3 sol. 4 den. albe firme; pro ceteris jura et servitia debita et consueta:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 336.

98. Apud Edinburgh, 29 Jun.

REX confirmavit cartam factam per And.

Wardlaw de Torrie liberetenementarium et And. W. ejus filium et heredem apparentem feudatarium infrascriptorum,—[qua,—pro observatione contractus inter se, et M. Pat. W. et Jac. W. filios dicti And. senioris et Davidem Betoun feodatarium de Balfour cautionarios suos, ab una, et personas infrascriptas ab altera partibus, de data apud Edinburgh, 14 et 15 Jun. 1609, et pro 10000 librarum persolutis,—vendiderunt RICHARDO DOBIE, mercatori burgensi de Edinburgh, et MAUSIE WEIR ejus sponse in conjuncta infeodatione, et ROBERTO DOBIE filio Roberti D. mercatoris burgensis de Edinburgh fratris dicti Ric. in feodo, et heredibus ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus inter dictum Rob. seniorem et Rebeccam Weir ejus sponsam procreandis, quibus def., propinquioribus et legitimis heredibus et assignatis dicti Ric. quibuscunque,—annuum redditum 1000 lib. de terris et baroniis de Torrie, Inschegall, Dalginsche, et terris de Thomastoun, vic. Fyfe :—REDDEND. dictis And. seniori et juniori unum den. albe firme :—cum precepto sasine :—TEST. Jac. Aytoun servitore dicti And. junioris, Carolo Hammiltoun servitore dicti Ric., Alex. Cunynghame scriba, Wil. Andersone servitore Roberti Lawder scribe (scriptore carte) :—Apud Edinburgh, 15 Jun. 1609] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 341.

99. Apud Edinburgh, 29 Jun.

REX concessit et de novo dedit familiari suo D. THOME HAMMILTOUN de Bynnie militi, advocato regio unique dominorum ac senatorum collegii justitie,—terras et baroniam de Byris, cum *lie* Maynis, castris, maneriebus, molendinis, terris molendinariis &c., terras de Caldrow cum molendinis, terris molendinariis &c., terras et *lie* Maynis de Drem cum molendino, terris molendinariis &c., terras de Dremhill, Cottis, Middilthrid et *lie* Cottaikeris infra Drem, Sanyngis, Muretoun, Mungoiswallis, Garmylstoun, Harvestoun, cum molendinis, terris molendinariis &c., in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh; cum advocatione &c. (*ut in carta* 71);—necnon, in speciale warrantum earundem (ac terrarum ecclesiasticarum de Drem prioratui S. Andree spectantium, extendentium ad 4 bovatas, cum molendinis ac terris molendinariis, ac terrarum et aliorum quorumcunque ad capellaniam *lie Ladie-chappell* de Drem spectantium, in parochia de Hadingtoun, dictis constab. et vic.), terras et baroniam de Petcruvy, cum castro, molendinis, piscariis et pertinentiis naturaliter infra vic. de Fyiff jacen. (viz. terras et baroniam de Petcruvy, terras de Mwnscheill, Edindowny ac Cassindully, cum molendinis, terras et baroniam de Petlessie, cum fortalicio, manerie, molendinis, terras de Hiltoun et Binzean, terras de Downyhaggillis);—quas Jo. dom. Lindsay de Byris, et D. Rob. Lindsay de Orkie miles ejus frater germanus pro suo interesse, resignaverunt; et quas terras &c. principales rex incorporavit &c. (*ut in carta* 71) :—TENEND. *ut in carta* 71 :—REDDEND. pro principalibus *ut in carta* 71;—pro terris specialis warranti jura et servitia debita et consueta; taxando wardam &c. ad 60 lib., et maritagium ad 500 mercas :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 345.

100. Apud Edinburgh, 29 Jun.

REX,—cum consensu &c. (126.),—confirmavit et de novo ad feudifirmam dimisit JACOBO MAITLAND de Lethingtoun—terras de Baigbie cum mansionibus, in constab de Hadingtoun :—quas idem Jac. resignavit :—TENEND. dicto Jac. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus ejus et assignatis quibuscunque :—REDDEND. 71 mercas; necnon 10 lib. in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 107.

101. Apud Edinburgh, 30 Jun.

REX,—cum consensu &c. (140.),—in feudifirmam dimisit THOME CRAIGINGELT de eodem, et ISSOBELLE KINROS ejus conjugi,—domum, hortum et croftam terre *lie* Seikmans-hous et Croft extenden. ad 2 acras aut eocirca, prope burgum de Striviling (intra bondas specificatas), vic. de Striviling;—quorum dictus Tho. et ejus predecessores ultra hominum memoriam possessores extiterant :—TENEND. dictis Tho. et Is. in conjuncta

infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Tho. quibuscunque :—REDDEND. 13 solidos 4 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 338.

102. Apud Edinburgh, 1 Jul.

REX confirmavit cartam Georgii Seytoun de Parbrothe,—[qua,—pro perimpletione contractus de data 19 Feb., in libris concilii registrati 14 Mar., 1608, —vendidit D. JACOBO ERSKYNE de Craig militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, absque reversione,—terras de Rescobie et Woddergang alias Wodderhill, cum pendiculis de Reidcraigis et Bowleyis alias Bowhillis, cum decimis garbalibus inclusis, in parochia et regalitate de Dunfermeling,—et, in speciale warrantum earundem, terras de Parbrothe et Kingask,—vic. Fyiff :—REDDEND. pro principalibus Anne regine tanquam domine dominii et regalitatis de Dunfermeling 38 lib. 18 den. (viz. pro Rescobie 21 lib. 18 sol. 11 den., pro ceteris 16 lib. 2 sol. 7 den.) feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et si duo termini caderent in tertium minime soluti, feudifirmam amitterent; et prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia in pretorio burgi de Dunfermeling;—pro Parbrothe et Kingask regi jura et servitia debita et consueta :—cum precepto sasine :—TEST. Jac. Gordoun de Auchmuet (Auchmull ?), M. Alex. Cuming advocato, And. Plumbar scriba, Symone Erskyne servitore dicti D. Jac. :—carta scripta per Jo. Williamesoun scribam vicecomitatus et communitatis burgi de Striviling :—Apud Edinburgh, 15 Jun. 1608] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 131.

103. Apud Edinburgh, 4 Jul.

REX confirmavit cartam Gulielmi Ouchterlony de eodem,—[qua,—pro perimpletione contractus de data apud Kellie, 17 Feb. 1609, ac pro 1400 merc. persolutis,—vendidit ANDREE STEVIN in Maynis de Kellie, et MARGARETE OUCHTERLONY ejus sponse,—tertiam partem de Maynis de Kellie (per eos occupatam), in baronia de K., parochia de Arbirlat, vic. Forfar :—TENEND. dictis And. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti And. quibuscunque, de rege, sub reversione 1400 merc. : —REDDEND. dicto Gul. 6 bollas tritici, 6 bol. 2 firlotas ordei, 6 bol. farine avenatice, 24 ulnas panni linei, 2 verveces, 16 libras butiri, 12 capones, 12 gallinas, cum servitio consueto; necnon regi 40 solidos durante tempore warde seu vacantis maritagii dicte baronie :—cum precepto sasine directo Alex. Ochterlony in Balmirmor :—TEST. Jac. Ouchterlony seniore, Jo. Ouchterlony officiario, Jac. Ouchterlony juniore, servis dicti Gul., M. Davide Wod ludimagistro apud Arbirlat, M. Geo. Aikman notario (scriptore carte) :—Apud Kellie, 22 Feb. 1609] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 334.

104. Apud Edinburgh, 4 Jul.

REX confirmavit cartam Georgii archiepiscopi S. Andree,—[qua, cum consensu capituli sui, ratificavit cartam regis de data 10 Jun. 1594 (No. 109 *precedentis tomi*), ratificando cartas in ea contentas, et omnes cartas per quascunque personas M. Willelmo Scott de Elie directori cancellarie, quondam Georgio Leirmonth de Balcomie, quond. Jacobo L. de B. ejus filio, quond. Joanni Boiswell de Balmowto et Arthuro Forbes de Rires eorumve predecessoribus aut successoribus factas de villa, terris et molendino de Murecambus cum pertinentiis, in regalitate S. Andree, vic. Fyiff; et easdem in unam tenandriam incorporando, cum taxatis warda &c.:—NECNON cartam de data 17 Mar. 1594, per dictum M. Wil. factam quond. M. Joanni S. filio legit. inter eum et quond. Eliz. Hammiltoun ejus primam conjugem procreato (tunc puero minimeque liberalium artium laurea donato), —de dicta tenandria;—TENEND. dicto M. Jo. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus ejus masc. quibuscunque arma et cognomen de Scott gerentibus, de rege;—RESERVATO libero tenemento dicto M. Wil.:—NECNON cartam confirmationis per regem desuper factam, de data 20 Mar. 1594 :—INSUPER

de novo dedit dicto M. WILLELMO SCOTT in libero tenemento, et WILLELMO SCOTT filio legit. inter eum et quondam Issobellam Durie ejus secundam conjugem procreato (heredi masc. et tallie dicti M. Jo. ejus fratris semigermani), et heredibus ejus masc. cognomen et insignia de Scott gerentibus, in feodo,—dictam tenandriam;—redimabilem per dictum M. Wil. aut ejus assignatos per solutionem *ane Scottis Rois-noble* in ecclesia Divi Egidii de Edinburgh prope sepulchrum Jacobi com. Moravie regentis, sub premonitione octo dierum, aut consignationem ejus in manibus thesaurarii vel decani gilde burgi de Edinburgh:—REDDEND. dicto archiepiscopo 46 sol. 8 den. nomine cane, cum servitiis consuetis; ac 3 sectas ad 3 placita capitalia apud S. Andream; necnon 32 lib. annuatim durante warda et nonintroitu, 32 lib. pro relevio, 80 lib. pro maritagio:—cum precepto sasine:—TEST. M. Wil. Douglas advocato, M. Davide Wod camerario dicti archiepisc., Davide Skynner secretario dicti archiepisc., Arthuro Ray notario publico (scriptore carte), Jo. Aslowane servitore dicti M. Wil. Scott:—Apud Edinburgum, 7 Jan. 1609]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 352.

105. Apud Edinburgh, 4 Jul.

REX,—cum consensu &c. (130.),—confirmavit cartam Willelmi Ouchterlony de eodem,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, concessit ALEXANDRO BUCHEART in Balmirmour, et JONETE HENDIRSONE ejus conjugi,—terras et villam de Bonyntoune, per Davidem Guthrie, Jo. Robiesone, Wil., Rob. et Jac. Airthis, Jo. Ouchterlony, Jo. Mudie, Alex. Kyd, Wil. Auchinleck, Wil. Davidsone, Wil. Greve, Jo. Symsone, Tho. Kay et Alex. Ducheris occupatas (intra bondas specificatas), cum una acra aut eocirca ex occidentali latere terrarum de Balmirmour, in baronia de Kellie, parochia de Arbirlot, vic. de Forfar:—RESERVATIS terris de Fuirdfauld et *lie* Littill-hauch ad borealem finem earundem (per Tho. Hendirsone occupat.):—TENEND. dictis Alex. B. et Jon. in vitali redditu, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, propinquioribus heredibus sive assignatis dicti Alex. quibuscunque, absque reversione, de rege:—REDDEND. annuatim 13 solidos 4 den. tempore warde, et 40 sol. pro vacante maritagio baronum de Kellie:—cum precepto sasine:—TEST. M. Pat. Lindsay ministro apud Brothok, Alex. Ouchterlony fratre dicti Wil., Jac. Ouchterlony servitore dicti Wil., M. Davide Peirsoune notario, Joanne Peirsoune (scriptore carte):—Apud Kellie, 29 Jun. 1609]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 356.

106. Apud Edinburgh, 4 Jul.

REX concessit et,—pro servitio sibi a teneris annis suis jugiter prestito,—de novo dedit quotidiano servitori suo D. WILLELMO STEUART de Strabrauine militi, irredimabiliter,—terras de Grantullie cum fortalicio et maneria, terras de Kiltullych, Tullochrosk, Pittoquherne et Abirfauldie, cum molendinis, piscariis, lacubus, *lie scheillingis*, montibus et pasturagiis, antea in unam baroniam de Grantullie incorporatas, vic. Perth; terras de Carnebo-Stewart, in senesc. de Stratherne, vic. Perth;—quas D. Tho. Stewart de Grantullie miles, frater dicti Wil., cum consensu Domine Grissilidis Merser sponse sue, Patricii Blair in Gordumes filii legit. quondam Alexandri B. senioris de Balthyok, et Margarete Bonar sponse dicti Pat.,—pro perimpletione contractus de data apud Perth, 12 Apr., in libris dominorum concilii registrati . . Jun., 1609,—resignavit; et quas rex in liberam baroniam de Grantullie incorporavit, ut unica sasina apud maneriam de G. capienda pro omnibus staret:—RESERVANDO dictis Tho. et Gris. vitalem redditum dicte antique baronie;—et cum provisione perimplenda heredibus fem. dicti Wil. de corpore procreatis casu defectus heredum ejus masculorum de corpore, secundum tenorem dicti contractus:—TENEND. dicto Wil. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, dicto Tho. et heredibus ejus masc. quibuscunque cognomen et insignia de Stewart gerentibus reversuras:—REDDEND. pro Carnebo-Stewart servitium warde &c., pro ceteris jura et servitia debita et consueta; taxando wardam &c. antique baronie ad 100 mercas, de Carnebo-

Stewart ad 4 lib., et maritagium heredis ad 1000 mercas :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xlvi. 168.

107. Apud Edinburgh, 6 Jul.
REX confirmavit cartam Joannis Leslie feodatarii de Balquhen, et Joannis L. senioris de B. ejus patris,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendiderunt D. JACOBO BALFOUR de Pitcullo militi, et Domine ISSOBELLE HAY ejus conjugi,—terras de Auldtoun de Knokinblewis, cum tenentibus &c., vic. Abirdene;—et hoc in speciale warrantum de *lie* Maynis de Balquhane cum fortalicio et manerie, necnon terrarum de Petbie, croftarum de Chappill-Garioch et *lie boig* nuncupati Boigangus et crofte eidem adjacentis, cum decimis garbalibus aliisque decimis tam rectoriis quam vicariis dict. terrarum, vic. Abirdene :—TENEND. dictis Jac. et Is. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti D. Jac. quibuscunque, de rege :—cum precepto sasine :—TEST. Pat. Con juniore de Auchry, Jac. Gordoun servitore dicti D. Jac., Wil. Leslie servitore dicti Jo. junioris, Alex. Davidsone notario publico, Jac. Kynneir scriba signeto regio, Jac. Ramsay (scriptore carte), M. Rob. Wischart et Jo. Twedy servitoribus dicti Jac. K. :—Apud castrum Edinburgi et apud Edinburgh, 15 et 17 Apr. 1609] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xlv. 347.

108. Apud Edinburgum, 7 Jul.
REX,—cum consensu &c. (140.),—confirmavit cartam Roberti dom. de Roxburgh &c.,—[qua,—virtute contractus de data et in libris dominorum concilii et sessionis registrati 9 Aug. 1607, et alterius contractus de data presentium,—vendidit ANDREE RIDDALL de eodem et VIOLETE DOWGLAS ejus sponse in vitali redditu, et ANDREE RIDDALL eorum legit. filio seniori, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. inter dictos And. et Vi. procreatis, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti And. senioris et assignatis quibuscunque, hereditarie et irredimabiliter, — terras et predium de Windedoris, in dominio de Ettrik-forrest, vic. Selkirk :—TENEND. de rege in feudifirma :—REDDEND. 26 libras 13 sol. 4 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et successorum; necnon sustinendo mansionem de lapide et calce, cum politiis et plantatione solo corresponden.; et sustinendo pro qualibet 10 librata duos equestres, unum eorum cum lancea et alterum equum oneratum, pro faciendo regi servitium in exercitibus; cum maritagio heredum cum contingeret; et observando cetera in originali infeofamento contenta :—PROVISO quod si dictus And. junior defunctus esset absque heredibus masc. de corpore, heredes masc. inter dictos And. seniorem et Vi. procreati deliberarent heredibus fem. dicti And. junioris (quibus def., heredibus fem. inter dictos And. et Vi. procreatis) 4000 mercarum equaliter inter eas; et si heredes masc. inter dictos And. et Vi. procreati omnes decessissent, alii heredes masc. et assignati persolverent dictis heredibus fem. 8000 merc.;—et quod dicta Vi., si post obitum dicti And. alteri nupsisset, hoc infeofamentum amitteret :—cum precepto sasine :—TEST. M. Alex. Settoun burgen. de Edinburgh, Alex. Young servitore dicti Rob., Davide Thomesone servitore Walteri Henrysoun scribe signeto regio (scriptore carte) : — Apud Edinburgum, 30 Jun. 1609] :—PRETEREA dictas terras dictis personis de novo dedit :—REDDEND. dict. summam (viz. 6 libras antique feudifirme pecuniarie, reliquum pro pretio unius *lie bow-kow* et 10 agnorum, et pro augmentatione rentalis); ac duplicando &c. (*ut supra*); et si unus terminus in alium curreret minime solutus, duplicaretur; et solvendo multuras molendinis regiis consuet.; cum prohibitione alienandi absque licentia regis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xlv. 342.

109. Apud Edinburgh, 10 Jul.
REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 31),—cum avisamento &c. (141.), — concessit FERGUSIO M'BAITHE in Ilay, pro ejus vita,—officium principalis medici intra bondas

insularum Scotie, cum proficuis &c. ;—et, pro exercitatione dicti officii, ad feudifirmam locavit dicto Ferg., et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masc. quibuscunque,—2 mercat. 10 sol. terrarum de Ballenabe, 6 sol. 8 den. de Areset, 16 solidat. 8 den. de Howe, ½ mercat. de Saligo (per eum occupatas), in insula de Ilay, vic. Tarbett ;—ad que dictus Ferg. et ejus predecessores provisi erant diversis infeofamentis per Insularum dominos, et quorum possessores ab omni hominum memoria extiterant :—REDDEND. dicto principi pro Ballenabe et Areset 5⅛ martas *lie mairtis*, 5⅛ verveces *lie wedderis*, 12 sol. 10 den. argenti, 37¾ petras casei, 37¾ pet. farine avenatice, 5⅛ anseres, 5⅛ aves *lie foullis* (vel 13 lib. 2 sol. 11½ den. pro pretiis eorundem); pro Howe 2 martas, 2 verveces, 5 sol., 15 petras casei, 15 pet. farine, 2 anseres, 2 aves (vel 5 lib. 3 sol. 4 den. pro pretiis eorundem) ; pro Saligo ⅘ marte, ⅘ vervecis, 2 sol., 3 pet. farine, 3 pet. casei, ⅘ anseris, ⅘ avis (vel 33 sol. 3½ den. pro pretiis eorundem); et 3 sol. 4 den. augmentationis ; ac duplicando dict. pecunie devoriam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 339.

110. Apud Edinburgh, 13 Jul.

REX concessit et de novo dedit GEORGIO FOULLIS aurifabro burgensi de Edinburgh, et JONETE BANNATYNE ejus sponse,—terras de Craiglokhart cum fortalicio et manerie, vic. Edinburgh ;—quas D. Jacobus Kincaid de eodem miles, cum consensu Domine Margarete Hammiltoun sponse sue, et D. Rob. Hammiltoun de Goislingtoun miles resignaverunt :—TENEND. dictis Geo. et Jon. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Geo. quibuscunque :—REDDEND. jura et servitia debita et consueta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 340.

111. Apud Edinburgum, 13 Jul.

REX confirmavit cartam Francisci com. Errolie domini Hay, magni constabularii Scotie,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit WILLELMO WATSOUN in Bilbo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—villam et terras de Haddo de Rattray, cum tenentibus &c., in baronia de Slaynes, parochia de Crimond, vic. de Abirdene :—TENEND. de rege in alba firma :—cum clausula warrantizationis, exceptis assedationibus per se desuper factis quondam Andree Watsone patri dicti Wil. :—cum precepto sasine :—TEST. Patricio Con de Auchry, Geo. Murray, Alex. Davidsone notario publico, Wil. Hay, servitoribus dicti Franc., Roberto Hay notario publico scriba Edinburgen. (scriptore carte), Jac. Con servitore dicti Franc. :—Apud Edinburgh, 1 Jul. 1605] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 36.

112. Apud Edinburgum, 13 Jul.

REX dedit literas remissionis GABRIELI THOMESOUNE in Langsyde, pro ejus vita duraturas,—pro fedo crimine adulterii per eum cum Agnete Maxwell filia Joannis M. in Bogtoun commisso ;—et hoc respectu testimonii per ministrum parochie de Cathcairt subscripti, quo dictus Gabriel (ecclesie) per publicam penitentiam satisfecit et ad societatem ejusdem iterum receptus est. P.R. i. 65.

113. Apud Edinburgh, 14 Jul.

REX concessit GEORGIO OGILVIE de Carnowseis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—villas et terras de Kindrocht et Denend, umbralem et solarem dimidietatem earundem, cum molendino, terris molendinariis &c., tertiam partem ville et terrarum de Saithlie, cum tenentibus &c., et astrictis multuris, villam et terras de Ardglassie cum villa *lie* Newmylne de A., villam et terras de Tillituthell, villam et terras de Rathin cum *lie ailhous* et Ailhouscroftis, cum molendino de Rathin, ejus terris &c., villam et terras de Ardmacrone cum multuris &c., villas et terras de Memseis, cum villa et terris *lie* Walkmylne de Memsie cum molendino fullonum, villam et terras de Carnemure, villam et terras de Kinbog, villam et terras de Kinglasser, villam et terras de Bankwell, in baronia de Phillorth, vic. Abirdene ; cum advocatione

rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Rathin, cum capellaniis et prebendariis omnium altaragiorum intra dict. ecclesiam; —que fuerunt D. Alexandri Fraser de Phillorth et Fraserburgh equitis aurati, de rege tente per servitium taxte warde; et (bonis mobilibus apud dicti D. Alex. domicilium in Phillorth, terras dominicales *lie* Maynis de Carnebulge, terras dominic. de Bonzeatone et de Inveralloche, frustra quesitis, et summonitis dicto D. Alex. et Jac. Fraser ejus filio apud dict. domicilium, Alexandro F. apparente de Phillorth filio natu maximo dicti D. Alex. apud ejus domum in Phraserburgh, et Walt. F. fratre germano dicti D. Alex. apud ejus domum in Phraserburgh), 23 Maii 1609 (comparente dicto Geo. cum M. Alex. King advocato ejus procuratore), appreciate fuerunt[1] dicto Geo. pro 16000 mercarum in partem solutionis summe 22277 merc. ei debite, et pro 800 merc. pro salario Georgii Scott nuncii, vicecomitis in hac parte:— REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—et voluit rex quod dictus D. Alex., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dict. summas cum expensis hujus carte dicto Geo. O., heredibus ejus aut assignatis, persolverent infra septennium post diem date presentium:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 46.

114. Apud Edinburgh, 15 Jul.

REX, pro bono servitio, concessit et de novo dedit ALEXANDRO BURNETT de Leyis,—terras et baroniam de Leyis, viz. terras et villas de Cullenoch-clerauch, cum molendino, terris molendinariis &c., ac presertim *lie outsaittis* infra bondas earundem edificatis, vocatis Cullanoch, Glaschemoir et Dammis, villas et terras in foresta de Drum extra parcam ejusdem foreste, viz. terras dominicales de Crathes cum fortalicio et manerie, cum piscatione salmonum super aqua de Die eis adjacen., cum molendino fullono de Crathes, ejus terris &c., terras et villas de Leyis, Drumscheillach, Lochtoun, cum lacu de Banquhorie, *Ile* cum piscariis dicti lacus, Wodend, Kerleith et Candilscheill, molendinum granarium *lie* Nethermylne dicte baronie cum ejus terris &c., cum ceteris molendinis dict. terrarum, vic. Kincairdin; terras et villas de Wester Cairdny cum molendinis,

---

[1] Names of assize:—William Sinclair of Mai (chancellor), Sir Tho. Otterburne younger of Reidhall knight, Wil. Forbes of Corsindaa, And. Reid of Colistoun, Geo. Gordoun of Torpessie, Mr Alex. Lyndsay of Canterland, Geo. Reid of Cowpark, Charles Chalmer portioner of Eister Fentrie, Rob. Skene of Brokhillis, Wil. Dick, John Creich and Rob. Cairnecroce merchants, David Heriot goldsmith (*aurifex*), all burgesses of Edinburgh, John Burne indweller in the town of Leith, John Stenhopis indweller in the burgh of Edinburgh. The sum owing is made up as follows: [1] by contract of marriage dated at Phillorth, 6 Jan. 1607 (recorded in the books of the lords of council 14 Mar. 1609), the said Sir Alex. and Alex. F. his son were bound to pay to the said Geo. 4000 merks (the remainder of 6000 merks the tocher promised him with Barbara Fraser lawful daughter of the said Sir Alex.) within the parish church of Fraserburgh in three instalments, with penalties of 500, 500 and 300 merks respectively in case of failure: [2] by obligation dated at Fraserburgh, 16 Feb. 1608 (recorded 14 Mar. 1609), the said Alex. younger as principal and the said Sir Alex. as cautioner were bound to pay said Geo. 1552 merks, with 300 merks in case of failure: [3] by obligation dated at Edinburgh, 15 and 16 July 1605 (recorded 22 Jul. 1608), the said Sir Alex., and Alex. Fraser fiar of Durris and others as his cautioners, were bound to pay Rob. Wilsoun writer, lawful son of Mr Walter W. of Brakenehillis, 1700 merks, with £500 in case of failure; which said Rob. assigned to said Geo. of date at Carnowseis, 24 Apr. 1609: [4] by obligation dated at Abirdene and Allane, 14 and 17 Nov. 1607 (recorded 6 July 1608), the said Sir Alex. and his eldest son were bound to pay Edmund Gradane in Kinloch, within the dwelling of Geo. Rickart burgess of Abirdene, 3000 merks, with 1000 merks in case of failure; which said Edmund assigned to said Geo. of date at Fraserburgh, 17 Apr. 1609: [5] by obligation dated at Fraserburgh, 2 June 1603 (recorded 28 Mar. 1609), the said Sir Alex., and umquhile Mr Tho. Ogilvy of Inverechnie his cautioner, were bound to pay Mr Geo. Chalmeris sheriff clerk and burgess of Banff 1075 merks, with 100 merks in case of failure; which said Geo. C. assigned to said Geo. O. of date at Banff, 20 Apr. 1609: [6] by obligation dated at Abirdene, 12 and . . June 1606 (recorded 23 May 1608), the said Sir Alex. and his eldest son, and said Geo. O. and others as their cautioners, were bound to pay John Allerdes of that ilk £5000; which said Geo. O. had paid, and was entitled to relief from said Sir Alex.

vic. Kincairdin per annexationem; terras et tenandriam de Mwchallis, viz. terras et villas de M. cum terris dominicalibus et manerie, villas et terras de Pettyet, Contlawhillis, Blackbuttis, Montgaitheid, Stranather (vel Stranathro), Stralathin, Dennabuk, Quartennis et Greinheidis, cum cimbis piscariis, piscationibus et terris piscariis, cum molendinis, terris molendinariis, tenentibus &c., in baronia de Cowie, parochia de Fetteresso, vic. Kincairdin; terras de Eister Camphell, Blairheid, Wester Camphell et *lie* Ailhouscroft earundem, Cormoir, Craigour, molendinum ejusdem, ejus terras &c., Fordi, Milntoun de Camphell et croftam in Lumphannane (per Arthurum Adame occupat.), partem montis de Fair cum *lie fogage* et pasturagio ejusdem (que per quondam Jo. Chairterhous de Kinfawnis quond. . . Skene de eodem in feudifirma concessa fuit), cum tenentibus &c., in baronia de Lumphannane, vic. Abirdene;—quas idem Alex. resignavit;—villam et terras de Kilduthie cum *lie boigis*, molendinum baronie de Tullieboy cum ejus terris &c., villam et terras de Wester Dranquhrynnie, Hirne, molendinum de Hirne, ejus terras &c., Bohill, Eister Dranquhrynnie, Lichtwod, Haltoun, Craigtoun cum rivolo et *lie bogis*, montem de Fair eis adjacen., terras de Minclettis, villam et terras de Standandstanes cum rivolo, villam et terras de Carnequhim, Ramoir, Tilnabo et Catterloch, terras *lie Eistsyde-of-the-myre*, cum tenentibus &c., in baronia de Culter-Cumyng, vic. Kincairdin;—quas Alex. Cuming de Culter, cum consensu Helene Wod relicte . . . Cuming de Culter et Joannis Burnett in Kilduthie ejus sponsi, resignavit;—terras de Tullieheky cum pendiculis nuncupatis Brigend et Dillievair, in comitatu de Mar, vic. de Abirdene;—quarum solarem dimidietatem Rob. Huntar, et umbralem dimid. Thomas Burnet, resignaverunt;—terras de Wester Sloway, Borrowstoun, Toardo (Coardo?) et Tulliedrine (exceptis ecroftis ville de Borrowstoun nuncupat. crofta Cochrane et crofta Ros), cum piscatione de Pottarche in dicta aqua de Die, cum tenentibus &c., cum silva vocata *lie* Craig de Sloway ex occidentali parte dict. terrarum de S., in baronia de Kincairdin Oneill, vic. Abirdene;—quas, olim de prebendario et rectore de Kincairdin Oneill tentas, idem Alex. B. resignavit;—et quas omnes rex incorporavit in liberam baroniam de Leyis, ordinando fortalicium et maneriem ejusdem nuncupat. Crathes (tunc Leyis nominand.) principale fore messuagium; eximendo dictum Alex. B. ab omni secta et presentia coram vicecomite de Abirdene: —TENEND. dicto Alex. B. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masc. quibuscunque, cognomen et arma de Burnett gerentibus, et eorum assignatis; cum privilegio libere foreste infra integras dict. bondas:—REDDEND. pro antiqua baronia de Leyis celdram farine avenatice nomine albe firme ad custodiend. parcam de Drum debitam et consuet.; pro tenandria de Mwchallis jura et servitia debita et consueta (taxando wardam &c. ad 24 lib., et maritagium ad 100 libras); pro dictis terris baronie de Lumphannane unum den., pro dictis terris baronie de Culter-Cumyng unum den. argenti, nomine albe firme; pro Tulliehekie 20 solidos feudifirme, et alia servitia debita et consueta; pro Wester Sloway et seqq. 27 lib. feudifirme, cum 160 oneribus petarum (aut 26 solidis 8 den.); necnon observando cetera in antiquis infeofamentis contenta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xlv. 363.

115. Apud Edinburgh, 15 Jul.

REX dedit literas remissionis JACOBO MURRAY filio legitimo quondam Alexandri M. in Invernetie, pro ejus vita duraturas,—pro arte et parte interfectionis Gulielmi Hedderweik in Invernetie, A.D. 1602 commisse. P.R. i. 45.

116. Apud Edinburgum, 18 Jul.

REX concessit JOANNI MATHOW filio natu maximo et heredi apparenti Roberti M. mercatoris burgensis de Perth, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Balhoussie, cum molendino, fortalicio, tenentibus &c., vic. Perth;—que fuerunt &c. (*ut in carta* 82):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 359.

117. Apud Edinburgh, 20 Jul.[1]
REX,—cum consensu &c. (140.),—confirmavit cartam Joannis Robertsone portionarii de Auchtermuchtie,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit HELENE ROBERTSONE unice sorori sue, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—sextam partem borealis quarterie ville et terrarum de Auchtermuchtie extendentem ad 2 libratas vocat. Buistisland, cum pleno jure communitatis in monte de Auchtermuchtie ac terris *lie* Quhytfeild (infra bondas contentas in infeofamento per regem quondam Joanni Robertsoune patri dicti Joannis confecto), decimamsextam partem de *lie* Bondhalff de Auchtermuchtie extenden. ad libratam, cum pleno jure &c. (*ut supra*), duodecimam partem australis quarterie de A. extenden. ad libratam (per dictum quondam Jo. a quondam M. Georgio Robertsone ministro Evangelii conquestam), cum pleno jure &c. (*ut supra*), duodecimam partem sive libratam dicte australis quarterie (olim per Jo. Kincragie portionarium de Auchtermuchtie et Eliz. Baxter relictam Davidis Broun ibidem possessam), cum pleno jure &c. (*ut supra*), suas portiones terrarum *lie outfeildlandis - of - Williame - Airthis-pundland* in dicta Bondhalff (olim per Ric. Balcanquall seniorem et juniorem portionarios de Auchtermuchtie a quond. Willelmo Airth conquestas), jacen. in *lie scheddis* nuncupatis Travelay et Leyis, cottagiam acram terre (olim conquestam *ut supra*) nuncupatam *lie* Windgaitdaill, *lie outfeildlandis* unius 10 sol. terrarum dicte borealis quarterie (viz. *lie* Hoill inter terras Wil. Gilmure et dicti quond. Jo. R., 2 *lie buttis* in *lie* Tippermacoy et 2 *lie buttis* in *lie* Fluiris), cum pleno jure &c. (*ut supra*), suas portiones terrarum *lie outfeildland* librate dicte borealis quarterie, *lie* Schiphirdhillis et Murespot nuncupatas (inter terras dicti quond. Jo. R. et Jac. Gilmoure), cum pleno jure &c. (*ut supra*), libratam dicte australis quarterie nuncupat. Cuikespundland alias Ryseis-pundland, cum pleno jure &c. (*ut supra*), in senesc. et vic. de Fyiff:—TENEND. de rege in feudifirma:—REDDEND. pro primis 4 libratis *ut in carta* 693 *precedentis tomi;* pro quinta librata 2 bollas 1 firlotam tritici, 2 bollas 3 firlotas 1 peccam ordei, 2 bol. 1 pec. avenarum, 44 sol., 6 pultreas, 2 anseres, et 6 den. augmentationis; pro *lie feildlandis-of-William-Airthis-pundland*, Windgaitdaill, Hoill &c., 1 bollam 2 firl. avenarum, et 6 sol.; pro Schiphirdhillis &c. 1 firl. avenarum, et 6 solidos 8 den.; pro Cuikis-pundland *ut in carta* 1787 *precedentis tomi*; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine:—TEST. Jac. Arnot, Rob. Dowgall, Jo. Cunynghame, mercatoribus burgen. de Edinburgh, Jac. Wallace servo dicti Jo. R., Jo. Eistoun scriba signeti regii, Rob. Pringill ejus servo (scriptore carte):—Apud Edinburgh, 15 Jun. 1609]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xlv. 355.

118. Apud Edinburgum, 22 Jul.
REX concessit et de novo dedit PETRO HAY de Kirkland, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — dimidietatem terrarum de Lownane alias *lie* Courthill-Dumbarneth, et molendini de Lownane, ejus terrarum &c., vic. de Forfare;—quam Jac. Curle mercator burgen. de Edinburgh, cum consensu D. Roberti Creichtoun de Cluny militis, resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 31.

119. Apud Edinburgh, 22 Jul.[2]
REX concessit KENNETHO M'KENZIE de Kintale, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Glenelge cum fortalicio, maneriei loco, molendinis, piscariis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum, vic. Invernes;—que fuerunt Roderici M'Cleud de Dunvegane; et 23 Maii 1609 (comparente M. And. Aytoun procuratore pro dicto Ken.), dicte terre, cum assedationibus decimarum earundem, appreciate fuerunt[3] pro 10000 merc. dicto Ken. debitis, et pro 500 mercis

[1] Dated an. reg. 43 et 7. Placed here according to the A.D. The same discrepancy occurs in *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxviii. fol. 140.

[2] Dated an. reg. 42 et 6 Placed here according to the A.D., which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxviii. fol. 171.

[3] Names of assize:—David Spalding of Eschintullie, Wil. Forbes of Polflug, And. Moncur of

pro feodo Laurentii Dalgleische nuncii, vicecomitis in hac parte :—et voluit rex quod dictus Rod., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dictas summas persolverent infra septennium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 54.

120. Apud Edinburgh, 25 Jul.

REX confirmavit cartam Joannis com. de Montrois dom. Grahame et Mugdok, et Roberti Grahame olim feodatarii de Fairnyflett,—[qua,—pro perimpletione contractus de data apud Vardrappertoun, 6 Apr. 1609, —dictus Jo. cum consensu dicti Rob. vendidit WILLELMO GRAHAME de Callendaris, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, absque reversione,—terras suas dimidietatis baronie de Kynneff, viz. Ovirtoun de K., Fischertoun alias Gawpoole vel Bredley, Glisland, dimidietatem de Blaklawis, terras de Baiteislandis alias Halhill, terras de Weitlandis alias terras dominicales (Maynis) de Eistir Kynneff alias Fairnyflett, cum manerie, piscationibus, tenentibus &c., vic. Kincardin ;—necnon dictus Rob. cum consensu dicti Jo. vendidit dictis Wil. &c.,—terras de Largeislandis, in baronia de Kynneff, vic. Kincardin :—RESERVANDO M. Andree Grahame seniori de Fairnyflett liberum tenementum de Weitlandis cum manerie, et solaris dimid. de Fischertoun ; Issobelle Moncur ejus conjugi, post ejus decessum, vitalem redditum de Baiteslandis, cum annuo redditu 40 librarum de dicta dimid. de Fischertoun ; Jonete Stewart, relicte Roberti Grahame olim portionarii de Fairnyflett, vitalem redditum quarte partis de Blaklawis, dimid. de Ovirtoun et Fischertoun, et integrarum terrarum de Largeislandis ; necnon dicte Issobelle vitalem redditum et Roberto Arbuthnet ejus filio hereditatem annui redditus 110 mercarum de dictis terris de . . ., sub reversione 1100 merc. :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine :—TEST. Jo. Grhame, Rob. Grhame, Hen. Schaw, Alex. Medden, servitoribus dicti comitis :—carta scripta per Tho. Wichtane notarium :—Apud New-Montrois, 4 Jun. 1609] :—INSUPER suprascripta dicto Wil. de novo dedit, et in liberam baroniam de Fairnyflett incorporavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 351.

121. Apud Edinburgum, 26 Jul.

REX confirmavit cartam Alexandri Copland de Udoche,—[qua,—pro perimpletione contractus inter se cum consensu Eliz. Auchinlek matris sue ab una, et PATRICIUM CON de Auchry cum consensu Patricii C. ejus filii senioris et heredis apparentis ab altera partibus, de data apud Abirdene et . . ., 6 Jun. et . . 1609,—cum consensu dicte Eliz., vendidit dicto Pat. seniori, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, absque reversione,—solarem dimidietatem ville et terrarum de Hairmos (per Donaldum Forsyith occupat.), solarem dimid. ville et terrarum de Nether Wodheid (per Jo. Haitt occupat.), cum earundem multuris, cum feudifirmis, multuris et superioritate solaris dimid. ville et terrarum de Littill Auchry, cum tenentibus &c., in parochia de Turreff, vic. de Abirdene ;—et hoc in excambium umbralis dimid. villarum et terrarum de Overhill et de Wodheid vocat. Lidmos, jacen. *ut supra* (sub conditione quod dictus Pat. haberet regressum ad Overhill &c. si evictus esset ab Hairmos &c.) :—TENEND. de rege :—REDDEND. jura et servitia consueta :—cum precepto sasine : —TEST. Tho. Dempster de Auchterles,

---

Balmaw, John Logane of Coustane, Jas. L. his eldest son, Mr Alex. Seytoun of Gargunnok (chancellor), Mr Wil. Levingstoun servant of Joh. lord Abirnethie of Saltoun, Geo. Cairnis of Peitcastell, Jas. Somerwell of Garwode, Pat. Huntar of Newtoun, Rob. Wardlaw of Dubhous, Nic. Forsyith merchant, James Crawfurd goldsmith, Alex. Quhyte, Edw. Kincaid, burgesses of Edinburgh. On 21 March 1596 the said Roderick had appeared before the Privy Council and undertaken to support the royal authority, to appear in Edinburgh on 30th Nov. 1597, and meanwhile to leave his near kinsman Donald M'Cleud son of Joh. M. of Roak as his pledge in ward in Edinburgh, all under penalty of 10000 merks. The said Donald having gone home before the said date, and said Roderick having failed to reappear either then or afterwards, the fine was inflicted, and granted to umquhile John earl of Montroise lord Grahame and Mugdok then chancellor of Scotland, by writ under the privy seal of date at Falkland, 26 July 1602 ; and by the said earl of Montroise assigned to said Kenneth, of date at Perthe, 27 Aug. 1602.

Waltero Cheyne in Tillevin, Alex. Fraser in Boigheidis, M. Wil. Lummisden servitore M. Willelmi Barclay advocati Abirdonen. (scriptore carte), Arch. Ramsay et Gavino Wrquhart in Auchry, Jacobo Con filio dicti Pat. C. senioris, Pat. Gordone servitore dicti Alex. C.:—Apud Abirdene et Auchry, 6 et 15 Jun. 1609]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 35.

122. Apud Edinburgum, 26 Jul.
REX confirmavit cartam Patricii Con de Auchry,—[qua,—pro perimpletione contractus de data apud Auchry, 12 Apr. 1609, —vendidit WILLELMO GORDOUN apud molendinum de Udoche, et JONETE CON ejus conjugi,—umbralem dimidietatem villarum et terrarum de Ardun et de Balquhannachy, cum glebariis et pasturis, et cum astrictis multuris earundem, in parochia de Turreff, vic. de Abirdene:—TENEND. dictis Wil. et Jon. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Wil. quibuscunque, absque reversione, de dicto Pat.:—REDDEND. unum den. albe firme:—cum precepto sasine:—TEST. M. Rob. Paip et M. Wil. Barclay advocatis Abirdonen., Pat. Con filio dicti Pat. C. de A., Walt. Innes in Lescragie, M. Wil. Lummisden servitore dicti M. Wil. B. (scriptore carte):—Apud Abirdene, 3 Jun. 1609]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 37.

123. Apud Edinburgh, 27 Jul.
REX concessit et de novo dedit JONETE WILLIAMESOUN sponse Willelmi Nisbett ballivi et burgensis de Edinburgh, in vitali redditu,—9 bovatas terrarum de Dene (viz. 4 bov. per Walt. Bell in Bellismylne [sub quibus molendinum et terre molendinarie de Dene per dictum Walt. occupate nullo modo comprehense sunt], 3 bov. per Jac. Hendersone in Dene, et 2 bov. per Tho. Inglis ibidem occupatas);—necnon dicto WILLELMO NESBET, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Dene cum molendinis granorum et fullonum, terris molendinariis &c., moram *lie* Heiland-mure existentem propriam partem terrarum de Dene (juxta terras de Ravilstoun), cum piscariis, tenentibus &c., in baronia de Petcruvy, vic. Fyiff, per annexationem, et naturaliter jacen. infra vic. de Edinburgh et prope burgum ejusdem;—necnon, in speciale warrantum earundem (et decimarum garbalium de Dene pro annis specificatis in contractu inter Jo. dom. Lindsay, Dominam Euphamiam Leslie dominam Lindsay seniorem ejus matrem et Dominam Annam Oliphant dominam Lindsay juniorem ejus sponsam, et D. Rob. Lindsay de Orky militem fratrem germanum dicti Jo., ab una, et dictum Wil. ab altera partibus, de data apud Edinburgh et Cuprum in Fyiff, 18 et 2–Jul. 1609), binam partem terrarum de Cassindullie, vic. Fyiff;—quas omnes dictus Jo. cum consensu dictorum Euph. et Rob. resignavit:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta;—et rex, respectu taxationis warde &c. in carta per se quondam Jacobo domino Lindsay de Byris concessa de data 25 Jun. 1591 contente, taxavit wardam &c. de Deane cum pertinentiis ad 40 mercas, de dicta parte de Cassindulie ad 20 mercas, et maritagium heredis ad 500 mercas:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 133.

ANNO REGNI 43 ET 7. ANNO DOMINI 1609.

124. Apud Curiam de Bewlie, 29 Jul.
REX concessit et de novo dedit ROBERTO DOMINO CREICHTOUN DE SANQUHARE—terras dominii et baronie de Sanquhair antiqui extentus, cum fortaliciis, molendinis, tenentibus &c., advocatione ecclesie parochialis de S. et capellaniarum earundem, 8 mercat. terrarum de Glenmucklockis, 2 mercat. de Ferding, 3 mercat. de Guffokland, 6 mercatas de Knokingeg, 3 mercatas de Oversyde de Corsnevok, ant. ext., terras et baroniam de Crawfurdtoun ant. ext., terras de Kirkpatrik de *lie* Gait in parochia de Dalgerno, terras de Houth-

wattis, Stannareis, Knokis, Twathwattis et mercatam in Moffett, 5 mercat. de Wamfray ant. ext., cum tenentibus &c., tenementum terre in burgo de Drumfreis apud occidentalem finem ejusdem (inter tenementa olim per quondam Jo. Maxwell et quond. Geo. Maxwell occupata, et communem viam sub hortis *lie* Irrischgait descendentem a *lie* Freir-port ad torrentem molendinarium), cum horto dicti tenementi (inter hortum olim prepositi dicti burgi, *lie* Irrischgait et aquam de Neth), in senesc. de Annanderdaill et vic. Drumfreis; cum officiis vicecomitis de Drumfreis et coronatoris vicecomitatus ejusdem; 20 librat. terrarum de Kirkpatrik-Irnegray alias Cluden, cum advocatione ecclesiarum parochialium et capellaniarum earundem, in senesc. Kirkcudbrycht; terras de Langnudrie, in baronia de Tranent, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh; terras de Strabrok, vic. Linlithgow; dimidietatem terrarum de Ballegerno et Abirnyte, cum tenentibus &c., dimid. terrarum de Drymmie, terras et baroniam de Kynnoull, acras earundem, cum piscaria aque de Tay, cum tenentibus &c., advocatione ecclesiarum earundem, tres villas de Banchellis et dimid. de Rossyochell cum molendinis, vic. Perth; terras et baroniam de Pambryde, cum tenentibus &c., villas et terras de Foirmaill et Fornochtie, vic. Forfare;—quas, omnes in dominium de Sanquhair unitas, David Creichtoun de Lugtoun apud Quhythall resignavit; et quas rex de novo incorporavit in liberum dominium de Sanquhare, ordinando maneriem de S. fore principale messuagium:—TENEND. dicto Rob. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Willelmo Creichtoun ejus filio naturali, tunc in scholis in villa de Pareis infra regnum Francie commoranti, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Willelmo C. de Ryhill et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., dicto Rob. ejusque legit. et propinquioribus heredibus masculis, cognomen et insignia de Creichtoun gerentibus, et assignatis quibuscunque:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta; taxando wardam et nonintroitum ad 800 lib., et maritagium heredis ad 2000 librarum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 367.

125. Apud Edinburgh, 3 Aug.

REX,—cum consensu &c. (126.),—ad feudifirmam dimisit THOME EDYER in Kirkblane filio et heredi quond. Clementis E. in K., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—20 solidat. terrarum antiqui extentus de Westir-Glen (olim per quond. Nic. Edyer et quond. Wil. E. ejus filium et heredem occupat., et ad dictum Clem. per dispositionem dicti Wil. hereditarie pertinentes), in baronia de Lochkindeloche, senesc. Kirkcudbricht;—que olim ad abbatiam Dulcis-cordis *lie* Sueithart pertinuerunt:—REDDEND. 40 solidos, cum 6 sol. 8 den. augmentationis, cum pultreis consuetis, et 3 sol. 4 den. nove augmentationis; et apportando grana ibi crescentia ad molendinum de Sweithart molenda, solvendo multuras, decimas et devorias consuetas; necnon prestando tres sectas de placitis capitalibus dicte baronie; ac duplicando feudifirmam in introitu dicti Tho., ejus heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 108.

126. Apud Edinburgh, 3 Aug.

REX,—cum consensu &c. (144.),—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit M. ALEXANDRO COLVILL justiciario deputato Scotie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras S. Niniani in Kyntyre, viz. 6 mercat. de Machrereoch cum *lie scheildis* earundem, 5 mercat. de Blasteill et Edoun, 20 sol. de Knokmorrill, 20 sol. de Kilmosenchane, mercatam de Pendlachna, mercatam de Pendnasserat, 20 solidat. de Auchroy, 20 sol. ile de Sanda, 3 mercat. de Ballagregane, 2 mercat. de Drummoir, extenden. in integro ad 16 librat. terrarum antiqui extentus, in Kyntyre, vic. Tarbert;—que olim pertinuerunt ad prioratum de Quhithorne:—REDDEND. 16 libras 13 sol. 4 den. feudifirme antique, et 6 solidos 8 den. augmentationis; necnon 3 sectas ad 3 placita capitalia super dictas terras; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum; et observando &c. (*ut in carta* 4):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 179.

127. Apud Edinburgh, 4 Aug.

REX dedit literas remissionis M. JACOBO WISCHART, pro ejus vita duraturas,—

pro usu, gestione et machinatione *lie pistolettis* et *hagbuttis* quibuscunque temporibus elapsis. P.R. i. 49.

128. Apud Edinburgum, 5 Aug.
REX concessit et de novo dedit familiari servitori suo JOANNI MURRAY de Ranpatrick, uni generosorum intimi cubiculi sui,—10 mercat. terrarum de Kirkcossald, cum earum pendiculo nuncupato Drumbowie, in senesc. Kirkcudbricht et vic. Wigtoun;—quas Geo. Murray de Brochtoun resignavit:—TENEND. dicto Jo. et heredibus masculis ejus de corpore procreandis, quibus deficientibus, D. Davidi M. de Clonyaird militi ejus fratri germano, et heredibus ejus masculis quibuscunque cognomen et insignia de Murray gerentibus:—REDDEND. unum den. albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 360.

129. Apud Edinburgh, 5 Aug.
REX,—cum consensu &c. (126.),—confirmavit cartam M. Roberti Innes, archidiaconi Cathanensis (*vide* Regist. Magni Sigilli A.D. 1580–1593, *cartam* 2180),—[qua ad feudifirmam dimisit (quondam) JOANNI SINCLAIR de Dune—terras de Scramlet cum molendino, Larell, Galschefeild, Cleok, Camster, cum decimis ac ballivatus officio earundem, in comitatu Cathanie, parochia de Bower, vic. Invernes; cum decimis villarum et terrarum de Dun, Haustrie et Backles, in parochia de Wattin, vic. Invernes; omnes in tenandriam de Scrameclett incorporatas:—cum precepto sasine directo Arch. Maxwell servitori Willelmi Sinclair de Dunbethe:—TEST. Geo. Sinclair in Scrabster, Math. Murray lectore apud Hakirk, Adamo Grot filio Hugonis Grot portionarii de Duncasbye, Davide Sinclair filio quond. Joannis S. archidiaconi Cathanen.:—Apud Scramclett, 20 Sept. 1591]:—PRETEREA suprascripta DAVIDI SINCLAIR tunc de Dun, filio et heredi dicti Jo. S. de D., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, de novo ad feudifirmam dimisit;—et omnia incorporavit in liberam tenandriam de Scramlett, ut unica sasina apud maneriem de Scramplett capienda pro omnibus staret:—REDDEND. regi 23 libras 4 sol., archidiacono Cathanen. pro decimis garbalibus 4 celdras victualium (pretium bolle 8 sol. 4 den.), pro decimis *lie viccarage* 53 sol. 4 den.; et duplicando dictam feudifirmam in introitu heredum; necnon observando &c. (*ut in carta* 4):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 345.

130. Apud Bewlie, 5 Aug.
REX dedit literas remissionis ALEXANDRO ROS juniori in Eddelwode-mylne, pro ejus vita duraturas,—pro arte et parte interfectionis Joannis Ros filii Alexandri R. senioris in Eddelwode-mylne, A.D. 1608 perpetrate. P.R. i. 47.

131. Apud Edinburgum, 8 Aug.
REX dedit literas remissionis ARTHURO DOMINO FORBES, et WILLELMO GARIAUCHE de Kinstair, pro eorum vita duraturas,—pro usu machinarum et machinularum quocunque tempore preterito. P.R. i. 48.

132. Apud Edinburgh, 8 Aug.
REX dedit literas legitimationis WILLELMO CREICHTOUN, filio naturali Roberti dom. Creichtoun de Sanquhare, tunc in scholis in villa de Pareis commoranti. P.R. i. 59.

133. Apud Edinburgh, 8 Aug.
REX confirmavit cartam D. Roberti Creichtoun militis dom. de Sanquhair,—[qua,—pro perimpletione indenture de data 17 Jun. 1608, necnon pro 3500 lib. monete Anglie in dicta indentura specificatis,—concessit Domine MARIE FERMOUR sue conjugi, filie legitime D. Georgii F. de Eastoun-Neston alias Easte-Neston alias Eastoun in comitatu de Northamptoun militis, in vitali redditu,—annuum redditum 350 lib. monete Anglie (ad festa S. Michaelis archangeli et Annunciationis B.V.M. apud capellam rotulorum in *lie* Chancery-lane infra civitatem Londonen. percipiendum) de terris dominii et baronie de Sanquhare antiqui extentus cum fortaliciis et molendinis, vic. Drumfreis, necnon de terris et baronia de Kynnowle et acris ejusdem et piscatione super aqua de Tay, vic. Perth:—TENEND. de rege:—cum pre-

cepto sasine directo D. Jo. Creichtoun de Innernytie militi, et M. Jac. M'Math de Dalpedder :—TEST. M. Laurentio Mackgill advocato coram dominis concilii et sessionis, Wil. Sinclare et Rob. Buchane ejus servitoribus, Geo. Bickley servitore dicti D. Geo., Ric. Wattis ejus servo :—carta scripta per Jac. Ramsay servitorem Jacobi Kynneir scribe signeto regis :—Apud burgum Vicecanonicorum, 28 Jul. 1608]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* P.R. i. 63.

134. Apud Edinburgh, 10 Aug.

REX confirmavit cartam Thome Forrester de Strathenrie,—[qua,—cum consensu D. Roberti F. (militis) filii sui et heredis apparentis, et Issobelle Leirmonth conjugis dicti Tho.,—pro impletione obligationis de data 13 Apr. 1608,—vendidit ANDREE GULING in Cowbaikie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, absque redemptione,—tertiam suam partem terrarum de Cowbaikie (per eum occupat.), in parochia de Lewcharis, vic. de Fyiff :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine directo And. Watsoun thesaurario S. Andree : —TEST. And. Watsoune mercatore cive S. Andree, Davide Grant, Jac. Robertsoun, servitoribus dicti Tho., Jo. Philp in Couper, Jo. Barclay servitore dicti And., Pat. Mows, Wil. Crystesoun, notariis publicis, And. Watsoun, M. Wil. Russell advocato :—carta scripta per M. Wil. Russell juniorem infra civitatem S. Andree:—Apud Strathenrie, 10 Jun. 1609]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xlv. 362.

135. Apud Edinburgh, 10 Aug.

REX confirmavit cartam D. Roberti Creichtoun de Cluny militis,—[qua,—pro perimpletione contractus de data apud Perth, 6 Mar. 1609,—vendidit ROBERTO MAXWELL fratri germano D. Davidis M. de Tealing militis, heredibus ejus et assignatis, absque reversione,—terras dominicales de Gairdin cum fortalicio et manerie, terras de Smyddyhill et Dentounmylne, cum molendino, terris molendinariis &c., et presertim cum multuris granorum super dictis terris crescentium, cum communia et communi pastura in mora de Montrewmonth, in baronia de Gairdyn, vic. de Forfar:—REDDEND. regi unum par chirotecarum albe firme :—cum precepto sasine :—TEST. Steph. Currour de Logymegill, Davide Tyrie in Navay, M. Alex. Tyrie filio legit. quondam Jacobi T. in Nevay, Arch. Campbell, Jo. Forbes, Davide Gairdyn, servitoribus dicti D. Rob., M. Joanne Dunmwre servitore M. Alexandri Wedderburne scribe curie Deidonane (scriptore presentis carte) :—Apud burgum de Dundie, 5 Aug. 1609]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xlv. 374.

136. Apud Edinburgh, 12 Aug.

REX confirmavit cartam Andree Wardlaw feodatarii de Torrie,—[qua, pro impletione literarum obligatoriarum de data presentium, vendidit DAVIDI BETOUN feodatario de Balfoure, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Bruntoun, Dalginche, cum molendino, terris molendinariis &c., maneriei loco et fortalicio, vic. Fyiff; terras de Torrie cum maneriei loco, in regalitate de Sanctandrois, vic. Fyiff :—REDDEND. dicto And. pro Bruntoun &c. 60 libras feudifirme; pro Torrie unum den. albe firme, et superioribus dicti And. feudifirmas et alia in infeofamento dicti And. contenta :—cum precepto sasine :—TEST. Hen. Wardlaw de Balmulie, Jac. Betoun servo dicti Dav., M. Pat. Row filio quondam M. Joannis R. ministri apud Perth, And. Hay (scriptore carte) et And. Gourlay servitoribus Jacobi Kinneir scribe signeto regio :—Apud Edinburgh, 8 Apr. 1609] :—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xlv. 381.

137. Apud Edinburgh, 15 Aug.

REX confirmavit cartam Alexandri Lauder de Haltoun,—[qua concessit ANNABELLE BELLENDEN conjugi sue, in vitali redditu, —in plenariam contentationem pro ejus vitali redditu terrarum de Brounisfeild, vic. Edinburgh, per se cum consensu dicte An. alienatarum Joanni Fairlie burgensi de Edinburgh,—ter. de Westhall et Northraw de Ratho, in baronia de Ranfrew per annexationem, vic. Edinburgh;—necnon, in speciale warrantum earundem, terras de Cringiltie, vic. Peiblis :—TENEND. de rege: —cum precepto sasine :—TEST. M. Walt. Bellenden fratre germano D. Ludovici B.

de Auchinnoule militis, Alex. Dowglas clavigero, Pat. Somerwell servo dicti Alex. L. :—carta scripta per Tho. Couttis servitorem Thome Young scribe signeto regis : —Apud Edinburgh, 4 Aug. 1603] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 50.

138. Apud Edinburgum, 23 Aug.

REX,—cum consensu &c. (126.),—ad feudifirmam disposuit et quitteclamavit JACOBO HAMMILTOUN mercatori burgensi de Glasgow, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—hospitium edificatum et vastum, cum clausura, fonte et horto (inter mansiones et hortos vicariorum chori Glasguen. ex occiden. et boreali, hospitium et hortos olim cancellarii Glasguensis ex orien., cemiterium ex australi), in civitate de Glasgow et ejus territorio ;—quod olim ad precentoriam Glasguensem pertinuit :—REDDEND. 10 sol., et 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. 99. 46. 93. 112. 72. 86. 49. 78. xlv. 366.

139. Apud Quhythall, 28 Aug.

REX,—cum consensu &c. (126.),— concessit familiari servitori suo JOANNI VICECOMITI DE HADINGTOUN dom. Ramsay de Barnis, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Melros, villam et terras de Auld Melros cum molendinis et piscariis, terras de Blanislie, Threipwod, Colmesliehill, Quhytlie, Williamelaw, Housbyre et Eisterfuird, Housbyre et Westerfuird, Langschaw cum molendino, Moreistoun, Reidpeth, Eildoun, Newtoun cum molendino, Maxpoffill, Cringullis, Freircroft, Woplaw, Apiltrieleiffis, Freirschaw, Moreislaw, custumas de Melros, terras de Langlie, Buldholme, Allaneschawis, Lassuden, annuos redditus de Littill Fordell, terras de Eildoun-coitt, molendinum de Newgrang, terras de Courtleyis, Symurlandis, Calfhill, Halkburne, Howlawbullis, Drygrange, Kirklandis de Hassinden et Cavers, terras de Auld Melros, Freirlandis, Darnik et Brigend cum pendiculis, Cadheuch, Sorolesfeild, Cammestoun, Plewlandis, Monkfauld, Autoneburne, Colmislie, Dainyeltoun, Pryourwode, Salraumedow, Monkisland, Meirbank, Cartisleyis, Newfuirdhauch, Moshousis, Westerhousis, molendinum (earundem, terras) de Ladupmure, piscariam Twede, terras de Ringwodfeild, viz. *lie* Burgh, Stobcoit, Ringwodhall, Bowanehill, Grange, Preisthauch, Pennangushoip, Westre, Northous, Soudenrig, Cauldcleich, et terras de *lie* Eist Tiviotdaill, viz. Gaitschaw, Southcoit, Hownemgrange, molendinum de Hownemgrange, Cliftoncoit, et terras de Uggins, viz. Salsett, Trow, Coklaw, Capilrodick, Ewingschaw, Preistcheines, Sowrope, Raschaw alias Faschaw, Cepitrig, vic. Roxburgh ; terras infra vic. de Beruick, viz. Reidpeth, *lie* Parkcraig, Sorokfeild, Moreistoun, quatuor terras de Hassingtoun-maynes, Deidriggis, Harlaw, Clerkland, Pittelshauch ; terras de Lambermure, viz. Hartsyd, Preistlaw, Winterscheillis, Penscheillis, Preistlaw, Freirdykis, terras de Newgrange, Grange et Grangemure, terras de Monkland in dominio de Yester, commune pasturagium in moris de Lawmurmure et in communiis de Innerweik, Thornton et Dumbar, cum privilegio cespitum et glebarum in dicta communia, vic. Edinburgh ; terras de Rodono, terras de Glenkeri, Mighoip, Ettrikhous, Schoirhoip, Farhope, Kirkhope, Espehope, Scabcleuch, Ramscleuch, Thirlestane, Langhoipe, Craig, vocat. terras de Attrik, vic. Selkirk ; terras de Hairhope, Hopcarten, Kingildoris, Wolfclyd, Troquair, vocat. terras de Tweddall, viz. Peblis ; terras de Bruntskeath, Dargavill, Dalganer, Over et Nethir Lagane, Glengounyeoche alias Hill, Barchinwallo, Killelago, *Hither and Yonther* Barscheuallis, Kilroy, Berduell, Edyertoun, Newtoun, Newtounheid, Meikill et Littill Dempstertones, Ferdingilroy, Lyntburne, Ferdinawallis, Myllilintoun alias Midtounfit, Ferding-drumbane, M'Cubenstoun, Maschoustoun, M'Murdistoun, terras de Cars, peciam terre ad finem ville de Drumfreis, Dowglen, Hoyken, Boitkinhoipis, Wodlandis de Middilbe et *lie Foure Coitlandis* (in parochia de Middilbe), cum ceteris terris et molendinis, vic. Drumfreis; terras de Carrik vocat. *lie* Monkland de Melros, viz. Largis, Knokraw, Lagdalduff, Carvinschott, Clonuay alias Clovay, Corefintoun, Tibertmoir, Meikill et Littill

Knoktones, Sauchrie, Craigskeane, Garehorne, Brokloch, Meikill et Littill Smithistoun, Fischertoun, Culnane, Grange, Mylnetoun, Sermoray alias Semroway, terras vocat. Beyond-the-mure, Robispark, Platcorroway, molendinum ejusdem, Pearstoun, Monkwod, Corway, molendinum ejusdem, terras molendinarias, Mosend, Croreischehill, Knokfentoun, Knokinscoir, cum ceteris terris et molendinis, vic. Air; tenementum terre in Edinburgo, duo tenementa in *lie* Cowgait ibidem, tenementum vocat. peciam terre continen. 14 pedes in villa de Leyth, tenementum in burgo de Peblis, tria tenementa in Selkirk, cum certis acris terrarum, tenementum in Perth, tenementum vocat. toftam terre in villa de Kinros, peciam terre *lie* Nunland (vel Monkland) in villa de Foulden; terras et baroniam de Kylismure et Barmure, vic. Air; cum castris, mansionibus, manerierum locis, forestis, molendinis, piscariis, tenentibus &c. omnium suprascriptorum; —que ad temporalitatem abbatie de Melros pertinuerunt, et tunc in parliamento a corona dissoluta sunt;—necnon monasterium et abbatie locum de Melros cum domibus, hortis et aliis infra precinctum ejusdem, cum decimis garbalibus aliisque decimis et devoriis rectoriarum et vicariarum ecclesiarum et parochiarum de Melros, Hassinden et Cavers, Newkirk de Ettrik, et terrarum de Gaitschaw, Hownemgrange, Cliftouncoitt, Southcoitt, Autoneburne, Hownemgrang-mylne et *lie Browingis*; —que, olim ad spiritualitatem supradicte abbatie pertinentia, Jac. commendatarius dicte abbatie et conventus ejusdem resignaverunt;—et que omnia rex incorporavit in liberum temporale dominium et baroniam de Melrois, concedendo dictis Jo. &c. titulum et honorem liberi baronis et domini parliamenti, dom. de Melrois nuncupand., preter ceteros honores cum quibus prius titulatus fuerat, et quod dictum dominium insigniis et dominii armis ut decuit honoraretur; et ordinando palatium de Melros principale messuagium fore:—

PRETEREA dictam abbatiam suppressit, renunciando jus suum ad tertias; et voluit quod feudifirmarii et tenentes suprascripta de dicto Jo. tenerent; et ordinavit quod dict. dominium non inter terras ecclesiasticas sed cum baronibus et temporalibus dominis taxaretur, et quod existimaretur et retornaretur ad 100 mercas antiqui et 300 mercas novi extentus:—PRETEREA ordinavit idoneos ministros apud unamquamque dict. ecclesiarum provideri, qui per regem nominarentur, et haberent stipendia sequentia, viz. minister apud ecclesiam de Melrois 500 lib., cum mansione et gleba apud dictam ecclesiam; minister de Hassinden 500 mercas, cum mansione &c. (*ut sup.*); minister de Cavers 500 merc., cum mansione &c. (*ut sup.*); minister apud *lie* Newkirk de Ettrik 300 merc., cum mansione et gleba:—REDDEND. servitium liberi domini et baronis in parliamentis, cum 200 mercis albe firme; necnon dictis ministris &c. (*ut in carta* 9):—TEST. 99. 46. 93. 112. 72. 86. 49. 78. xlix. 203.[1]

140. Apud Edinburgh, 31 Aug.

REX confirmavit (presertim penes terras de Kindroch) cartam D. Alexandri Fraser de Fraserburgh militis,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, ad feudifirmam dimisit JOANNI FORBES de Petslego, et CRISTINE OGILVY ejus conjugi,—terras de Kindrocht (per dictum Alex., Jac. Fraser filium suum secundogenitum, Alex. Jamesoun et Mich. Joffray occupat.), in parochia de Rethin, vic. Abirdene; terras et villas de Kairnes et Ower molendinum de Cremond cum ejus terris &c., in parochia de Lonmay, vic. Abirdene: —TENEND. dictis Jo. et Cris. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. et assignatis dicti Jo. quibuscunque, de dicto D. Alex.; redimabiles per solutionem 10000 mercarum in ecclesia parochiali de Abirdene:—REDDEND. 20 lib. feudifirme, si peterentur tantum:—cum precepto sasine directo Joanni Massie in

[1] The bracketed words "earundem, terras," and "in parochia de Middilbe" and the reading *Monkland* for *Nunland*, are in the *Tenendas* clause here, but not in the later charter of the same lands (No. 1913 *infra*). The Privy Seal Register (lxxviii. 357) reads more correctly *Bukholme*, *Fiemasterlandis*, and *Falsett*, for *Buldholme*, *Symurlandis* and *Salsett*.

Tillinamout :—TEST. Alexandro Forbes de Fingask, Walt. Fraser fratre germano dicti D. Alex., Roberto Forbes in Melros, Jo. Kennedy in Fraserburgh, Magno Ogstoun et Donaldo Wrquhart (scriptore carte) notariis publicis :—Apud Fraserburgh, 11 Jul. 1607] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 371.

141. Apud Edinburgh, 31 Aug.
REX confirmavit cartam quondam Andree Hoppringill de Smailhame,—[qua ad feudifirmam dimisit (quond.) GEORGIO HOPPRINGILL de Wranghame, consanguineo suo,—2 terras husbandias cum 3 terris cottagiis cum monte jacen. a turre de Smailhame-craigis versus occidentem (per eum occupat.), in territorio de Smailhame, vic. Roxburgh :—TENEND. dicto Geo. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus ejus masc. quibuscunque, quibus def., dicto And. et heredibus suis quibuscunque reversuras, de dicto And. ; cum servitio omnium dicti And. tenentium de Smailhame prout dictus Geo. tunc habuit:—REDDEND. 6 bol. victualium, viz. 4 bol. farine avenatice *lie strakit mett* et 2 bol. ordei ; ac debitum servitium consuet., quandocunque requisiti essent, contra omnes rege excepto ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum clausula warrantizationis, presertim ad manus Davidis H. fratris dicti And. penes dictas 6 bol. :—PROVISO quod si dictus And. aut ejus heredes dicte turri adiissent et ibidem expectarent, liceret eis 12 oves antiquas super solo dict. terrarum cum pasturatione 4 equorum tenere dum in propriis personis ibi manerent :—cum precepto sasine directo Jo. Rantoun :—TEST. Pat. Murray de Fawlayhill, Walt. Ker de Littidane, Rob. Hoppringill de Wodhous, Jo. Mow de eodem, And. Halden in Mosilie, Wil. Paterson notario publico : —Apud Edinburgh, 1 Feb. 1574] :—PRETEREA rex suprascripta quitteclamavit GEORGIO HOPPRINGILL tunc de Wranghame :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 375.

142. Apud Edinburgh, 1 Sept.
REX dedit literas legitimationis ARCHIBALDO DRUMMOND, filio naturali Joannis D. in Dunblane. P.R. i. 64.

143. Apud Edinburgh, 11 Sept.
REX,—cum consensu &c. (141.),—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit WILLELMO SCOTT in Howfurde, antiquo et nativo tenenti infrascriptorum, in vitali redditu, et WALTERO SCOTT ejus filio, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, hereditarie,—terras de Howfurde, cum earum fortalicio, manerie loco, molendino, terris molendinariis, marresiis et moris, in parochia de Ettrik-forrest, vic. Selkirk :—REDDEND. 25 lib., et 3 sol. 4 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et observando &c. (*ut in carta* 4) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 370.

144. Apud Edinburgh, 15 Sept.
REX confirmavit cartam factam per Jac. Douglas dom. de Torthorwell, Dominam Eliz. Carleill ejus matrem (relictam Jacobi D. dom. de T.), Jac. Johnestoun de Westirraw et Euphamiam Oliphant ejus sponsam, —[qua,—pro perimpletione contractus de data presentium, et pro 1700 merc. persolutis dictis Jac. J. et Euph.,—cum consensu Jacobi Johnestoun filii legit. Archibaldi J. mercatoris burgensis de Edinburgh,—vendiderunt WILLELMO SOMERVELL de Pule in vitali redditu, et ROBERTO SOMERVELL ejus filio legitimo, heredibus ejus et assignatis, in feodo,—5 bovatas *lie oxingang* 20 mercatarum terrarum de Pettynane (viz. 2 bovat. per Adamum Cok, 2 bovat. per Tho. Gray, 1 bovat. per Wil. Thomsoun vocat. *Litill Williame* occupat.); —necnon dicto Wil. in vitali redditu, et JOANNI SOMERVELL ejus filio juniori, heredibus ejus et assignatis, in feodo,—$2\frac{1}{2}$ bovatas earundem (per dictum Wil. T. occupatas) ; —et hoc sub reversione pro redemptione dict. 5 bovatarum pro 1200 mercis, et dict. $2\frac{1}{2}$ bovat. pro 500 mercis ; redemptione suspensa pro 9 annis post terminum Pentecostes A.D. 1609 :—REDDEND. dicto dom. de Torthorwall pro dictis 5 bovatis 8 lib., pro dictis $2\frac{1}{2}$ bov. 4 lib., feudifirme :—cum clausula warrantizationis ab omnibus contentis in contractu facto

apud Douglas-kirk et Torthorrell, 12, 16 et 17 Dec. 1601, inter dictam Eliz., heredem quondam Michaelis dom. Carlell, cum consensu Georgii Douglas de Ovir Moringtoun, et dictum quond. Jac. dom. de T., ab una, et dictum Jac. J. ab altera partibus, registrato in libris dominorum concilii 10 Aug. 1605, continente alienationem dicto Jac. J. dict. 20 mercatarum antiqui extentus de Pettynane, cum molendinis, tenentibus &c., in parochia de Pettynane, vic. Lanerk :—cum precepto sasine Rob. Denholme juniori de Westhall (West Scheill?) :—TEST. (ad subscriptiones dominorum de Torthorrell et Westerraw) Rob. Denholme juniore de West Scheill, Wil. Cunynghame in Dolphingtoun, Geo. Johnnestoun servitore Alexandri Cunynghame scribe, Alex. M'Millane servitore Arthuri Hammiltoun scribe signeti regii (scriptore carte) ; (ad subscriptionem dicte domine de Carlell) M. Jac. Ramsay, Wil. Hammiltoun, Stephano Gude, servitoribus dicte domine, Jacobo Thomsoun servitore dicti dom. de Westerraw; (ad subscriptionem domine de Westerraw) Jac. Johnnestoun, Jac. Cok, Matheo Johnestoun, dicto Jac. Johnnestoun, servitoribus dicti dom. de W. : —Apud Edinburgh, Torthorrell et Glendinning, 12, 16 et 17 Aug. 1609] :— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 114.

145. Apud Edinburgum, 28 Sept.[1]
REX concessit et de novo dedit ALEXANDRO NISBET seniori filio legitimo et heredi apparenti Philippi N. de eodem, et CATHARINE SWYNTOUN ejus sponse affidate, filie legitime natu maxime Roberti S. de eodem, in conjuncta infeodatione, heredibusque masculis inter eos legit. procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Alexandri quibuscunque,—terras de Nisbethill vulgo appellatas antiquas terras dominicales, cum molendino granorum de Nisbet, ejus terris &c., vic. Berwick ;—necnon dicto Alex., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras, villam et territorium de West Nisbet, cum fortalicio, manerie, molendinis, tenentibus &c., dimidietatem terrarum de Otterburne, vic. de Berwick ;—quas omnes dictus Phil. cum consensu Eliz. Halden sponse sue resignavit virtute contractus matrimonialis ;—idque pro plenaria contentatione omnium terrarum familie de West Nisbet que ad dictam Cath. pertinere potuissent ratione tertie partis aut conjuncte infeodationis :—RESERVANDO dicto Phil. liberum tenementum de West Nisbett (exceptis Nisbethill et dicto molendino) ; dicte Eliz. vitalem redditum terrarum de Mungoiswallis et Reishill, que, cum terris de Over et Nethir Ridcleuches, destinate sunt possideri per eam pro plenaria satisfactione ejus conjuncte infeodationis aut tertie partis ;—absque prejudicio Eliz. Cranstoun matris dicti Phil. de vitali redditu de Mungoiswalles :—TEST. 113. 46. 93. 72. 86. 49. 78. lviii. 18.

146. Apud Edinburgh, 29 Sept.
REX dedit literas remissionis M. JACOBO LYNDESAY filio legit. Alexandri L. de Brodland, pro ejus vita duraturas,—pro arte et parte mutilationis et demembrationis Roberti Keith, filii Roberti K. burgensis de Montrois, de ejus dextera manu, mense Sept. 1606 aut eocirca commisse. P.R. i. 53.

147. Apud Edinburgh, 29 Sept.
REX dedit literas remissionis D. ROBERTO M'CLELLANE de Bombie militi, THOME M'CLELLANE de Overlaw, GAVINO M'CLELLANE filio quondam Michaelis M. in Chapeltoun, et WILLELMO M'CLELLANE filio Jacobi M. de Cardones, per eorum vita duraturas, —pro gestione et jaculatione machinarum et machinularum quibuscunque temporibus seu locis ante diem date. P.R. i. 56.

148. Apud Edinburgh, 4 Oct.
REX concessit D. JACOBO SCRYMGEOUR de Dudop militi, constabulario de Dundie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—duas tabernas seu superiores officinas cum domibus et gradibus earundem, jacentes ad orientalem partem tenementi olim terre S. Margarete nuncupat.,

[1] Recorded "ex deliberatione dominorum concilii," 21 July 1647.

ex boreali parte vie forensis *lie* Marcaitgait burgi de Dundie (inter terram Rob. Rolland quond. Sanct-Thomas nuncupat., terram heredum quondam Jac. Rollok et terram quondam Jo. Wodderburne et Wil. Kinloche), cum orientali inferiore officina et fornice *lie penthese* ad dorsum ejusdem, jacen. ad dorsum novi pretorii dicti burgi ad australem partem dicte vie;—que fuerunt quond. Mariote Plenderleithe aut quond. Joannis Plenderleithe aut quond. Andree P. ejus patris; et regi devenerunt tanquam ultimo eorum heredi, aut ob bastardiam dicte Mar.:—REDDEND. servitium burgi consuetum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 382.

149. Apud Quhythall, 8 Oct.

REX concessit et quitteclamavit familiari consiliario suo D. ALEXANDRO DRUMMOND de Meidope militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—dominium et baroniam de Balmerinoch, cum castris, molendinis, piscariis, annuis redditibus, ecclesiis, decimis garbalibus aliisque decimis et devoriis rectoriis et vicariis, advocationibus, tenentibus &c., ubicunque intra regnum jacentibus; terras et baroniam de Rastalrig, cum fortalicio, manerie, lacu, molendinis, piscariis, tenentibus &c., cum granorum et aliis molendinis super aqua de Leith prope villam de L., cum terris molendinariis &c., cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Restalrig cum decimis et devoriis, terras de Ovir Barnetoun cum fortalicio et manerie, terras de Craigschott, Blakleitche, Muresyde et Kingismedow, partes de Ovir Barnetoun existentes, cum tenentibus &c., moram de Crawmond cum ejus terris, cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Crawmond, vic. Edinburgh; cum quarteria molendini nuncupati Nuddrie-milne ex orientali parte de Crawmond, cum terris molendinariis &c., in baronia de Crawmond, vic. Edinburgh; occidentalem partem ville et terrarum de Killeith, vic. Linlithgow; terras de Cuiking, Turnoch, Turnochhill et Lennoxtounlaw, in baronia de Glencors, vic. Edinburgh; *lie* Maynis de Balumbie cum fortalicio et manerie, molendinum de Balumbie cum ejus terris &c., cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Barrie ac vicarie pensionarie ejusdem, et rectorie et vicarie ecclesie (et) parochie de Monyfuthe, et rectorie et vicarie de Balumbie, terras de Inverpeffer cum tenentibus &c., cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie (et) parochie de Auchterhous, vic. Forfar; tertiam partem terrarum et baronie de Glenelg et terrarum de Hery, cum terris et castro de Dunvegane, terras de Durnes, et ceteras terras quascunque intra insulas de Sky et Lewis, cum omnibus parvis insulis circa dictas duas insulas, cum fortaliciis, maneriebus, molendinis, piscariis, lacubus, montibus, moris, marresiis, pasturagiis, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum, tertiam partem terrarum et baronie de Lewis, cum castro, manerie, molendinis, piscariis tam in aquis dulcibus quam salsis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum, beneficiorum et capellaniarum, 8 mercatas terrarum in insula de Sky, cum montibus, moris, marresiis, communiis, pasturagiis, molendinis, piscariis, cum castro de Duntolland, et officiis senescallatus et balliatus regie proprietatis in insula de Sky cum eorum feodis &c., vic. Invernes; tertiam partem 80 mercatarum terrarum de Trouternes, cum castris, molendinis, piscariis, montibus, moris, marresiis, communiis, pasturagiis, advocatione ecclesiarum, beneficiorum et capellaniarum infra dictas bondas, in insula de Sky, vic. Invernes; terras de Bonyngtoun extenden. ad 10 librat. antiqui extentus, cum mansionibus, maneriebus, molendinis, (piscariis), feudifirme firmis, tenentibus &c., 5 librat. ant. ext. de Piltoun, cum mansionibus &c. (*ut sup.*), vic. Edinburgh, et per annexationem intra vic. de Renfrew;—que regi devenerunt ob forisfacturam Jacobi olim dom. de Balmerinoch:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 53.

150. Apud Roystoun, 11 Oct.

REX concessit et, pro servitio sibi multis annis elapsis prestito, de novo dedit suo familiari servitori ALEXANDRO MONCREIFF de Fawsyde, principali suo accipitrario, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Westir Balmonth alias Gordounshall, cum domibus in *lie*

Kirkdeane, cum terris *lie* Preistishill et Bromehill, moris et marresiis, in parochia de Carnebie, vic. Fyiff;—quas Jo. Borthuik de Balwolfie, cum consensu Agnetis Scott sponse sue, Joannis B. filii sui et heredis apparentis ac Thome Gourlay de Kincraig, resignavit:—REDDEND. unum capitium (*ane halk-huid*) nomine albe firme; non obstante quod dicte terre per servitium warde antea tenebantur:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 39.

151. Apud Edinburgh, 14 Oct.

REX dedit literas legitimationis JOANNI SCRYMGEOUR bastardo, filio naturali quondam Thome S. tinctoris burgen. de Dundie. P.R. i. 57.

152. Apud Edinburghe, 16 Oct.

REX confirmavit cartam Georgii archiepisc. S. Andree,—[qua, cum consensu capituli sui, ratificavit cartas per regem post actum annexationis confectas M. GEORGIO LAUDER de Bas de infrascriptis;—et confirmavit et de novo dedit dicto M. Geo., et ISSOBELLE HEPBURNE ejus sponse,—terras dominicales de Tynninghame, 20 terras husbandias, 20 terras cottagias, 5 terras brasinarias, molendinum de Tynninghame cum ejus terris &c., terras vocat. Wairdlandis, Geillischot, *lie* Smythisland, cum piscaria salmonum et aliorum piscium quorumcunque in aqua de Tyne tam dulci aqua quam salsa infra maris fluxum, lacubus, piscibus, cuniculariis, cum alga maris et *lie wraik, wair*, lapide et calce, cum moris et marresiis dict. terrarum et dominii de Tynninghame, annuum redditum 10 mercarum de dimidietate ville de Auldhame in dicto dominio, principalem mansionem et fortalicium de Tynninghame, terras de Briggis Eistir et Vestir, Grenespot alias Spensland, Geillisland et Baxterlandis alias Doucat-aiker in villa de Tynninghame, terras de Lochhousis alias Halkerislandis extenden. ad 2 terras husbandias, et 6 acras terrarum vulgo nuncupat. 5 terras cottagias et terram brasinariam, cum tenentibus &c., in dicto dominio, regalitate S. Andree, constab. de Hadingtoune, vic. de Edinburgh; australem partem insule Marie (vel maris) vocate Bas, cum villa et burgo de Tynninghame, portu et statione ejusdem, cum custumis, anchoragiis et libertatibus ejusdem, terras de Knowis (viz. Knowis cum molendino, peciam terre nuncupatam Downykerishill, cum piscaria salmonum et aliorum piscium quorumcunque in aqua de Tyne terris de Knowis adjacente, cum *lie four dayis wark of fewall* in mora dominicalium de Tynninghame, 3 bruerias in villa de T. cum ustrina *lie malt-kill* et horreo, 2 terras husbandias *lie* Inche ad terras de Knowis spectantes), cum tenentibus &c., in baronia de Tynninghame, regalitate &c. antedictis; officium balliatus dicti dominii, tam proprietatis quam tenandriarum ejusdem, viz. terrarum de Knowis, Skowgall, Broxmouthe, Auldhame, Grenespot, Lochhousis et Kirklandhill, et ceterarum suprascript.;—que omnia idem M. Geo. resignavit:—INSUPER dictus archiepiscopus erexit dict. VILLAM DE TYNNINGHAME in liberum burgum baronie cum libero portu et statione, cum feodis, custumis &c.; cum potestate dictis M. Geo. et Is. constituendi ballivos, burgenses &c.; cum potestate burgensibus ad *lie pak* et *peill*, emendum et vendend. &c., necnon tenend. pretorium et crucem foralem, et forum hepdomadatim die Jovis, cum libera nundina semel in anno 21 Sept., pro 8 diebus, cum custumis &c.; cum potestate dictis M. Geo. et Is. resignationes terrarum et aliorum infra dict. burgum recipiendi et easdem quibuscunque personis disponendi:—PRETEREA omnia suprascripta incorporavit in liberam tenandriam et dominium de Tynninghame, ordinando castrum de T. principale fore messuagium:—TENEND. dictis M. Geo. et Is. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti M. Geo., arma et cognomen de Lauder gerentibus, et assignatis quibuscunque, de dicto archiepiscopo:—REDDEND. pro Bas libram cere, pro dicto burgo 40 sol., nomine albe firme;—pro principali mansione et seqq. (usque ad dictas 6 acras) jura et servitia debita et consueta, cum 6 sol. et 1 libra piperis nomine annualis redditus, pro Knowis servitium debit. et consuet., necnon 10 sol. et 1 petram cere albe nomine

cane seu annui redditus, ac 3 sectas ad 3 curias capitales apud dict. dominium, cum aliis servitiis debitis et consuet. (taxando wardam &c. principalis mansionis ad 7½ merc., terrarum de Lochhousis ad 30 merc., de Grenespot, Briggis et Baxterland ad 7½ merc., de Knowis ad 60 lib., extenden. in toto ad 90 lib., et maritagium ad 120 lib.); —pro ceteris 80 lib. 18 sol. 4 den., et 20 den. augmentationis, cum 3 sectis ad 3 placita capitalia S. Andree, nomine feudifirme:—cum precepto sasine:—TEST. M. Jo. Weymis de Craigtoun commissario S. Andree, M. Roberto Buchannane ministro Evangelii, M. Davide (Wode ?) camerario dicti archiepisc., Edw. Cunnynghame fratre germano M. Joannis C. de Fynnik, Wil. Lauder, Davide Ellem, servitoribus dicti domini de Bas, Arch. Wilsoune notario publico, Davide Andersoune scriba signeti regis:—carta scripta per Ric. Mosman servitorem dicti Dav. A.:—Apud Letham, 26 Aug. 1609]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 153.

153. Apud Edinburgh, 16 Oct.[1]

REX confirmavit cartam Georgii archiepisc. S. Andree,—[qua, cum consensu capituli sui, concessit M. GEORGIO LAUDER de Bas, et ISSOBELLE HEPBURNE ejus sponse,—terras de Scuny, Levinismouthe, *lie hevein* ville de Levinisburne, terras de Montflowrie, Bambaith, Trapinsche, cum fortaliciis, manerierum locis, molendinis, terris molendinariis, piscariis, tenentibus &c., tam proprietatem quam superioritatem earundem, in regalitate S. Andree, vic. de Fyiff;—quarum superioritatem M. Adamus Bellendene de Kilconquhar rector de Falkirk cum consensu Margarete Bellendene filie legit. quondam Jacobi B. de K., proprietatem dictus M. Geo., resignaverunt; et quas dictus archiepisc. dictis M. Geo. et Is. de novo dedit, viz. terras de Scwny cum pendiculis, viz. Montflourie, Bambaithe, T(h)reipland alias Trapinsche, Levin cum villa de L., portu et piscatione ejusdem, cum *lie wrak* et *wair*, molendinis granorum et fullonum, terris molendinariis &c., *lie linkis* et cunicularis, tenentibus &c.;—et erexit VILLAM DE LEVIN in liberum burgum baronie cum libero portu et statione, cum feodis, custumis parvis, theloniis, anchoragiis &c.; cum potestate dictis M. Geo. et Is. creandi ballivos, burgenses &c.; cum potestate burgensibus ad *lie pak, peill*, emend. et vendend. &c., et habend. pretorium et crucem foralem, et forum hepdomadatim die Veneris, cum libera nundina semel in anno 23 Apr. pro 8 diebus, cum custumis &c.; cum potestate dictis M. Geo. et Is. recipiendi resignationes terrarum &c. dicti burgi, et easdem quibuscunque personis disponendi:—TENEND. dictis M. Geo. et Is. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. et assignatis dicti M. Geo. quibuscunque, de dicto archiepisc.:—REDDEND. pro dicto burgo 40 sol. albe firme;—pro ceteris servitium debit. et consuet., necnon 3 sectas ad 3 placita capitalia dicte regalitatis, cum 4 mercis nomine cane; et abbati et conventui de Dunfermeling 40 sol. annualis redditus;—taxando wardam &c. ad 97 lib., et maritagium ad 125 lib.:—cum precepto sasine:—TEST. D. Jac. Fowlis de Colingtoune milite, Jo. Arnot clerico commissariatus S. Andree, M. Davide Wode camerario dicti archiepisc., Wil. Diksoune servitore dicti M. Geo., M. Alex. Gledstanes filio dicti archiepisc.:—carta scripta per Ric. Mosman servitorem Davidis Andersone scribe signeti regis:—Apud Letham, 4 Jul. 1609]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 167.

154. Apud Edinburgh, 16 Oct.

REX dedit literas remissionis ANDREE STARK mercatori burgensi de Glasgow, pro ejus vita duraturas,—pro interfectione Alexandri Logane confectoris instrumentorum lusorialium *lie trumpmaker* burgensis dicti burgi, 29 Aug. 1609. P.R. i. 60.

155. Apud Edinburgum, 16 Oct.

REX dedit literas remissionis THOME

[1] The date is written "decimo 6 Octobris," the figure being apparently a later insertion *a prima manu*. The Privy Seal Register (lib. lxxviii. fol. 308–9) makes only one charter of confirmation of this and No. 152, the date being 16 Oct.

M'CREKANE apud molendinum de Garleis, pro ejus vita duraturas,—pro arte et parte cedis Jacobi Dougane apud molendinum de Mondork, mense Aug. 1596 commisse. P.R. i. 62.

156. Apud Edinburgh, 19 Oct.

REX,—cum consensu &c. (144.),—ad feudifirmam dimisit et de novo dedit ANDREE PLUMBAR scribe in Edinburgh, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—peciam terre seu croftam nuncupat. Thomascroft et hortum ei adjacen., cum pastura et privilegiis, cum decimis garbalibus inclusis que nunquam hucusque a stipite separari solebant (per Tho. Kyill in Lassudden et Rob. Kyill ibidem nuncupatum *Hob-of-the-Grene* occupat.), infra territorium de Lassudden, vic. Roxburgh; —que olim ad monasterium de Dryburgh pertinuerunt:—Reddend. 13 sol. 4 den., et 2 sol. 8 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—Test. *ut in aliis cartis &c.* xlv. 379.

157. Apud Edinburgh, 19 Oct.

REX concessit ANDREE POLWARTH filio legitimo Jacobi P. de Coustoun, heredibus ejus et assignatis,—terras de Ballinbreichis Eister et Wester, cum maneriebus locis, in baronia de Hanyng, vic. de Striviling;—que fuerunt Jacobi Polwarth feodatarii quondam de Cowstoun, fratris dicti And.; et (dicto Jac. juniore apud ejus habitationis domum in Bogo summonito), 26 Sept. 1609 (comparentibus dicto And. cum M. Umphredo Blinsell advocato ejus prolocutore, necnon Joanne Fischer servitore et procuratore Thome Levingstoun de Hanyng qui protestatus est de dicti Tho. jure vitalis redditus dict. terrarum), appreciate fuerunt dicto And. pro 1000 libris ei debitis,[1] et pro 50 lib. pro feodo Willelmi Leverence nuncii, vicecomitis in hac parte:—et voluit rex quod dictus Jac. junior, heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dictas summas cum expensis hujus carte persolverent infra septennium:—Test. *ut in aliis cartis &c.* P.R. i. 86.

158. Apud Edinburgh, 21 Oct.

REX confirmavit cartam Thome Fraser de Kynnell,—[qua, in evidentem utilitatem familie sue de Brakie, concessit THOME FRASER filio legitimo Roberti F. filii sui primogeniti, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque,—terras baronie de Kynnell (viz. Brakeis cum fortalicio, Newbiging, Lynmylne et Boighall, Haltoun de Kynnell [cum] molendino et prato, terris molendinariis &c., terras dominicales nuncupatas Maynis et Maynisbank, terras de Balnavyis et Rynmwre, cum tenentibus &c.), vic. Forfare:—Reservando liberum tenementum dicto Tho. seniori; et post obitum suum vitalem redditum de Maynis et Balnavyis Euphamie Durhame conjugi dicti Roberti; necnon dicto Tho. seniori potestatem alienandi annuum redditum 200 merc. de dictis terris sub reversione 2000 merc.:—Reservando etiam assedationis literam per dictum Tho. seniorem in gratiam executorum suorum confectam de terris dominicalibus de Brakie pro uno anno post obitum suum; cum potestate dicto Tho. seniori assedandi quibuscunque personis dictas terras sibi in proprietate pertinentes, exceptis iis in quibus dicta Euph. infeodata est, pro omnibus annis post obitum suum donec dictus Tho. junior excessisset etatem 21 annorum:—Reser-

[1] Names of assize:—John Archibald, Alex. Bynning, Alex. Hervie, Joh. Scott, Jas. Saltoun, merchants, Patrick Nemo tailor, David Book merchant, Jas. Crawfurd goldsmith, John Pook skinner (*coriarius*), John Urie weaver, John Pillone shoemaker (*calcearius*), William Pringill apothecary, Joh. Stanehope (elder) in Edinburgh (chancellor), Thomas Robertsone, Wil. Stratoun. By contract dated at Linlithgow, 26 May 1[60]4, the said James younger was bound to infeft the said And. in an annual rent of 100 merks out of the lands of Cowstoun with manor-place, in the barony of Torphechin and sheriffdom of Linlithgow; which lands the said Jas. younger with consent of said Jas. elder had afterwards alienated irredeemably to Sir Thomas Hammiltoun of Bynnie knight, king's advocate. By decree of date 3 Mar. 1609, the lords of council ordained the said Jas. younger to infeft said And. in a like annual rent out of said lands of Ballinbreichis, or to repay 1000 merks which the said And. had paid for said annual rent, and to pay the arrears of said annual rent for the years 1604 to 1608 inclusive.

VANDO etiam alienationem per dictum Tho. seniorem factam Davidi Fraser filio suo hereditarie de Haltoun de Kynnell cum molendino, sub reversione 5000 mercarum: —PROVISO quod non liceret dicto Tho. juniori suprascripta aut annuum redditum de eis alienare aut eadem cum deminutione rentalis assedare, sine consensu Jacobi Durhame de Pitkerro, Davidis Lychtoun in Ethie et Alexandri Campbell feodatarii de Crwnane eorumque heredum;—et quod liceret dicto Tho. seniori aut procuratori suo (secludendo heredes) suprascripta (exceptis Maynis de Kynnell et Balnavyis) redimere per solutionem summe 6 lib. in templo parochiali de Kynnell, aut consignationem ejusdem in manibus alicujus coloni in parochia de Kynnell degentis, sub premonitione 6 dierum:—TENEND. de rege:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—cum precepto sasine:—TEST. M. Alex. Ramsay notario, Georgio Watsone servitore Jacobi domini Ogilvy, Andrea Robertsone servitore dicti Tho. senioris:—carta scripta per M. Jo. Dunmwir servitorem M. Alexandri Wedderburne scribe curie Deidonane:—Apud Wester Brakie, 14 Jul. 1609]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xlv. 378.

159. Apud Edinburgum, 24 Oct.

REX concessit ROBERTO ELPHINGSTOUN filio legit. quondam Ronaldi E. (inter eum et Jonetam Halcro ejus conjugem genito tunc sponsam Willelmi Sinclair de Ethay), heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—6 denariatas terrarum de Burgh cum earum principali messuagio *lie* Burgh, 1¼ den. in Powe, 1¼ den. in Garsinn adjacen. dictis terris de Burgh, 1 den. in Dowie in Westbuster, 1 den. in Scalberry, ½ den. in Bister et Westbister, molendinum prope Bankis cum multuris, *lie suckin* et *knaivschipis*, cum tenentibus &c., *lie quoylandis* et *outbrekis*, in insula de Rowsay, vic. Orcaden.; cum jure patronatus de *ley stouk* vel prebenda Sancti Cristopheri in cathedrali ecclesia Orcadensi;—que regi devenerunt propter obitum M. Magni Halcro de Burgh patris dicte Jon., bastardi: —INSUPER rex concessit dicto Rob. nonintroitus et proficua suprascriptorum a decessu dicti Magni; et eadem quitteclamavit, et in liberam tenandriam de Burgh incorporavit, ordinando dict. messuagium de B. principale fore messuagium:—REDDEND. devoriam *lie skatt* nomine albe firme, secundum consuetudinem Orcaden.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 111.

160. Apud Edinburgum, 26 Oct.

REX confirmavit cartam M. Joannis Dowglas de Pettrechie,—[qua concessit JEANNE FRASER sponse sue, in vitali redditu, et JOANNI DOWGLAS filio suo et heredi apparenti in feodo, et heredibus ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, dicto M. Jo. et heredibus suis quibuscunque aut assignatis reversuras, —terras *lie* Nethertoun de Barras, *lie* Mydtoun de B., croftam *lie* Browstercroft, terras *lie* Overtoun de Barras, cum earum pendiculo *lie* Fairnybray, dimidietatem suam molendini granarii de Barras, amnis *lie mylnedam* &c., cum parte terrarum molendinariarum ejusdem ex occiden. dicti amnis, terras de Eistoun de Barras et Brigfurde, dimid. suam marresii *lie mos* de Barras tam petarie quam turbarie ejusdem, in baronia de Barras, vic. Kincairdin:—RESERVANDO liberum tenementum dicto M. Jo.:—PROVISO quod, si dictus M. Jo. ante dictam Jean. decederet, dicta Jean. honeste suis sumptibus educaret et sustentaret omnes proles suos pro tempore minime provisos, et presertim dictum Jo. juniorem dum advenisset ad etatem 21 annorum completam; et, tempore expirationis etatis predicte, vitalem redditum de *lie* Maynis de Barras cum manerie loco nuncupato *lie* Nethertoun, cum *lie* Middletoun eis adjacen. et *lie* Broustercroft, in favorem dicti Jo. junioris renunciaret:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine:—PROVISO quod quandocunque dictus M. Jo. in vita sua solummodo unum denarium auri vulgo *ane Ros-nobill* in ecclesia de Kynneff persolveret, aut sub premonitione 8 dierum in manibus responsalis hominis in parochia de Kynneff inhabitantis consignaret, haberet regressum ad suprascripta:—TEST. M. Geo. Fraser burgen. de Edinburgh, Wil. Cowlie, Petro Algeo:—carta scripta per Davidem Crombie:—Apud Barras, . . Oct. 1609]:

—INSUPER suprascripta dictis personis de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xlvi. 106.

161. Apud Edinburgh, 28 Oct.
REX concessit et de novo dedit D. JOANNI CAMPBELL de Calder militi, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ejus masculis, cognomen et arma de Campbell gerentibus, et assignatis quibuscunque,—terras baronie de Durris, presertim terras de Durris vocat. Loupane cum molendino, Balliblair in Durris, Drum in Durris, dimidietatem de Holme, terras de Dalmingowie, Litle Ballicharnoche et Tirachirachane, cum salmonum piscaria super lacu de Lochnes, cum tenentibus &c., piscationibus et *lie schelingis*, vic. Invernes;—quas Marcus Dunbar de Durris resignavit;—necnon villam et terras de Boirlam, cum manerie, fortalicio, et earum salmonum piscariis super lacu et aqua de Nes, villas et terras de Collardis, villam et terras de Kinchyll, vic. Invernes;—quas Jac. com. Moravie dom. Doun et Abirnethie resignavit;—et quas omnes rex incorporavit in liberam baroniam de Durris, ordinando villam de Durris principale fore messuagium:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 376.

162. Apud Edinburgum, 30 Oct.
REX,—cum consensu &c. (127.),—in feudifirmam dimisit et de novo quitteclamavit M. JOANNI DOWGLAS de Pettrechie, et JEANNE FRASER ejus conjugi,—croftam terre nuncupat. Chapelcroft de Barras, cum privilegio communie et pasture ad montem S. Joannis vulgo Sanct-Johnis-hill consueto, in baronia de Barras, vic. de Kincairdin;—que olim ad capellaniam Trinitatis in ecclesia parochiali de Crichie pertinuit:—TENEND. dictis Jo. et Jean. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jo. et assignatis quibuscunque:—REDDEND. 10 mercas; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et successorum:—TEST. 99. 46. 93. 112. 72. 86. 49. 78. xlvi. 105.

163. Apud Edinburgh, 1 Nov.
REX dedit literas remissionis JOANNI GORDOUN in Quhytstanes, pro ejus vita duraturas,—pro crimine lese majestatis per eum commisso in capiendo Jac. Mortymer juniorem de Craigywar ex ejus domo et maneriei loco de Inyngteir mense Aug. vel eocirca A.D. 1580 vel 1581, necnon detinendo eum in carcere per 8 dies aut eocirca, dicto Jac. tunc regis libero leigio existente. P.R. i. 61.

164. Apud Edinburgh, 3 Nov.
REX, pro bono servitio, concessit et de novo dedit M. WILLELMO LEVINGSTOUN fratri germano Patricii L. de Dalders, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—duo tenementa terre cum horto et caudis jacen. contigue ex parte boreali vici regii burgi de Lawder (inter tenementum et hortum Wil. et Gilberti Murrayis burgensium dicti burgi, tenementum, hortum et caudam Wil. Bowie notarii, et croftam quondam Geo. Scott burgensis dicti burgi), acram terre inter terras et acras *lie* Wolhill in libertate et territorio dicti burgi, cum parte seu divisa terre remotioris ejusdem vocata *lie feildland part or brek* ubi per vicissitudinem pro tempore contingeret;—que regi devenerunt ob forisfacturam quond. Thome Lowthiane in Lylstoun, pro furti et proditoriis criminibus de quibus in curia justiciarie in pretorio burgi de Edinburgh 19 Jul. 1605 convictus extitit, et pro quibus mortem subiit:—TENEND. in libero burgagio:—REDDEND. servitium burgi debitum et consuetum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 70.

165. Apud Quhytehall, 10 Nov.
REX,—quia manifestum fuit quam sedulas operas navarent prepositus, ballivi, consules et communitas BURGI DE EDINBURGH in templorum, custodiarum et menium publicorum structura non tantum ad promulgationem Evangelii sed etiam ad decus reipublice Edinburgen., unde non tantum exhaustum est commune bonum dicti burgi sed etiam incole ejus gravibus oneribus quasi pressi indies succubuerunt,—concessit dictis preposito &c.—novam custumam et excisam 4 librarum per eos levandam a

venditoribus vinorum infra dict. burgum de qualibet tunna *lie twn* vinorum in parvis venditorum infra dictum burgum et ejus libertatem :—et promisit se has literas in proxima sessione parliamenti ratificaturum. xlvi. 116.

166. Apud Quhythall, 10 Nov.

REX,—quia moris fuit in omni bene constituta republica magistratus non tantum permitti sed etiam ordinari insignia pre se ferre qualia notitiam eorum autoritatis premonstrarent,—et intelligens prepositum et ballivos BURGI DE EDINBURGH vicecomites esse hereditarios intra libertates ejusdem,—ordinavit quod prepositus dicti burgi illiusque successores, dum per plateas ejusdem incederent, pre se ferre et gestare curarent ensem sive gladium vagina holoserica reconditum qualis et quoties pre majore civitatis Londinensis gestari consuevit :—necnon, ubi antea moris erat preposito, ballivis et communitati dicti burgi annuatim 31 Oct. dict. libertatum limites circumequitare (quem morem rex observari indies et inolescere cupivit), ita regis beneplacitum fuit ut quoque 1 Nov. (si juridicus dies esset, aut proximo juridico die sequen.) prepositus et ballivi dicti burgi, comitantibus omnibus ejusdem senioribus sive aldermannis togas coccineas indutis, necnon ceteris precipuis burgensibus togis nigris amictis, comparerent ante meridiem coram dominis secreti concilii ibidemque juramentum prestarent secundum formam super qua interrogarentur singuli, quo facto, comparerent ibidem coram senatoribus supremi senatus Scotie et dict. juramentum renovarent, super quibus omnibus instrumenta insererentur in archivis publicis seu registris :—PRETEREA rex declaravit quod quicunque in prepositorio electionis rotulo inscriberetur, ceterique qui fuerunt aut fuerant questores seu thesaurarii aut decani gilde dicti burgi, reputarentur pro vita sua seniores aut aldermanni ; sed ballivi non diutius cogerentur uti togis coccineis quam durante magistratu suo ; et quod prepositus, ballivi, thesaurarius et decanus gilde durante magistratu suo et intra dictas libertates haberent jurisdictionem conservatorum, justiciariorum et commissionariorum pacis regis. xlvi. 134.

167. Apud Quhytehall, 15 Nov.

REX concessit familiari servitori suo D. GEORGIO HAY de Nether Liff militi, uni generosorum intimi cubiculi sui, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—tertiam partem terrarum et baronie de Lewis, cum castro, manerie loco, molendinis, piscariis tam in aquis dulcibus quam salsis, tenentibus &c., advocationibus beneficiorum, ecclesiarum et capellaniarum, tertiam partem castri de Stroneway, ville et burgi ejusdem, et 20 mercatarum terrarum eidem adjacentium, cum tenentibus &c., et tertia parte advocationis ecclesiarum et capellaniarum infra dict. bondas, cum tertia parte omnium mineralium (auro et argento exceptis) infra dictam insulam aut aliquam pertinentiam ejusdem, tertiam partem terrarum et baronie de Glenelg, terrarum de Hereis, castri de Dunvaigan, terrarum de Darnes, et ceterarum terrarum in insulis de Sky et Lewis et parvis insulis circa easdem que pertinuerunt ad Rodoricum M'Cloyd de Hereis, cum fortaliciis, manerierum locis, molendinis, piscariis, montibus, moris, glebariis, pasturagiis, tenentibus &c., cum tertia parte advocationis ecclesiarum et capellaniarum earundem, tertiam partem 80 mercatarum terrarum de Trouternes, cum castris, manerierum locis &c. (*ut sup.*), cum tertia parte advocationis ecclesiarum, capellaniarum et prebendarum infra dict. bondas, in insula de Sky, tertiam partem 8 mercatarum in dicta insula, cum montibus, moris, glebariis, communitatibus, pasturagiis, molendinis, piscariis, cum tertia parte castri de Dunteyland et officiorum senescallatus et balliatus regie proprietatis in insula de Sky, vic. Invernes ;—que regi devenerunt ob forisfacturam Jacobi olim domini de Balmerinoche :—PRETEREA rex voluit quod unica sasina apud villam de Portrie in Trouternes capienda pro omnibus staret :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 130.

168. Apud Regiam de Roystoun, 17 Nov.

REX,—considerans multifaria officia KENNETHI M'KENZIE de Kintaill, et presertim ejus promptam conscriptionem ejus

clientium, tribus, tenentium et hominum, quibus a continente in insulam Leogorum magnis suis sumptibus transportatis regis bonos subditos in eam insulam obedientie et civilitatis ergo commeantes, intra eorum territoria ab insulanis obsessos, omni subsidio et vite spe destitutos, inopinato suo adventu liberavit,—concessit dicto Ken., et heredibus ejus masc. cognomen de M'Kenzie gerentibus,—honorem domini ac majoris baronis parliamenti intra Scotiam, DOMINI DE KINTAILL nominand.; et declaravit hanc inaugurationem adeo validam fore ac si per regem regisve commissionarios adhibitis omnibus ceremoniis usitatis facta fuisset:—INSUPER mandavit Leoni regi armorum ejusque commilitonibus heraldis, quatenus has literas in annales suos referrent. P.R. i. 89.

169. Apud Regiam de Roystoun, 19 Nov. REX,—considerans officia sibi per D. WILLELMUM CRANSTOUN ab eodem equitem auratum prestita in exsequendis mandatis suis in mediis vicecomitatibus seu *schyris* (aut potius ut antiquitus in limitibus duorum suorum regnorum), capiendo rebelles &c., in exsequendis mandatis ei commissis a Georgio com. de Dumbar regis in iis limitibus primario locumtenente,—considerato etiam descensu dicti Wil., cujus proavi regi fidelissimi fuerant, et considerans dictum Wil. uberem fortunam nactum,—concessit dicto D. Wil., ejusque heredibus masculis cognomen et arma de Crannstoun gerentibus,—honorem domini ac majoris baronis parliamenti intra Scotiam, DOMINI DE CRANNSTOUN nominand.; et declaravit &c. (cum ceteris *ut in carta* 168). P.R. i. 93.

REX concessit et de novo dedit Domine JEANNE ELPHINGSTOUN sponse Arthuri dom. Forbes, in vitali redditu (in plenam contentationem ejus tertie et conjuncte infeodationis, necnon in excambium vitalis redditus baronie de Fintray), et ALEXANDRO MAGISTRO DE FORBES eorum filio natu maximo et heredi apparenti in feodo,—terras et baroniam de Fuddes (viz. villas et terras de Fuddesmoir, molendinum, *lie ailhous* et Brewcroft de Fuddes, villas et terras de Culterculane et Auchnacant, cum molendino, *lie ailhous* et crofta ejusdem, terris molendinariis &c., villas et terras de Pittymuk et Blairchillie, cum advocatione capellanie S. Marie in dicta baronia, 5 libras annui redditus de terris de Archedlie), vic. de Abirdene;—necnon dicto Alex.—terras de Larye et croftam ejusdem vocatam Torricauchtane, Brigend, Straithgarnok et Kirktoun, cum molendinis, terris molendinariis &c., in baronia de Oboyne, vic. Abirdene; terras et baroniam de Forbes et Awfurde, cum fortalicio vocato Drummynnoir, tenentibus &c. (viz. 20 mercatas terrarum antiqui extentus jacen. contigue apud castrum de Forbes nuncupat. Drummynnoir et Carndard, dictum castrum de F., cum villis et tenandriis subtus specificatis, viz. terras dominicales de Drummynnoir, Carnedard, Cuschnie, Castelhill, Beirflat, Wasthillis, Marchemar, Carlingdene, Wyndsay, Logy, Edinbanchrie, Kirktoun de Forbes, Bithny, Balfour, Stralownak, Colhay, Eister Forbes, Dubistoun, Slavithie et Keyrne, cum molendinis granorum et fullonum de Forbes, eorum terris &c., 10 merc. annui redditus de terris de Mukwell, unitas ab antiquo ad baroniam de Forbes, ac terras et baroniam de Awfurde continentes villas, terras et tenandrias subsequen., viz. villas et terras de Ardgathin, Smydiehill, Cobilseat, villam et terras de Kirktoun de Awfurde, villam et terras de Walhous, Moreiscroft, Auchballour alias Arsballoche, Carnaverane, Mydmylne de Awfurde cum terris molendinariis &c., villas et terras de Mekill Endovie, Poflig, Baddewin, Badinlie cum molendino, villas et terras de Kinstair, Lytill Endovy, Hauchtoun, Tullichetlie, Auchintoull, Langhauch, Braidhauch, Colquhork, Tibberchindie, Aslowne, molendinum de Asloun cum ejus terris molendinariis &c., Dorisaill, Baldinnaypeittis, Drummoquhymmer et superius molendinum cum terris molendinariis &c., cum tenentibus &c.), terras et baroniam de Fintray (viz. Mekil Fintray, Blaktoun, Balcros, Littertie, Carnehill cum earum pendiculis tunc vocat. villa et terris de Badintwir, terras et villas de Tulliemauld et Allathene, 10 sol. annui redditus de terris de Eden, molendinum de Kynedward cum ejus terris &c., fortalicium de Kynedward cum *lie* Castelhill, Castelwallis, clausura et *lie grenes*), vic. de Abirdene; cum montibus, pasturagiis, molendinis, *lie boigis*, piscationibus, castris, tenentibus &c. omnium suprascriptorum, cum forestis et privilegiis liberarum forestarum ubicunque foreste seu silve forent; necnon officium coronatoris vicecomitatus de Abirdene, cum feodis &c.; villam et burgum baronie de Awfurde edificat. super villa et terris de Kirktoun de A., cum privilegiis, *lie toillis*, foris &c.; advocationem rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Forbes vocate prebendarie ejusdem, et capellaniarum de Arsballoch et Sancta Anna, vic. Abirdene; officium balliatus regalitatis et terrarum abbatie de Lundoris infra vic. de Abirdene; officium balliatus monasterii de Monymusk, officium balliatus rectorie de Kincairdin Oneill, vic. de Abirdene; cum feodis &c., cum libertatibus contentis in carta per se dicto Arth. de dominio de Forbes concessa de data 28 Dec. 1598;—que omnia dictus Arthurus resignavit:—REDIMABILIA (preter baroniam de Fuddes) per dictum Arth. intra tempus ejus vite per solutionem aurei nummi (*ane angell nobill or sex pund peice*) intra ecclesiam parochialem de Forbes ubi cathedra predicatoria *lie pulpit* staret, super premonitione 10 dierum, vel consig-

nationem ejusdem in manibus Alexandri Caulder de Aslowne ejusve heredum et successorum proprietariorum de Aslowne, aut alicujus ejus locum pro tempore supplentis :—et rex omnia suprascripta de novo incorporavit in liberum dominium et baroniam de Forbes, ordinando quod castrum de F. tunc vocat. Drummynnoir esset principale messuagium :—TENEND. dictis Jean. et Alex. respective *ut supra*, et heredibus masculis dicti Alex. de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Joanni F. ejus fratri germano et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masculis dicti Arth., quibus def., propinquioribus et legitimis heredibus masc. et tallie dicti Arth. in dicta priore carta specificatis :—REDDEND. pro dictis 20 mercatis, et integra antiqua baronia de Forbes, unam rosam rubeam nomine albe firme; pro ceteris jura et servitia consueta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 327.

240. Apud Edinburgh, 14 Feb.

REX concessit et de novo dedit WALTERO ARNOTE de eodem in vitali redditu, et MICHAELI ARNOTE ejus filio legitimo in feodo,—terras et baroniam de Arnote, cum fortalicio, manerie, terris dominicalibus, *lie* Faill, Litill Arnot, cum molendinis granorum et fullonum, piscariis, tenentibus &c., vic. de Fyiff;—quas idem Walterus resignavit :—RESERVATO Marie Balfour, sponse dicti Walt., vitali redditu dimidietatis *lie* Maynes de Arnot, dimid. de *lie Bowis* et *Bowhousis* earundem, terrarum de Faill et *lie Bowis* &c. (*ut supra*), turris veteris *lie Auld-tour*, et dimid. *lie office-housis* dicti loci de Arnott, necnon totius molendini de A. cum ejus terris &c. :—TENEND. dicto Waltero *ut supra*, dicto Mich. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Davidi A. ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Roberto A. ejusdem fratri germano et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masculis dicti Walt. cognomen et arma domus de Arnote gerentibus :—REDDEND. tres den. argenti nomine albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 60.

241. Apud Edinburgh, 14 Feb.

REX,—quia quondam Robertus Scott de Huntlie, qui ultimo obiit, ejusque predecessores veteres et nativi tenentes et feudifirmarii infrascriptorum extiterant ultra hominum memoriam,—cum consensu &c. (141.),—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit MARGARETE MIDDILMEST relicte dicti Rob. (que virtute contractus matrimonialis ad infrascripta erat provisa), et JACOBO SCOTT ejus filio et heredi apparenti, et heredibus ejus masculis quibuscunque, quibus def., seniori heredum ejus fem. absque divisione, et assignatis quibuscunque, in feodo,—terras et predium de Langhoip, in dominio de Ettrik-forrest, vic. Selkirk :—REDDEND. 18 libras feudifirme antique, et 5 solidos augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; necnon observando &c. (*ut in carta* 4) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 68.

242. Apud Edinburghe, 14 Feb.

REX concessit JOANNI ERSKEIN de Balgony alias de Lytill Sauquhy, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras et villas de Carnewath, Wester Sydewode et Ampherlaw, ac tria molendina granaria de Quothquon, West Scheill et Carnewath, cum eorum terris &c., infra baroniam de Carnewath, vic. Lanerk;—quas M. Rob. Cokburne advocatus et Geo. Todrig mercator burgen. de Edinbrughe in favorem dicti Jo. resignaverunt;—necnon terras de Murehall et Garwodend, Moshat et Grenefeild, 40 solidat. terrarum antiqui extentus de Clewch, 40 solidat. ant. ext. de Hywode, 3 librat. 5 solidat. ant. ext. de Cruikanes, 4 librat. ant. ext. de Stobwode, terras de Wolfroddes, 4 librat. ant. ext. de Auchingray, superioritatem et feudifirmas 3 libratarum 5 solidat. ant. ext. de Eist Forth (extendentium ad 6 librat. 10 solidat. novi extentus) et 15 solidatarum ant. ext. de cetero terrarum de Cruikanes (ad 30 solidat. novi extentus),—cum proprietate earum tunc cum superioritate consolidata per alienationem Jacobi Tweidie de Drummal-

zear proprietarii earundem,—superioritatem et feudifirmas 15 solidatarum ant. ext. que fuerunt reliqua de Eist Forth (extenden. ad 30 solidat. novi ext.),—cum earum proprietate cum superioritate consolidata per alienationem Jacobi Baird earum proprietarii,—terras de Eister Sydewode et Grein, superioritatem 6 libratarum de Hinschelwode, 40 solidatas ant. ext. de Crofthill, superioritatem et feudifirmas 40 solidatarum ant. ext. de Pule, superioritatem 20 libratarum ant. ext. de Newbigging, terrarum de Eister et Wester Eirdhousis, et 5 libratarum de Eist et West Scheillis, 3 libratas ant. ext. de Torbrakis, terras de Greinhaltoun, West Forth et Throwburne, 12 librat. ant. ext. de Wodend, Lempatis et Lairis, cum fortalicio et manerie de Cudelie, in dictis baronia &c.; 8 librat. ant. ext. de Grange alias Inglisberrie-graynge, vic. de Lanerk; cum tenentibus &c. omnium suprascriptorum; — quas Jacobus Lokhart junior de Leyis in favorem dicti Jo. resignavit :—REDDEND. pro Grange 26 libras feudifirme, et alias devorias in antiquis infeofamentis content.; pro ceteris unum par caligarum continens dimidium ulne panni Anglicani alicui viro citius currenti a fine orientali ville de Carnewath ad Gallo-croce, nomine albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 205.

243. Apud Edinburgh, 15 Feb.
REX confirmavit cartam Thome Kirkpatrik de Cloisburne,[1]—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis inter se et Tho. K. filium suum et heredem apparentem, cum consensu Jacobi com. de Glencarne dom. de Kilmawris, ab una, et Wil. dom. Hereis et Jo. Charteris de Amisfeild ab altera partibus, de data apud Carswodheid et Kilmahug, 18 et 20 Maii,—cum consensu dicti comitis, concessit dicto THOME KIRKPATRIK juniori, et AGNETI CHARTERIS ejus sponse future, filie legitime dicti Jo.,—10 librat. terrarum de Brigburgh antiqui extentus, cum molendino, in parochia de Dalgarnok, vic. de Drumfreis :—TENEND. dictis Tho. juniori et Ag. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus dicti Tho. junioris quibuscunque, de dicto Thoma seniore :—REDDEND. unum den. argenti nomine albe firme :—cum precepto sasine directo Joanni Fergusoun de Iill :—TEST. Hugone Glene, Jo. Mathie, Quintigerno Tailfeir, Davide Kirkpatrik, servitoribus domini de Glencarne, Joanne Kirkpatrik servitore dicti Tho. senioris :—carta scripta per Harbertum Cunynghame notarium :—Apud ecclesiam de Kilmahug in vicecomitatu de Menteith, 30 Maii 1599] :—PRETEREA suprascripta quitteclamavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 41.

244. Apud Edinburgh, 15 Feb.
REX dedit literas remissionis HUGONI M'KY FORBES de Far, et DONALDO M'KY FORBES ejus fratri, pro eorum vita duraturas,—pro arte et parte cedis Joannis Sutherland in Soure, mense Feb. 1587 commisse; et pro quibuscunque aliis criminibus per eos ante 1 Jan. 1598 commissis,—traditione contra personam regiam excepta. P.R. i. 76.

245. Apud Edinburgh, 15 Feb.
REX dedit literas remissionis DONALDO NEILSONE de Assint, pro ejus vita duraturas,—pro interfectione Nigelli Hucheoun Angussone in Assint et Hugonis Neilsone ejus filii, per eum A.D. 15—commissa, vel pro quibuscunque aliis rapinis et oppressionibus illis vel Alexandro Neilsone filio dicti Nig., Joanni M'Donald M'Hucheoun, Nigello M'Hucheoun ejus fratri, vel Angusio M'Keanhoustoun factis; et pro ceteris capitalibus criminibus et injuriis per eum quibuscunque personis ante Jan. 1598 commissis,—lesa majestate contra regiam personam excepta. P.R. i. 77.

246. Apud Edinburgh, 16 Feb.
REX confirmavit cartam Joannis Mortymer junioris de Cragyvar,—[qua,—cum consensu Helene Symmer conjugis sue, domine conjuncte infeodationis cujusdam partis infrascriptorum,—pro perimpletione literarum obligatorialium de data presentium,

[1] The introductory clause adds "militis."

vendidit M. WILLELMO FORBES de Manie, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras et baroniam de Cragyvar, cum terris dominicalibus, castro et manerie loco, terras de Ininteir, cum molendino, terris molendinariis &c., terras de Scheilfeild, Bandene, Knokandocht et Wester Lochell, cum molendinis granorum et fullonis, terris molendinariis &c., in parochia de Lochell, vic. Abirdene:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine directo Duncano Forbes apparenti de Camphell:—TEST. M. Joanne Johnstoun advocato, Arthuro Stratoun scriba signeti regii, Jac. Stratoun ejus servo, Roberto Pringill notario pnblico:—carta scripta per dictum Rob. in officina scriptoria Joannis Eistoun scribe signeti regii:—Apud Edinburgh et Brechin, 8 et . . Jan. 1610]:—TEST. 99. 46. 93. 112. 72. 86. 49. 78. xlvi. 227.

247. Apud Edinburgh, 20 Feb.

REX,—cum consensu &c. (137.),—confirmavit cartam Patricii tunc com. de Orknay dom. Zetland &c., sub hac forma;—[BE IT KEND &c., ws Pat. maister of Orknay lord of Zetland &c., . . . for the tender luif and favour quhilk we beir to our weilbelovit brother naturall JAMES STEWART of Gramesay, as alswa for certaine sowmes of mony . . ., to have set and in fewferme heretabillie lattin . . to the said Jas., his airis and assignis quhatsumevir,— . . . oure 6 pennyland of Corgill, . . 8 pennyland and ane farding callit the Bull of Gramesay, . . 5 pennyland and ane farding lyand in the towne of Suthergill, with the haill skattis of the haill uthall land lyand within the ile of Gramesay and schirefdome of Orknay, . . 4 pennyland of Clestrane benorthe the burne callit the Bull of C., . . 3 pennyland ane mark les of the tak and rowme of Clestrane besouthe the burne, withe the skattis of ane pennyland ane mark mair wthall land in the said towne, . . 9 pennyland callit the Bull of Orpheir, ane skerrie callit Carlingskerrie, withe the milne thairof and milnelandis of the samine, togidder withe . . the suckin and multuris of the haill landis and parochin of Orpheir, togidder also withe the milne of Kirbister lyand within the said parochin, Mayneland, and schirefdome foirsaid; withe tennentis &c., and withe commoune pasturage, privilege and fredome of Hoy for casting of peitis and pasturage of thair haill bestiall within and upone the said ile and landis of Hoy, quhilk is and salbe als proper to appertene to the foirsaidis landis and ile of Gramesay as to the said ile of Hoy; with . . towmellis, onsettis &c.; togidder alsua with the office of baillierie of the haill landis and ile of Gramesay, Clestrane benorthe the burne, Clestrane besouth the burne, and Bull of Orpheir foirsaid, and withe the ballierie of the haill parochin and landis of Orpheir: . . . . —PAYAND . . to ws, oure airis and successouris . . for everie meill of 2 lastis 5 meillis and 2 settingis beir 40 pennyis . . as for the yeirlie beir dett of the kingis land maillis and skattis, togidder with the beir skattis of the haill uthall land of the ile of Gramesay, extending in money to 8 pundis 17s. 9½d., and for everie meill of 16 meillis 5½ settingis flesche 3s. 4d., extending to 56s. 4½d., as for the yeirlie flesche dett of the kingis land maillis of the said ile of Gramesay, and for the silvir maillis of the Bull of Gramesay 5 pundis, and for the skatt silvir alsweill of the kingis land as wthall land of the ile of G. 28s. 6d., and for everie leispund of 10 leispund 10 mark skatt ulie of the said ile 4s., extending to 41s. 10d., and for everie meill of 49 meillis 3 settingis coist 5s., extending to 12 pundis 7s. 6d., as for the victuall land maillis of Clestrane benorthe the burne, Clestrane besouthe the burne, and skatt of the wthall land thairof and Bull of Orpheir, and for everie meill of 49 meillis flesche 3s. 4d., extending to 8 pundis 3s. 4d., as for the yeirlie flesche dett of Clestrane benorthe the burne and Clestrane besouthe the burne, and for 8 mark buttir 20d., as for the skatt buttir of the wthall land of Clestrane besouth the burne, and 8d. of skatt silvir, and for ane barrell of ulie for Karlingskerrie 50s., and for the milne of Orpheir withe suckin &c. (*ut sup.*), togidder withe the milne of Kirbister, for everie meill of 6 meillis meill 5s., extending to 30s., togidder withe the sowme

of 26s. 8d. money yeirlie in augmentatioune of oure rentall . . ., extending in the haill . . . to 46 pundis 4s. 4d., . . ; with thrie swtis at thrie heid schireff courtis yeirlie . . :—AND FARDER we will . . that ane seasing . . at the principall mansioune of Clestrane benorth the burne salbe sufficient . . :—AND WE FORSUITH . . sall warrand &c. :—ATTOURE to oure lovittis Wil. Gordoune of Cairstane . ., we charge yow that . . . ye pas to the said principall mansioune and Bull of Clestrane benorth the burne . . and thair gif seasing . . . :—IN WITNES &c. :—At Cannogait, 15 Apr. 1592 :—Befoir thir WITNESIS, Joh. Cavertoun of Schapinschaw[1], Pat. Menteith of the Fair-yle, Tho. Blak oure servitour, Robert Gairdner writtar, Pat. Glasfuird, notaris publict] :—NECNON instrumentum sub signo et subscriptione Thome Auchinlek clerici S. Andree diocesis notarii publici,—[de sasina desuper data :—TEST. M. Jo. Huchesoun ministro rectore de Olroun (Olrick?) in Caythnes, Rob. Menteith fratre germano Jacobi M. de Saltcoittis, Malc. Ireland in Y(re)land, Olavo Hursoun servitore dicti Jacobi Stewart, et dicto Tho. Auchinlek :—25 Aug. 1593, an. reg. 27] : —ULTERIUS suprascripta dicto Jac. S. de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xlvi. 40.

248. Apud Regiam de Quhythall, 20 Feb. REX,—cum consensu &c. (127.),—concessit DAVIDI ĐOMINO DE SCONE, heredibus ejus masc. ac tallie et provisionis in ejus ultimo infeofamento terrarum et baronie de Segy content.,—terras, baronias, ecclesiam, decimas et cetera que ad prioratum de Elcho tum temporalitatis tum spiritualitatis ubicunque infra Scotiam pertinuerunt, viz. terras de Westir Elcho, cum decimis garbalibus tam magnis quam minutis inclusis, que vocate sunt *lie* Maynis, terras *lie* Westirtoun de Elcho, cum decimis &c. (*ut supra*), terras de Cotis, cum decimis &c. (*ut supra*), vic. Perth; terras de Kynnaird cum manerie, vic. Fyiff ; terras de Standartis, vic. Lothiane ; et cetera ad dictum monast. pertinentia intra Scotiam (exceptis terris de Eister et Westir Bynneis, vic. Lynlithgow, ad D. Thomam Hammiltoun de Bynnie militem advocatum regis spectantibus), cum molendinis, piscariis, forestis, tenentibus &c. ;—que regi pertinuerunt per actum annexationis, et tunc a corona dissolute sunt in parliamento ;—necnon monasterium et locum de Elcho, cum domibus et aliis infra ejus precinctum, cum decimis garbalibus aliisque decimis tam rectorie quam vicarie et fructibus ecclesie et parochie de Dwn ;—que M. Arch. Moncreiff prior de Elcho, nullis conventuum viventibus, resignavit ;—et que omnia rex incorporavit in liberam baroniam de Elcho, ordinando monasterium de E. principale fore messuagium :—PRETEREA suppressit dictum monast. ; et voluit quod feodatarii et tenentes suprascripta de dicto Dav. tenerent ; et quod dicta baronia non cum statu ecclesiastico sed cum baronibus et dominiis temporalibus taxaretur ; et quod existimaretur et retornaretur ad 6 lib. antiqui et 18 lib. novi extentus ; et renunciavit jus suum ad tertias &c. :—INSUPER ordinavit sufficientem ministrum ad dictam ecclesiam de Dwn locari, qui pro stipendio haberet 5 celdras victualium ($\frac{2}{3}$ farine avenatice et $\frac{1}{3}$ hordei), cum mansione et gleba juxta dict. ecclesiam :—REDDEND. servitium liberi baronis, cum 20 lib. albe firme ; et dicto ministro stipendia &c. (*ut in carta* 9) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xlvii. 10.

249. Apud Regiam Albe Aule, 20 Feb. REX,—quia ut medios hujus insule vicecomitatus ad obedientiam reduceret pro alterutro regnorum probos viros nominaverat, ac presertim pro Scotis Dominos Wil. Seytoun, Wil. Home, Pat. Chirnesyde, Jo. Chartrous et GEDEONEM MURRAY milites ; et dictus Gedeon apprehendendo quam plurimos maleficorum sese regi prudentem, fidelem, strenuum prestitit ; qui malefici secundum merita maximo regis honori, bonorum civium solatio ac felicissime unionis regi imprimis optate promotioni meritas morte luerunt penas,—cum consensu secreti concilii, declaravit dictum

[1] He subscribes himself "of Rothisholme."

Gedeonem tanquam unum dict. commissionariorum capiendo, incarcerando, morte aut exilio puniendo maleficos et in ceteris actis suis in dicto servitio bonum regi servitium fecisse; et omnia acta hostilitatis per eum facta approbavit; et eum de omnibus actionibus desuper movendis exoneravit.

P.R. i. 78.

250. Apud Edinburgum, 21 Feb.

REX confirmavit et de novo dedit JOANNI DUFF de Maldavett, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—20 solidatas terrarum antiqui extentus de Maldavett, cum manerie, parcis, molendino, terris molendinariis &c., vic. Banff; —quas idem Jo. resignavit:—REDDEND. unum den. argenti nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 61.

251. Apud Edinburgh, 21 Feb.

REX confirmavit cartam Georgii Quhippo de Inverteill (filii quondam Joannis Q.), —[qua,—pro se et onus acceptans pro Jeanna Beatoun conjuge sua et Agnete Logane matre sua,—pro perimpletione contractus de data apud burgum de Dysart et . . ., 19 Dec. et . . .,—vendidit D. JACOBO CUNYNGHAME de Glengarnok militi, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Inverteill cum manerie loco, vic. Fyiff:—REDDEND. regi 10 solidos albe firme:—cum precepto sasine:—TEST. Davide Beatoun feodatario de Balfoure, D. Jacobo Weymis de Bogie milite, And. Moncur feodatario de eodem, Jac. Weymis apparente de Bogye, D. Jo. Drummond de Bordland milite, Jo. Beatoun apparente de Balfoure, Normando Lyndsay servo dicti Davidis, Rob. Galbraith et Jo. Gaw servitoribus dicti Jac. Cunynghame:—carta scripta per And. Hay servitorem Jacobi Kynneir scribe signeto regio:—Apud Dysert, 5 Feb. 1610]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 69 (i).

252. Apud Edinburgh, 21 Feb.

REX confirmavit cartam Georgii Gordoune tunc de Auchinreoche,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis inter quondam Alex. G. de A. patruum suum ab una, et quond. Wil. Levingstoun de Culter militem et Dominam Margaretam Baillie dominam Lamingtoun ejus sponsam, pro MARGARETA MAXWELL filia legit. dicte Marg. B., ab altera partibus, de data apud Dundrennane, 5 Jan. 1604 (quo astrictus est dictam Marg. M. infeodare in annuo redditu 600 mercarum), necnon pro pecuniarum summis per dictam Marg. B. persolutis (pro quibus astrictus est dictam Marg. M. infeodare in annuo redditu 300 merc.),—concessit dicte Marg. Maxwell, tunc sponse sue, in vitali redditu,—annuum redditum 900 merc. de suis 5 mercatis terrarum de Auchinreoch et 4 mercatis de Gleneairne antiqui extentus, cum molendinis, in parochia de Ur, senesc. Kirkcudbricht:—REDDEND. dicto Georgio unum den. albe firme:—cum precepto sasine directo Rob. M'Come:—TEST. Rob M'Come servitore dicti Geo., Tho. Twedie et Jo. Cok servitoribus Alexandri Cunynghame scribe, Willelmo Androsone servitore Roberti Lauder scribe signeto regio (scriptore carte):—Apud Edinburgh, 15 Jun. 1609]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

P.R. i. 79.

253. Apud Edinburgh, 22 Feb.

REX confirmavit cartam D. Roberti Creichtoun de Cluny militis,—[qua,—pro perimpletione contractus inter se, cum consensu Jacobi Curle mercatoris burgen. de Edinburgh, ab una, et PETRUM HAY de Kirkland ab altera partibus, de data apud Edinburgh et . . . , 10 Jun. et . . ,—vendidit dicto Petro, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Innernytie cum manerie, molendinum de I. cum ejus terris &c., cum commonia, et piscariam super aquam de Taya infra omnes bondas dict. terrarum, in thanagio de Kinclevin, vic. Perth; terras dominicales *lie* Maynis de Kinclevin, cum piscaria, molendino, terris molendinariis &c., in dominio de K., vic. Perth:—TENEND. de rege in feudifirma:—REDDEND. *ut in carta* 1860 *tomi precedentis*:—cum clausula warrantizationis, excepta reversione in dicto contractu specificata:—cum precepto sasine:—TEST. Tho. Nairne de Muckarsie, Petro Algeo scriba, Joanne Donaldsone:—carta scripta per And. Hay servitorem Jacobi Kynneir

scribe signeto regio:—Apud Edinburgh, 22 Jun. 1609]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 66.

254. Apud Edinburghe, 22 Feb.

REX confirmavit cartam M. Jacobi Drummound, servi D. Jacobi Elphingstoun de Barnetoun militis,—[qua, cum consensu M. Jacobi Hammiltoun filii Jacobi H. apud portam occidentalem de Lynlythgow, —pro perimpletione contractus de data presentium, in libris concilii registrandi,—vendidit M. ISACO BROUN advocato, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—dimidietatem baronie de Lytill Kettilstoun, vic. de Lynlythgow:—RESERVATIS 14 acris ejusdem, cum tenentibus &c., quarum 13 ac. per dictum Jac. H. seniorem, 1 acra per Pat. Sellare et Wil. Seller ejus filium, occupate sunt:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine directo Gilberto Muir:—TEST. Pat. Carkettill de Over Libbertoun, Gilb. Mure burgen. de Linlythgow, Ric. Cas scriba signeti regii, Cuthberto Miller, Joanne Lundy, Jo. Cas (scriptore carte), servis dicti Ric.:—Apud Edinburghe, 23 Jul. 1601]:—INSUPER suprascripta dicto Isaco de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 184.

255. Apud Edinburgh, 22 Feb.

REX confirmavit cartam Georgii marchionis de Huntley,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis de data apud Edinburgh, 27 et 30 Jun., registrati in libris concilii et sessionis 27 Jul., 1607, —concessit GEORGIO COMITI DE ENZIE domino Gordoun et Badyenoch, filio suo legitimo et heredi apparenti, et Domine ANNE CAMPBELL comitisse de Enzie ejus conjugi, filie legitime natu maxime Archibaldi com. Argadie dom. Campbell et Lorne justiciarii generalis Scotie,—terras dominii de Badyenoche, cum earum tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum, cum castro de Rothwen, cum molendinis et multuris, vic. de Invernes; terras de Schean in Auchadrome, Pitinglasse, Culleros, Lettirfinlay, Inverglay, Auchinnesk, Aucheron, duas Ruthalettis, Myceumyre, Blairourmoir, Stronebaa, Teirnadros, Blairourbeg, Auchnak, *the* Kilmonvag, Lyndale, Brokletter, duas Lennoquhens, Inverlare, Auchnagcheyne, Monasse, Clernyche, Kilquhenoch, Innoquhen, Auchnasoyne, et duas Faschellis et *lie Inch*, cum forestis, terras de Mamoir, castrum et locum castri de Inverloquhy cum antiquis bondis, fossis, stagnis, hortis, clausuris et *lie greene* dicti castri, in dominio de Lochabir, vic. de Invernes; terras de Locheild, Banwe, Carpochin, Kilmalyie, Achedo, Annatt, Achtalem, Drumfarmalach, Inverwaill, Faschefan, Correweg, Clareache, Clacthyne, Owachan, Glenewis, Slesgarrow, Auchlaggan, Auchantaue, Auchnagone, Auchirewiche, Penawraid, Intriwill, Blairmacdryne, cum manerie et fortalicio de Torcastell, tenentibus &c., omnes in unam baroniam de Banwe incorporatas, in dictis dominio et vic.:—TENEND. dictis Geo. juniori et Anne in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masculis dicti Geo. junioris quibuscunque, de rege:—REDDEND. pro Badyenoch unum denarium argenti nomine albe firme; pro Inverloquhy unum den. si peteretur tantum; pro ceteris servitium debit. et consuet.:—et warrantizavit suprascripta valere in annuo redditu 30 celdras victualium ($\frac{2}{3}$ ordei et $\frac{1}{3}$ farine avenatice), et 800 mercas monete, preter canas, custumas aliasque devorias hujusmodi:—cum precepto sasine directo Jo. Gordoun de Bukie:—TEST. Colino Campbell de Lundie, M. Alex. Colvill justiciario deputato, Alex. Gordoun feodatario de Strathhawyne, M. Rob. Paip notario publico advocato in Abirdene, Jacobo Andersoun servitore dicti marchionis:—carta scripta *ut in carta* 133:—Apud Abirdene, 25 Octobris 1608]:—NECNON aliam cartam Georgii marchionis de Huntley com. Enzie dom. de Gordoun et Badyenoch, hereditarii vicecomitis de Invernes et constabularii seu custodis perpetui castri de Invernes,—[qua, pro perimpletione dicti contractus, concessit dicto Geo. juniori, et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, dicto marchioni suisque heredibus masc. et assignatis quibuscunque reversuras,—officium vicecomitatus

de Invernes, cum custodia castri de Invernes, necnon terras de Litill Hiltoun, Portarland, Mekill Hiltoun, Casteltoun de Leiffaris, Culdowane, Knoknagell, Terbrek, Balrobert, Esse, Tordoroche, Bennachtin, Drumdelyork, Bruchrubin, Dowancroy, Downamoir, Duuachcareach, Duaslurgin, Douachfour, Davachecarne, Davachcraig, cum piscariis sub castello de Invernes ad idem spectantibus, assignatas pro dicto officio constabulariatus, vic. de Invernes :—REDDEND. regi unum par chirothecarum nomine albe firme :—cum clausula warrantizationis, excepta assedatione per dictum marchionem concessa Simoni dom. Fraser de Lovett de dicto officio vicecomitatus pro tribus annis post festum Divi Michaelis anno 1607 :—cum precepto sasine directo Joanni Gordoun de Buikie :—TEST. Colino Campbell de Lundie, M. Alexandro Colvill justiciario deputato, Alexandro Gordoun feodatario de Strathdown, M. Rob. Paip advocato burgen. de Abirdene, Geo. Barroun notario publico Abirdonie commorante (scriptore carte) :—Apud Abirdoniam, 25 Oct. 1608] :—TEST. 100. 67. 92. 112. 72. 86. 49. 78.

xlvi. 463.

256. Apud Edinburgh, 22 Feb.

REX,—tanquam administrator &c. (*ut in carta* 199),—concessit JOANNI SMAILL mercatori burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Belterssane et Grenane, in balliatu de Carrik, vic. Air ;—que fuerunt D. Joannis Kennedy de Grenane militis ; et 24 Nov. 1609 (dicto D. Jo. citato apud crucem foralem de Edinburgh et *lie peir* et *schoir* de Leyth, quia in Scotia non interfuit, et comparente dicto Jo. S. cum M. Tho. Houp advocato ejus procuratore), appreciate fuerunt dicto Jo. S., tanquam assignato Willelmi S. ejus fratris legitimi, pro 755 merc. dicto Wil. debitis,[1] et pro 37 merc. 10 sol. pro feodo Gabrielis Forrest nuncii, vicecomitis in hac parte :—TENEND. de Henrico principe :—et voluit rex quod dictus D. Jo., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dictas summas persolverent infra septennium : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 101.

257. Apud Edinburgh, 27 Feb.

REX concessit et de novo dedit M. JACOBO RAITH, servitori Alexandri com. de Dunfermeling dom. Fyvie et Wrquhart &c. cancellarii Scotie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Inverteill, cum earum manerie loco, cunicularis, molendinis, terris molendinariis, *lie Brigis*, Briglandis, pratis, piscationibus, et speciale earum pendiculum vocat. Sanct-Germanisaiker,—necnon, in speciale warrantum earundem, terras et terras dominicales de Balwirie, cum fortalicio et manerie loco,—vic. Fyiff ;—quas D. Jac. Cunynghame de Glengarnok miles resignavit :—REDDEND. pro Inverteill 10 sol. albe firme; pro Balwirie jura et servitia debita et consueta : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 69 (ii).

258. Apud Edinbrughe, 1 Mar.

REX confirmavit cartam M. Alexandri Peblis advocati, et Agnete Mackatnay ejus conjugis,—[qua, pro perimpletione obligationis de data presentium, vendiderunt JOANNI MONTCREIFF filio secundo Willelmi M. de eodem, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—*lie* Manes de Maler, viz. Over et Nather Maynes de Maler, cum fortalicio, in parochia de Fortevute, vic. Perth :—TENEND. de rege pro servitio warde &c. :—cum clausula warrantizationis, excepta reversione in supradicta obligatione specificata :—cum precepto sasine :—TEST. Hugone Montcreiff de Cottis, Jac. Logie incola Edinburgi, M. Tho. Lyell et Pat. Johnestoun servitoribus dicti Alex., Tho. Cuittis servitore Thome Young scribe signeto regio (scriptore carte) : —Apud Edinbrughe, 20 Nov. 1609] :—

[1] Names of assize :—David Alschunder, Wil. Dick, George Oustiane, And. Creich, Pat. Nemo, Wil. Montgomrie, David Mitchell, Thomas Mow, Tho. Wentoune, Gilbert Achesoune, John Craco, Joh. M'Gill, Rob. Cairncroce (chancellor), David Jonkene, John Rae, all merchant burgesses of Edinburgh. The sum due was 680 merks, with £50 for expenses. The obligation was dated 15 Mar. 1603, and recorded in the books of council 5 Mar. 1605. Clerk of process, Arthur Hammiltoune writer to the signet.

PRETEREA suprascripta dicto Joanni Montcreiff de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 240.

259. Apud Palatium de Quhythall, 7 Mar. REX, pro servitio sibi impenso et impendendo, concessit D. THOME KER militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —insulam appellatam Hirta, cum tribus insulis portui ejusdem adjacentibus, que fuerunt pendicule dicte insule, jacen. ex boreali occidentali parte de Owist et Halkster circiter 60 miliaria maris ;—que fuit una insularum borealium infra dominium et regnum Scotie, vic. Invernes :—SOLVEND. unum argenteum nummum nomine albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 78.

260. Apud Quhythall, 7 Mar. REX, pro servitio sibi multis annis preteritis continuo ab ejus juventute prestito, confirmavit familiari et domestico servitori suo PATRICIO MAULL de Panmure, uni cubiculariorum cubiculi dormitorii sui,—terras et baroniam de Panmure, cum castro, molendinis, piscariis, tenentibus &c. (viz. terras dominicales de P. et molendinum de Crombie, terras de Muredrum, *Ailhous* de Petlevie, Newtoun [de Panmure], Blaklawis et Blakcatt, molendinum de *lie* Maynis de Panmure, terras de Benvie et earum molendinum, terras de Balriddrie, terras de Carmylie et earum molendinum cum pertinentiis, viz. Newtoun [de Carmylie], Eisterhillis, Westerhillis, Auchlair et Monquhir, terras de Skechin, Glaster, Carnagie, Pitlevie, Auchryne, Scryne, [molendinum de S. *lie*] Craigmylne, Easterheavin de Panmwre, terras de Balhoussie et Ballischeane), cum castris, maneriebus &c., vic. Forfar ;—quas idem Pat. personaliter resignavit ; et quas rex ei de novo dedit, includendo etiam villam et terras *lie* Firth de Panmure, moram *lie* (Firth), Firthfauldis et Greneruiffis (que fuerunt pendicule dict. terrarum dominicalium), *lie ailhous* de Petlevie nuncupatum *lie* Brewtak (vel Brewis), Heuchheid, Brax, Westbernis et Balhill, terras de Toftis, villam et terras de Myresyde, *lie* Mylnetoun de Carmylie, Mylnegott, Croceden, Duskiedrum, Mureheidis, Newbiging, Newfauld, Graystane, Midhillis, Cokhill, Baikmure, Papeitsleid et Drumnagar, molendinum de Skechin, moram de Petlevie, Burnsyde, dict. Easterheavin ab antiquo in burgum baronie erect. cum alga maris *lie wair* et *wrak* coram eisdem, terras de Mosfauld, Brumehillis Eister et Westir, moram de Ballischeane, marresium nuncupat. Dilto-mos, cum moris nuncupat. Bruchstanemur, Gallasydemure et Riddermure ; et univit ad dict. baroniam advocationem vicarie ecclesie et parochie de Panbryde, constituendo dictum Pat. hereditarium patronum ejusdem ; et,—intelligens dictum Pat. ejusque predecessores magnos sumptus impendisse et velle impendere in constructione portus apud dict. orientalem portum,—erexit eundem in liberum portum, cum potestate levandi *lie heavin-silvir*, parvas custumas, anchoragias &c. ; et de novo erexit dict. villam nuncupat. ORIENTALEM PORTUM DE PANMURE— in liberum burgum baronie cum libero portu ; cum potestate dicto Pat. creandi ballivos, burgenses &c. ; cum potestate burgensibus ad *lie pack* et *peill*, emend. et vendend. &c. ; cum potestate dicto Pat. habendi pretorium et crucem foralem, ac forum hepdomadatim die Veneris, cum duabus liberis nundinis, 1 Aug. et 18 Oct., et per octavas earundem, cum *lie toilles* &c. ; necnon resignationes terrarum &c. dicti burgi recipiendi et easdem quibuscunque personis concedendi, curias burgales tenendi &c.;—et omnia suprascripta incorporavit in liberam baroniam de Panmure, ordinando castrum et maneriem de Panmure principale fore messuagium :—TENEND. dicto Pat. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque :—PROVISO quod si dictus Patricius tempore decessus sui haberet heredes femineas de corpore solummodo, heredes masculi dicti Pat. quicunque persolverent dictis heredibus fem., si una esset, 20000 merc., si plures essent, 20000 lib. equaliter inter eas dividend., et hoc infra annum et diem post decessum dicti Pat. :—REDDEND. tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Forfar, cum servitio warde &c. (taxando

wardam et nonintroitum ad 160 libras annuatim, relevium ad 160 lib., maritagium ad 500 merc.) :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 439.

261. Apud Edinburgh, 9 Mar.
REX concessit GEORGIO OGILVIE nepoti D. Georgii O. de Dunlugus militis, et MARGARETE IRWING ejus conjugi, —terras et baroniam de Dunlugus, viz. dimidietatem terrarum de Dunlugus, Merdene, Tillibraidles, Blakburne-mos, peciam terre que fuit vallis *lie* Hauch de Newtoun, terras de Skattertie, Casteltoun de Kinnedwart et Gokhall, cum molendinis, piscaria salmonum super aqua de Doverne, tenentibus &c., vic. Banff ;—quas dictus D. Geo. in eorum favorem resignavit :—Tenend. dictis Geo. juniori et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, dicto Geo. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus def., Waltero O. ejus patri et heredibus ejus masculis quibuscunque : — Reddend. unum den. argenti nomine albe firme :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 43.

262. Apud Aulam de Quhytehall, 13 Mar.
REX, pro bono servitio, concessit et quitteclamavit servitori suo D. THOME PENRODDOK militi, generoso suo ferculario *lie sewar*, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—30 mercat. terrarum antiqui extentus de Kirkconnell, cum castro, molendino, piscariis, in parochia de Kirkconnell, 30 mercat. de Trailtrow ant. ext. in parochia de Trailtrow, 3 mercatas de Aldermannissaitt, 1½ mercat. de *lie* Bus, 3 mercat. de Fairholmeflattis, 3 mercat. de Southwode, 2 mercat. de Firth et Fosteriscroftis, 1½ mercat. de Smailholme, 3 mercat. de Howalsyde, 3 mercat. de Auld Logane, 3 mercatas de Grenewraa, 5 mercatas de Cowholme et Hieleyis, 1 mercat. de Sarkcrewkis, 3 mercat. de Bewgray, 1½ mercat. de Timpenbeksyde, 3 mercat. de Kirkrigis, ½ mercatam de Watt *lie* Manis-houssteidis, 1 mercat. de Chartourisbirren, 3 mercat. de Blaksark, omnes ant. ext., cum glebariis, pratis, moris, *lie infeild* et *outfeild*, piscariis et communi pastura, extenden. in toto ad 101 mercat. terrarum ant. ext., in senesc. Vallis Annandie, vic. Drumfreis ;—que regi devenerunt &c. (*ut in carta* 214) ; et quas rex incorporavit in liberam tenandriam de Kirkconnell, ordinando castrum et maneriei locum de K. principale fore messuagium :—Reddend. unam rubram rosam nomine albe firme :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 229.

263. Apud Edinburgh, 14 Mar.
REX dedit literas remissionis JOANNI WILSONE filio legitimo quondam Willelmi W. in Quhincarstanes, pro ejus vita duraturas,—pro arte et parte interfectionis quond. Joannis Sandersone in Fogo, mense Oct. aut eocirca 1608 commisse. P.R. i. 81.

264. Apud Edinburgum, 15 Mar.
REX confirmavit et de novo dedit ALEXANDRO M'ALLANE M'COULE M'RONNALD de Morowre, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Cros, Tray, Duassiche, Aucholledill, Schunisletir, Scammodill, Raittalane, Fertacorrie, Clachak, Inverossie, Mevybill, Lochbored ex ambobus ejus lateribus, Worblaich, Archicharre et Nakarsaid, et Pouliskinane, extendentes ad 14 mercat. terrarum *lie* Morowre, necnon terras de Gallamistoull (vel Gallmistorle), Sandie, Growlin, tertiam partem de Cleatill, dimidietatem de Knokeiltaik et de Balmearich, extenden. ad 9 mercat. terrarum *lie* Eig, necnon terras de Kepache, Mamie, Arnapoule, Terriebaithe et Bounarie (vel Brunarie), extendentes ad 7 mercatas de Aurissaig, vic. de Invernes ;—quas idem Alex. resignavit :—Insuper rex ordinavit quod unica sasina apud Cros capienda pro omnibus staret :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 217.

265. Apud Edinburgh, 16 Mar.
REX,—pro se et tanquam administrator filii sui Henrici ducis de Rothesay com. de Carrik dom. de Ardmannok baronis de Renfrew principis et senescalli Scotie,—concessit ARCHIBALDO ARGADIE COMITI dom. Campbell et Lorne &c., in vitali redditu, et ARCHIBALDO

CAMPBELL DOMINO LORNE ejus filio et heredi apparenti in feodo,—terras et baroniam de Lochhow, terras de Ardscodinche, Glenyra, Glenschera et Letter, burgum de Inverara in dicta baronia, terras et baroniam de Glenurquhy, terras et baroniam de Over Cowell, terras de Straquhoue (vel Straquhur) extenden. ad 51½ mercatas antiqui extentus, terras de Strathachie, Glenassen, Glenlayrne (vel Glenlayene), Lochstrovenscheid, Ardinslat, Tollare-Flemyng, Inverneill, Glak, Cammis, Awchtyeuin, Ardmernok, Lynsag, Direngyrochmoir, Glencaw, Direngirochebeg, terras et baroniam de Ottirinverane, terras de Glassery et Edder(l)ing subscriptas, viz. Menard, Kilmichaelbeg, Gorthenreniche, Knok, Arecastel, Gallanasche, Auchinbrok, Kallemoir, Kilmichaell, Hozewaw, Monenearinach, Knepalway, Cunnyne, Garwald, Craignewir, Changenalicht, Blairquhak, Torblaten, Lag, Auchetycarlych, Craigmurchill,, terras de Craiginsche et Melfort, vic. Argyll; terras et baroniam de Tarbert, cum custodia castri de T. cum edificari contingeret, vic. de Tarbert; cum castris, molendinis, lacubus, piscationibus tam in aquis dulcibus quam salsis, tenentibus &c., advocationibus ecclesie de Kilobray et ceterarum ecclesiarum et capellaniarum suprascriptorum; terras et baroniam de Auchnagarren, 5 librat. terrarum ant. ext. de Craig, Furlynauchlane, Raith, Ballaichindryne, Leffennych-kennony, terras de Conchray, Talnach (vel Tawnasche), Stelag et Kildalvane, cum castris, molendinis, piscariis, lacubus, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum (si que essent), in balliatu de Cowll, vic. Argyll; officia locumtenentis, commissariatus, vicecomitatus et camerarie infra bondas Argadie, necnon officia justiciarie et vicecomitatus de Lorne, cum dimidietate wardarum &c. et aliorum proficuorum per eos levand. infra dictas bondas; officia justiciarie, vicecomitatus, coronatoris et camerarie terrarum et dominiorum de Knokdailles et Kintyres; officium vicecomitatus de Tarbert; cum omnibus dict. officiorum feodis &c.; terras, dominium et baroniam de Lorne, terras de Loyne, Corsay (Torsay?), Swna, Sayll, Corfora et Lesmoir in dicto dominio, terras et baroniam de Kilmwn, terras de Bordland, custodiam castri de Dunnyine, vic. Argyll; terras et baroniam de Kilmichaell, cum custodia castri de Swyne, terras et baroniam de Skypinche, vic. de Tarbert; cum castris, maneriebus, molendinis, lacubus, piscariis, forestis, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum; 5 mercat. terrarum ant. ext. de Fewnand, cum earum piscatione super aquam de Aw, mercatam ant. ext. de Auchindryne, cum tenentibus &c., in baronia de Lochhow, vic. Argyll; terras et baroniam de *lie* Kirktoun de Inchevar, vic. Invernes; terras et baroniam de Rosneith, vic. Dumbartane; terras de Inverquhapill in Glenfinfurde, terras de Caylat, terras de duabus Ardinblaithis et duabus Craigquhaldis, ½ mercatam in territorio de Inverquhapill olim occupatam per procuratorem de Sanct-Deowray, mercatam olim possessam per Euarium M'Canry, terras de Stuke et Blairbeg, Ferry et Strone, cum tenentibus &c., vic. de Argyll; 20 librat. terrarum de Durrour (viz. 7 mercatas de Cowll et Glencallachane, 7 mercatas de Ardsell et Langinahall, 3 mercat. de Ballichelis, 5 mercatas de Auchinadaraich, 3 mercat. de Auchtycharne, 5 mercatas de Auchychar et Auchinblane), 20 mercat. de Glencoun, in dominio de Iles, vic. Perth; terras de Pannell, 5 mercat. de Dufflater, terras de Nethir Glene, vic. Perth; terras de Lytill Sawlling et *lie* Bordland de Sawlling, vic. Fyfe; terras de Menstrie, vic. Clakmannane; cum molendinis, tenentibus &c. omnium suprascriptorum; terras et baroniam de Boquhen et earum molendinum, cum tenentibus &c., vic. Strivelling;—quas idem comes resignavit; et quas rex dictis personis de novo dedit, includendo advocationem rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Sanct-Peter *lie deane* de Lochhow; et omnes incorporavit in liberum comitatum, dominium et baroniam de Argyll, ordinando castrum de Inverara principale fore messuagium:—RESERVANDO dicto comiti durante ejus vita potestatem vassallos, tenentes liberosque tenentes (*the friehalderis*) intrandi, personas ad dicta beneficia et officia presentandi, casualitates recipiendi; necnon ejus sponsas unam seu

plures in vitali redditu in dictis terris &c. de Menstry, Sawlling, Rosneith, Dufflatter, Nether Glen, Pannell et Boquhen infeodandi; et filios ejus de corpore legitime procreandos eorumque heredes et assignatos infeodandi in terris &c. de Craigneische, Loyne, Thurso, Skipinche, Tarbert et Rosneith, de dictis com. et domino tenendis; necnon aliquam partem suprascriptorum (exceptis illis que reservate sunt ad dictas sponsas infeodandas) impignorandi, onerandi sive alienandi sub reversione 100000 lib.:—TENEND. dicto comiti *ut sup.*, dicto dom. Lorne et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, dicto comiti et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Colino Campbell de Lundie et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., D. Joanni C. de Caddell militi et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masc. quibuscunque dicti com., cognomen de Campbell et arma domus de Argyll gerentibus; viz. Auchnagarrin &c. (usque ad Kildalvane) de dicto principe, cetera de rege:—REDDEND. pro Lochhow &c. (usque ad Tarbert), cum pertinentiis, tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Argyll, cum servitio warde &c.; pro Auchnagarrin &c. (usque ad Kildalvane) servitium warde &c.; pro Lorne &c. (usque ad Skypinche) unam *lie mantill*, unam rubram rosam, unum par chirothecarum et 2 den. argenti apud castrum de Dunstaffage, nomine albe firme; pro Kirktoun de Inchevar 3 sectas ad 3 placita capitalia vic. de Invernes, cum warda &c.; pro Rosneith 41 lib. feudifirme; pro Pannell &c. (usque ad Menstrie) 3 sectas ad 3 placita capitalia vic. de Clakmannane, cum servitio warde &c.; pro ceteris suprascriptis jura et servitia debita et consueta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 175.

266. Apud Edinburgh, 17 Mar.
REX concessit D. JOANNI CAMPBELL de Calder militi, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Geddes et Rait, cum molendino, terris molendinariis, tenentibus &c., vic. Narne;—que fuerunt quondam Georgii Ogilvie de Geddes, filii et heredis apparentis quond. D. Walteri O. de Boyne militis, de rege tente per servitium warde; et regi devenerunt ratione recognitionis ob alienationem per dictum Geo. aut ejus predecessores factam quond. M. Willelmo O. ejus fratri aut cuicunque alii persone absque consensu regis:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 74.

267. Apud Edinburgh, 17 Mar.
REX,—cum consensu &c. (140.),—in feudifirma locavit WILLELMO IRWING de Bonschaw et MARGARETE KIRKPATRIK ejus sponse in conjuncta infeodatione, et post eorum decessum WILLELMO IRWING eorum filio primogenito,—40 solidatas terrarum de Sarkscheillis (intra bondas in vulgari specificatas), cum moris, marresiis, pratis, pascuis et communi pastura, in senesc. de Annandaill;—quarum dictus Wil. senior, Edw. I. ejus avus eorumque predecessores fuerant nativi tenentes ultra hominum memoriam, et per turbulentum statum illius partis patrie et per ignem in eorum edibus ante regis ad coronam Anglie successionem eorum assedationes pro majori parte combuste fuerant:—TENEND. dictis Wil. seniori et Marg. *ut supra*, dicto Wil. juniori et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Herberto I. ejus fratri et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Adamo I. filio tertiogenito dicti Wil. senioris, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., dicto Wil. I. seniori ejusque heredibus masc. quibuscunque:—REDDEND. 4 lib. feudifirme antique, et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et si tres termini insimul currerent insoluti, hec carta nullius esset valoris:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 76.

268. Apud Edinburgum, 17 Mar.
REX confirmavit cartam quondam Roberti domini Elphingstoun, — [qua vendidit JOANNI ELPHINGSTOUN nepoti suo, filio legitimo Alexandri magistri Elphingstoun (postea dom. de E.) filii sui, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—pro

meliore supplemento educationis dicti Jo.,—terras de Bannokburne, cum manerie loco, molendino, carbonibus, advocatione capelle S. Niniani, vic. Striviling:—REDDEND. dicto Rob. unum den. albe firme :—PROVISO quod quandocunque dictus Rob., vel ejus successores aut assignati, unum *lie rois-noble* auri in ecclesia parochiali de Airth super premonitione 40 dierum persolverent, aut in manibus responsalis viri infra parochiam de Airth commorantis consignarent, haberent regressum ad suprascripta :—cum precepto sasine directo Tho. Esplene nuncio incole in Kildrymmie :—TEST. dicto magistro Elphinstoune, Jacobo Smithe, Tho. Esplene in Kildrymmie, Joanne Roishill, nunciis, ejus servitoribus, Andrea Cowye notario publico (scriptore carte) :—Apud Elphinstoune, 10 Nov. 1597] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 77.

ANNO REGNI 8 ET 43. ANNO DOMINI 1610.

269. Apud Edinburgh, 28 Mar.

REX,—cum consensu &c. (165.),—confirmavit cartam Davidis episc. Rossen., —[qua, cum consensu decani et capituli Rossen., concessit et de novo ad feudifirmam dimisit M. JOANNI M'KENZIE archidecano Rossensi, et heredibus ejus masc., cognomen et insignia de M'Kenzie gerentibus, et assignatis quibuscunque,—terras molendinarias de Avach (per eum occupat.), cum *lie wraik* et *wair*, piscaria de *lie yair* de Avach, silvis *lie scroggis* et *bussis* dict. terrarum, in diocesi et episcopatu Rossen., vic. Invernes;—quas Kennethus M'Kenzie de Killichreist cum consensu dicti Jo. resignavit:—REDDEND. dicto episc. 4 merc., 17 sol. 9⅓ den. loco gressume, et 14 sol. 2½ den. augmentationis, in toto 4 lib. 5 sol. 4½ den.; cum arragiis, carragiis et debitis servitiis consuet.; et si unus terminus &c. (*ut in carta* 329); et molendo grana ibi crescentia apud molendinum de Avach, prestando multuras et debita servitia et auxilia consuet.; et feudifirmarii ac tenentes et occupatores dict. terrarum veniendo ad curias dicti episcopi apud Canoniam Rossen. quotiescunque summonerentur; et feudifirmarii prestando 3 sectas &c. (cum ceteris *ut in carta* 33); et perimplendo cetera in antiquis infeofamentis contenta:—RESERVANDO aqueductum dicti molendini in quacunque parte dict. terrarum fiendum; et locum ad reedificand. molendinum cum deficeret locus in quo tunc fuit; et locum consuet. ad purgandum grana ibi molenda:—cum precepto sasine:—TEST. M. Jeromia Lyndsay de Dyinninno, M. Alex. M'Kenzie fratre Kennethi domini M. de Kintaill, Davide Williamesoun mercatore burgen. de Edinburghe, Jac. Logie incola dicti burgi:—carta scripta per Geo. Murray servitorem Jacobi Kynneir scribe signeto regio:—Apud Edinburghe, 21 Nov. 1610]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xlvi. 103.

396. Apud Edinburghe, 27 Nov.

REX,—cum consensu &c. (135.),—concessit et de novo dedit CAROLO CARRUTHERRIS de Wormainbie, in vitali redditu, et EDWARDO CARRUTHERIS ejus filio seniori et apparenti heredi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, hereditarie,—6 mercat. terrarum de Flemingraw antiqui extentus, in senesc. de Annandaill, vic. Drumfreis;—quas idem Car. resignavit:—REDDEND. servitium warde &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xlvi. 173.

397. Apud Edinburgh, 27 Nov.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 46),—confirmavit [1] cartam fact. per Jacobum com. de Glencairne dom. Kilmaires, cum consensu Willelmi magistri de G. ejus filii legitimi et heredis apparentis,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis de data apud castrum Edinburgi et Cannogait, 8 Sept. et 12 Oct. 1610,—concessit Domine AGNETI HAY domine Craigmiller, relicte D. Georgii Prestoun de Craigmiller militis, sponse future dicti Jacobi, in vitali redditu,—in plenariam contentationem ejus conjuncte infeodationis et tertie,—terras dominicales de Finlastoun-Cunynghame cum fortalicio, terras de Gardnerstoun, Heichtrie, Boigsyde et duas Knokmontanes, Bardrany, Blak-

stane, Nether Auchinlek, Leparstoun, Auchinbothie, Rowintriehill Wester, Davidstoun, Wester et Midill Denneistoun, cum molendinis, terris molendinariis, piscariis, carbonibus, cunicularíis, terras et baroniam de Ranfurelie-Cunynghame, cum molendinis &c. (*ut sup.*), vic. Renfrew; terras et baroniam de Stevinstoun extenden. ad 40 librat. antiqui extentus, cum fortaliciis, manerie-bus, molendinis, piscariis, carbonibus, in balliatu de Cunynghame, vic. Air:—TENEND. de Henrico principe:—cum precepto sasine directo Brusio Sempill:—RESERVANDO dicto Jac. superioritatem tenandriarum et potestatem intrandi vassallos:—TEST. D. Jac. Cunynghame de Glengarnok milite, Alex. Cunynghame de Corshill, Jac. Kynneir scriba signeto regio, And. Hay ejus servitore (scriptore carte):—Apud Cannogait, 12 Oct. 1610]:—[2] aliam cartam ejusdem comitis,—[qua,—pro perimpletione &c. (*ut supra*),—concessit dicte Agneti, in vitali redditu,—in speciale warrantum suprascriptorum, preter Stevinstoun,—terras et baroniam de Kilmarannok, insulam vocatam Inchalcheoche, cum insulis et piscatione in Lochlowmound, et terris de Crammanane, cum fortalicio, manerie loco, molendinis, piscariis, carbonibus, cunicularíis, vic. Dumbartane et Strivilling:—REDDEND. regi unum par chirothecarum nomine albe firme:—cum precepto sasine:—RESERVANDO, TEST. et de data *ut supra*]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 112.

398. Apud Edinburgh, 8 Dec.

REX,—cum consensu &c. (149.),—concessit ROBERTO DUGUD de Auchinhuiff, et MARJORIE GORDOUN ejus sponse,—villam et terras de Ruthvenis Over et Nather cum manerie loco, terras de Balnastraid cum pendiculis *lie* Leyis, Boig et Loche nuncupatis, cum multuris et sequelis, mossis, pratis, læsuris, stagnis, communitate, communi pastura, focalibus, *lie faill* et cespitibus, in dominio de Crommare, parochia de Logi-mar, vic. Abirdein;—quas Jo. Kynnaird apparens de eodem resignavit; et quas rex dictis Roberto et Mar. de novo dedit, cum fortalicio de Ruthvenis;—et ratificavit cartam de data apud Abirdein, 12 Feb. 1606, per dictum Jo. cum consensu Patricii K. de eodem ejus patris desuper concessam dictis Rob. et Mar. irredimabiliter:—TENEND. dictis Rob. et Mar. in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto Roberto, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque:—REDDEND. 40 sol. feudifirme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 90.

399. Apud Edinburgum, 8 Dec.

REX confirmavit cartam Stephani Patersoun clerici senescallatus de Fyfe,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit JACOBO BONAR de Rossie—molendinum de Lumquhattis cum ejus terris &c. (intra bondas specificatas), in dominio et vic. de Fyfe; cum communi pastura (intra bondas specificatas):—TENEND. dicto Jac. et heredibus ejus masculis, quibus deficientibus, seniori ejus heredum fem. absque divisione, et assignatis quibuscunque, de rege:—REDDEND. 11½ mercas, et 12 capones, nomine feudifirme; necnon duplicando dict. feudifirmam in introitu heredum; cum observatione ceterorum in originali infeofamento content.:—cum precepto sasine directo Jac. Kynneir filio legit. Davidis K. de eodem:—TEST. Jo. Averie burgen. de Faulkland, Jac. Kynneir fratre germano Joannis K. de eodem, Jo. Nicoll, M. Waltero Ballingall, notariis publicis in Faulkland, Alex. Merschell (scriptore carte) et Jo. Lytiljohne servitoribus dicti Steph.:—Apud Faulkland, 3 Jan. 1609]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 188

400. Apud Edinburgh, 8 Dec.

REX confirmavit JACOBO BONAR de Rossie, heredi quondam Joannis B. infrascripti ejus avi, cartam quondam Alisone Charterris relicte Thome Fotheringhame de Powrie,—[qua vendidit (quond.) WILLELMO BONAR de Rossie et ELIZABETHE CHARTERRIS ejus sponse in vitali redditu, et (dicto) JOANNI BONAR eorum filio et heredi apparenti, heredibus ejus et assignatis, hereditarie,—dimidietatem terrarum suarum de Fergundeny, vic. Perth:—REDDEND. regine Marie servitia albe firme consueta:—cum precepto sasine directo Alex. Rankelour:—

TEST. Petro Leslie filio Georgii comitis de Rothes, Jacobo Bannatyne burgen. de Edinburghe, Jo. Patersoun, Jacobo Miller, Pat. Lausoun, Georgio Taillefer :—Apud Edinburgh, 22 Maii 1550] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 189.

401. Apud Edinburgum, 8 Dec.

REX concessit ALEXANDRO MOWAT scribe, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—occidentalem botham mercatoriam per Katherinam Nisbet relictam Georgii Frenche mercatoris burgen. de Edinburgh tunc sponsam dicti Alex. occupatam, in terra et tenemento quondam M. Thome Makcalzeane de Cliftounhall postea M. Davidis Ogilvie tunc M. Oliveri Colt, in burgo de Edinburgh ex boreali latere (vici regii) ejusdem (inter tenementa heredum quondam And. Sympsoun, quondam Pat. Creichtoun de Lugtoun, Alex. Adamesoune, heredum quondam Jo. Harwod, M. Jo. Nicolsoun et Jac. Dalgleische, et borealem lacum) ;—que fuit dictorum Geo. et Kath. per impignorationem eis factam per dictum Dav. ; et regi devenit per decessum dicti Geo. Frenche bastardi :—TENEND. in libero burgagio :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 295.

402. Apud Edinburgum, 8 Dec.

REX dedit literas remissionis WILLELMO DYKIS in Wester Muirpark, pro ejus vita duraturas,—pro interfectione Jacobi Lambie in Muirmanes, mense . . . ultime elapso commissa. P.R. i. 111.

403. Apud Edinburgh, 10 Dec.

REX concessit et de novo dedit PATRICIO KERINGTOUN filio legitimo quondam Andree K. in *lie* Nungait apud burgum de Hadingtoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras et acras que antea ad dictum And. tanquam nativum tenentem et feodatarium pertinuerunt, viz. tenementum et *lie onsteid* in Nungait cum horto adjacen., 2½ acras in *lie schot* vocato *lie* Blekstercroft (juxta commune passagium ad *lie Querrell-pottis*), duas acras in *lie* Nethircroft (juxta aquam de Tyne), 2½ acras in dicto *lie schot* (juxta eandem), 5 *lie buttis* terrarum in *lie* Clappergait, in territorio de *lie* Nungait, constabularia de Hadingtoun, vic. Edinburghe ;—que olim ad monasterium de Hadingtoun pertinuerunt :—REDDEND. 22 sol. 5 den., cum 2 caponibus, tanquam feudifirmam antiquam, et 12 den. augmentationis ; ac cetera in originalibus infeofamentis et rentalibus contenta ; et duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 185.[1]

404. Apud Edinburgh, 18 Dec.

REX confirmavit cartam Jacobi Spens de Wolmerstoun,—[qua,—pro perimpletione contractus de data presentium, in libris dominorum concilii registrandi,—cum consensu Roberti Lumsdain de Ardrie, vendidit M. JEREMIE LYNDSAY de Dunnone (vel Dinnonnow), heredibus ejus sive assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—officium custodie more vocate *the Kingismure of Craill*, cum tribus toftis et aliis in dicta mora jacentibus, viz. Swincowhill cum 15 acris terrarum arabilium cum tofta et pastura ejusdem ex boreali parte dicte more, Scotfauldis cum 6 acris arabilibus, Grenewallis cum 8 acris arabilibus, vic. de Fyfe ; terras *lie* Kingismure predictas, in constabularia de Craill, vic. de Fyfe, ad australem ejus partem ;—que terre de Kingismure fuerunt per dictum Jac. a Waltero Carstairis nepote quondam Caroli Murray primi proprietarii ejusdem conqueste :—RESERVANDO *lie steid* nuncupat. *the Kingis-cairne* cum 40 acris arabilibus ex occidentali parte dicte more, cum tofta et pastura, et molendinum super eadem edificatum, antea per dictum Rob. alienat. Gulielmo Turnbull de Pittincreiff :—REDDEND. regi pro mora 5 lib., pro officio cum pertinentiis 8 den. argenteos, nomine albe firme :—cum precepto sasine :—TEST. Tho. Moniepennie de Kingkell, Arch. Prymrois burgen. de Edinburgh, Joanne Makesone scriba communi burgi Craill, Jo. Dingwall ejus servitore (scriptore carte), Tho. Leir-

[1] This charter names the following adjoining owners:—William Tait, Joh. Johnestoun, William Arnott, John Nicolsoun, William Gibsoun, David Franche.

mont servitore dicti Tho. Moniepenny :—Apud Edinburgh, 8 Feb. 1606] :—INSUPER suprascripta dicto Jeremie de novo dedit :—REDDEND. *ut supra* :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 97.

405. Apud Edinburgum, 21 Dec. REX,—cum consensu &c. (151. 152.),—concessit GEORGIO AITKENE, filio et heredi apparenti M. Edwardi A. de Wnderedge,—½ rigam appellat. in rentali trigesimam binam partem ville et terrarum de West Barnis (ad Geo. Purves burgen. de Dumbar in feudifirma pertinentem), et aliam ½ rigam earundem (ad Hugonem Hammiltoun burgen. de Dumbar in feudifirma pertinen.), in dominio de Dumbar, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh ; —quas dicti Geo. P. et Hugo, cum consensu Alexandri Corsbie burgensis de Dumbar, dicto Georgio A. irredimabiliter vendiderant, et tunc resignaverunt :—TENEND. dicto Geo. A. et heredibus ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, dicto Edw., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter, in feudifirma :—REDDEND. 22 bollas victualium (½ frumenti et ½ ordei), cum una pecca (½ frumenti et ½ ordei) augmentationis ; ac 10 mercas pro duplicatione feudifirme in introitu heredum ; et edificando honestas domos, et faciendo politiam et plantationes solo corresponden. ; et habendo prata ubi commode haberi possent ; cum prohibitione alienandi (nisi sub reversione) absque consensu regis ; et si de murthuro seu communi furto vel de voluntaria receptione communium furium convicti essent, hereditatem forisfacerent pro vita sua ; et solvendo astrictas multuras molendinis de Dumbar consuetas :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 199.

406. Apud Burgum de Edinburgh, 22 Dec. REX,—cum consensu &c. (150.),—ratificavit cartam feudifirme per Mariam reginam concessam quondam Tryamoro Reidpeth filio quond. Edmondi R. et avo GEORGII REIDPETH de Crumrig,—de terris infrascriptis (*vide* Regist. Magni Sigilli, A.D. 1546–1580, *cartam* 829) :—cum carta confirmationis inde secuta per Henricum et Mariam regem et reginam (*vide cartam* 1671 *ejusdem tomi*) :—necnon cartam alienationis per dictum Tryam., cum consensu Edmondi R. ejus filii natu maximi et Issobelle Leirmonth ejus sponse, factam dicto Georgio de eisdem terris, de rege in feudifirma tenendis :—PRETEREA de novo ad feudifirmam dimisit dicto Geo.—3 mercat. terrarum de Crumrig, 2½ mercat. eis contiguas in occidentali latere de Angilraw, cum molendino desuper edificato, in comitatu Marchie, vic. Berwik :—TENEND. dicto Georgio et heredibus masculis inter eum et Mariotam Fortoun ejus sponsam legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. et assignatis dicti Geo. quibuscunque : —REDDEND. 3 lib. 13 sol. 4 den., et 3 sol. 4 den. augmentationis ; necnon sustentando sufficientem politiam solo corresponden. ; et duplicando feudifirmam in introitu heredum ad dictas terras :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 191.

407. Apud Edinburgum, 22 Dec. REX ratificavit cartam per Jac. V. regem factam quondam Georgio Reidpeth, proavo GEORGII REIDPETH tunc (portionarii) de Angilraw, in vitali redditu, et quondam Alexandro R. ejus filio et heredi apparenti hereditarie,—de infrascriptis (*vide* Regist. Magni Sigilli, A.D. 1513–1546, *cartam* 829) :—cum carta confirmationis earundem per Henricum et Mariam regem et reginam facta dicto Alex. :—cum precepto et instrumento sasine desuper secutis quondam Simoni R. (patri dicti Geo. R. de A.) tanquam filio et heredi dicti Alex. :—INSUPER de novo ad feudifirmam dimisit dicto Geo. R. de A. in vitali redditu, et SIMONI REIDPETH ejus filio, et heredibus ejus masculis, quibus deficientibus, seniori ejus heredum fem. absque divisione,—6 mercat. terrarum de Angelraw, cum crofta vocata Kennediescroft, ac mercata terre (*the Merkisworth of land*) in campo inferiori de Greinlaw (intra bondas specificatas), in dominio Merchie, vic. Beruik :—REDDEND. 7 mercas, et 40 den. augmentationis ; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum ; et sustinendo mansionem cum aula, camera, horreo, bostari aliisque politiis solo corresponden. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 194.

408. Apud Edinburgh, 22 Dec.
REX,—cum consensu &c. (130. 135.),—concessit et de novo ad feudifirmam dimisit JACOBO GREIRSOUN de Penfilland, et ROSINE KIRKPATRIK ejus conjugi,—6 mercat. terrarum de Brachache antiqui extentus, in baronia de Haliewode, vic. de Drumfreis;—quas Jo. Kirkpatrik de Brachache in eorum favorem resignavit:—TENEND. dictis Jac. et Ros. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Jac. et assignatis quibuscunque:—REDDEND. 10 libras feudifirme antique, et 2 sol. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; necnon observando &c. (*ut in carta* 4):—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xlvi. 196.

409. Apud Edinburgh, 22 Dec.
REX confirmavit [1] cartam Davidis episc. Rossen.,—[qua, cum consensu decani et capituli Rossen., ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit GEORGIO SINCLAIR de Mey et MARGARETE FORBES ejus conjugi pro eorum vita, et WILLELMO SINCLAIR eorum filio seniori legitimo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, hereditarie,—terras de Littill Kilmure, cum brasina, molendinis, piscariis, *lie heavines*, *wrak* et *wair*, et pertinentiis (et nominatim terram et croftam *lie* Toir de Kilmure, cum prato inter eam et *lie Mos* de Ferne, parvam capellam vocatam Oure-Ladyis-chapell cum *lie waird* ejusdem, croftas et acras circiter dictas capellam et wardam, cunicullariam moram *lie link-land* progredientem ad parvum fontem vocat. Oure-Lady-well [situat. ad angulum *lie kailyaird-dyke* per And. Denune de Balnaknok occupat.], cum portu et *lie heavin* nuncupat. *Oure-Lady-heavin of Kilmure* contigue jacentibus cum suprascriptis, cum omni *lie wrak* et *wair*, cum terris de Glasnamoyach contiguis dicte crofte), extenden. in toto ad *lie quarter davach of landis*, in parochia de Tarbet, diocesi Rossen., vic. de Invernes;—que dicti Geo. et Wil. de rege in feudifirma tenuerant ante dissolutionem annexationis terrarum episcopalium ad coronam:—TENEND. de dicto episc.; cum potestate molendina edificandi, et lucrandi glebas in *the Mos of Ferne*, necnon cespites, glebas aliaque focalia supra moram inter dictas terras terrasque de Ballamuckie et Catboll:—REDDEND. 4 libras, ¼ marte (aut 25 sol.), muttonem (vel 10 sol.), hedum (aut 3 sol. 4 den.), 20 ova (aut 5 den.), 3 capones (aut 3 solidos), 3 pultreas (aut 18 den.), 2 firlotas avenarum *lie hors-corne* (aut 10 sol.), et pro Glasnamoyach 26 sol. 8 den., cum arreagiis, carreagiis et servitiis debit. et consuet. (aut 10 sol. 9 den.), et 6 sol. 8 den. augmentationis, in toto 8 lib. 17 sol. 4 den.; necnon ad molendinum de Morach 6 firl. aride multure, et 2 firl. pro *lie querne-firlottis*, cum servitiis consuetis; necnon duplicando dictam feudifirmam in introitu heredum et assignatorum ad suprascripta; ac prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia apud Nig cum citati essent:—cum precepto sasine directo Alexandro Vaus in Kilamuir:—TEST. M. Georgio Young de Wilkiestoun, Davide Williamesone burgen. de Edinburgh, Alex. Innes servitore dicti Wil., Jac. Wod servitore dicti episcopi, Joanne Ros notario publico servitore M. Joannis Paip scribe Edinburgi (scriptore carte):—Apud Edinburgh et Canoniam Rossen., 13 Mar. et 17 Dec. 1607]:—[2] cartam Jacobi episc. Orcaden.,—[qua, cum consensu decani et capituli Orcaden., confirmavit cartam Willelmi Sinclair de Dunbeth, feodatarii de Dounra, Thura, Bower, Luine &c.,—(qua vendidit Georgio Sinclair cancellario Cathanen., et Margarete Forbes ejus sponse,—terras de Daill in parochia de Halkirk, cum piscatione ejusdem, cum devoriis vocatis *skait-silver* et *skait-malt* parochiarum de Dunett et Cannesbie ecclesie Orcaden. debitis, viz. ex terris de Ratter, Hambres, Corspak, Ham et Barrak in parochia de Dunet 48 sol. *lie skait-silver* et 13 bollis 2 firlotis *lie skait-malt*, et ex terris de Dungasbie, Cannasbie, Seatter, Gillis et Waris in parochia de Cannesbie 48 sol. *lie skait-silver* et 13 bol. 2 firl. *lie skait-malt*, cum pascuis et pasturis, jacen. in Cathanea, regalitate Orcaden., vic. de Invernes:—TENEND. dictis Geo. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus

et assignatis dicti Geo. quibuscunque, de episcopis Orcaden. in feudifirma:—REDDEND. 8 lib.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo And. Donaldsone in Mierkill:—et voluit quod una sasina apud villas de Daill et Ham capienda pro omnibus staret:—TEST. Olivero Sinclair, Arch. Maxwell, Jo. Sinclair, Jo. Caddell, M. Tho. Brodye commissario Cathanen. notario publico:—Apud Dunbeth, 17 Feb. 1583):—PRETEREA suprascripta dictis Geo. Sinclair de Mey et Marg. Forbes ejus conjugi in vitali redditu, et Willelmo S. apparenti de Mey, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, hereditarie, de novo dedit:—REDDEND. dicto episcopo *ut supra*; et si tres termini transirent in quartum nulla solutione facta, hec carta nullius esset roboris; et prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia infra palatium de Kirkwall:—cum precepto sasine directo Alex. Innes filio Joannis I. burgensis de Elgin:—et voluit &c. (*ut supra*):—TEST. Jo. archiepiscopo Glasguen., Gavino episcopo de Galloway, Jo. Sinclair filio dicti Geo., Alex. Innes ejus servitore, Rob. Blunt et And. Hay servitoribus dicti archiepiscopi:—carta scripta per Tho. Bigholme servitorem M. Joannis Paip scribe Edinburgi:—Apud Edinburgh, 9 Aug. 1609]:—INSUPER suprascripta quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 368.

410. Apud Quhytehall, 24 Dec.

REX,—cum avisamento &c. (151.),—concessit et de novo dedit familiari servitori suo M. WILLELMO SCOTT de Elie cancellarie directori, heredibus ejus masc. cognomen et arma de Scott gerentibus, eorumque assignatis quibuscunque,—dimidietatem terrarum de Newtoun de Reres et integram portionem earundem cum manerie loco, carbonibus, molendinis, pasturagiis, in dominio et senescallatu de Fyfe;—quas David Nairne portionarius de Newtoun de Reres resignavit:—REDDEND. 13 lib., 10 bollas tritici, 12 bol. 2 firlotas hordei, 24 pultreas, 12 capones, nomine feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et sustentando mansionem cum politia solo corresponden.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 329.

411. Apud Edinburgum, 27 Dec.

REX confirmavit cartam Joannis Grhame de Balgown,—[qua,—pro se et Marjoria Rollok domina de Inchebrakie sponsa sua, cum consensu Niniani G. de Garvok nepotis sui ex fratre,—pro perimpletione contractus matrimonialis de data apud Perth, 20 Maii 1606, in libris concilii registrari ordinati,—concessit ELIZABETHE OLIPHANT filie legitime Laurentii O. de Forgundeny, in vitali redditu,—terras de Nether Garvok, Welhill et Drum, in baronia de Garvok, et annuum redditum celdre victualium ($\frac{2}{3}$ farine et $\frac{1}{3}$ ordei) de terris de Westertoun de *lie* Maynis de Garvok;—necnon vendidit dicto NINIANO GRHAME, et heredibus masc. inter eum et dictam Eliz. ejus sponsam legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masculis et assignatis dicti Niniani quibuscunque, irredimabiliter,—terras et baroniam de Garvokis Over et Nether, cum molendino, terris molendinariis, forestis, tenentibus &c., in senesc. de Stratherne, vic. de Perth:—TENEND. de rege:—TEST. Jo. Mudie et Jac. Lowrie servis Roberti Kirkwode scribe signeto regio, dicto Rob., Wil. Bonar in Kippen, Tho. Grhame servo dicti Jo. G.:—carta scripta per Jo. Patersone notarium publicum:—Apud Edinburgum et Balgown, 18 et 20 Dec. 1610]:—INSUPER,—cum consensu &c. (135.),—suprascripta dictis personis respective de novo dedit; et dictas terras et baroniam de Garvokis, comprehenden. Over et Nether G., cum molendino, terris molendinariis, pendiculis nuncupat. Welhill et Drum, cum manerie loco, tenentibus &c., de novo incorporavit in liberam baroniam de Garvok, ut unica sasina apud maneriem de G. capienda pro omnibus staret:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 94.

412. Apud Burgum Edinburgi, 27 Dec.

REX,—cum consensu &c. (150.),—confirmavit et de novo ad feudifirmam dimisit JOANNI GRADEN filio quondam Nicholai G. de Ernislaw, nativo tenenti infrascriptorum,—56 solidatas 8 den. terrarum de Ernislaw, vic. de Berwik;—quas idem Jo. resignavit:—et rex ratificavit omnia

infeofamenta dicto Joanni, ejus patri vel quibuscunque eorum predecessoribus desuper concessa ;—TENEND. dicto Joanni et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, seniori ejus heredum fem. absque divisione :—REDDEND. 56 sol. 8 den., et 40 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ; et si deficerent &c. (*ut in carta* 389) :—TEST. 99. 46. 93. 112. 72. 86. 49. 78. xlvi. 190.

413. Apud Burgum Edinburgi, 27 Dec.
REX,—cum consensu &c. (150.),—confirmavit et de novo ad feudifirmam dimisit JOANNI GRADEN in Ernislaw, nativo tenenti infrascriptorum,—38 solidat. 4 den. terrarum in villa et territorio de Ernislaw, vic. Berwik ;—quas idem Jo. resignavit : —et rex ratificavit omnia infeofamenta dicto Jo. vel quondam Patricio G. ejus avo vel quibuscunque eorum predecessoribus desuper concessa :—TENEND. dicto Jo. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, seniori ejus heredum fem. absque divisione :—REDDEND. 38 sol. 4 den., et 20 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 192.

414. Apud Burgum Edinburgi, 27 Dec.
REX,—cum consensu &c. (150.),—confirmavit et de novo ad feudifirmam dimisit JOANNI GRADEN in Graystounrig-Wester filio et heredi quond. Willelmi G., nativo tenenti infrascriptorum,—terram husbandiam in Graystounrig-Wester, vic. Berwik ;—quam idem Jo. resignavit :—et rex ratificavit omnia infeofamenta dictis Jo. et Wil. vel quibuscunque eorum predecessoribus desuper concessa : — TENEND. dicto Jo. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori ejus heredum fem. absque divisione : —REDDEND. 20 sol., et 12 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ; et si deficerent &c. (*ut in carta* 389) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 193.

415. Apud Edinburgh, 31 Dec.
REX confirmavit cartam Joannis Vaus de Lochslyne, filii et heredis Joannis V. de L. qui ultimo decessit,—[qua,—cum consensu Davidis, Jasperi, M. Jacobi et Alexandri Vausis fratrum suorum germanorum, —pro perimpletione litere obligationis de data presentium,—vendidit GEORGIO MONRO de Mekill Tarrell, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter, —terras de Over Petneillie, cum pratis, communitatibus, pasturagiis, in comitatu de Ros, vic. Invernes :—TENEND. de rege : —cum precepto sasine :—TEST. Hugone Ros feodatario de Ballamukky, Roberto Monro feodatario de Aldie, Hugone Monro servitore Joannis Monro de Lemlair, Daniele Melvill servitore Adami Lawte scribe (scriptore carte), Roberto Monro de Fowllis, M. Joanne Monro de Ferne, Joanne M'Culloch in Ferne, Alex. Denune in Pittogarthie, Jo. Adamesoun in Dornoche :— Apud Edinburgh et Mekill Allan, 7 Aug. et 24 Sept. 1610] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 95.

ANNO DOMINI 1611. ANNO REGNI 44 ET 8.

416. Apud Edinburgum, 2 Jan.
REX,—cum consensu &c. (130. 135.),—confirmavit cartam M. Jacobi Merser canonici Dunkelden., prebendarii de Ferdschaw ac prepositi hospitalitii S. Georgii nfra civitatem Dunkelden.,—[qua, cum consensu episcopi, decani et capituli Dunkelden., confirmavit WILLELMO BAITT in Littil Kethik—dimidietatem ville et terrarum de Littil Kethik, cum dimid. piscature salmonum earundem super aqua de Ylay (dicto Wil. hereditarie incumbentem), necnon quartam partem earundem ville &c. (ad dictum Wil. pertinentem per dispositionem D. Petri Young de Seytoun militis magistri elimosinarum regis, fratris et heredis quondam Alexandri Y. de Eistfeild unius ostiariorum regis), cum molendinis desuper edificandis, et multuris et sequelis omnium terrarum de Littil Kethick,

in baronia Dunkelden., vic. Pearth;—quas terras &c. idem Wil. M. resignavit; et quod molendinum non fuerat antea in feudifirma locatum:—TENEND. dicto Wil. et heredibus masculis inter eum et Jonetam Cochrane ejus sponsam procreatis, quibus deficientibus, aliis heredibus masculis ejus de corpore legit. procreandis, quibus def., seniori ejus heredum fem. absque divisione, quibus def., heredibus et assignatis dicti Wil. quibuscunque, de dicto prebendario in feudifirma:—REDDEND. pro dicta dimidietate 12 merc. 10 solidos, pro dicta quarta parte 6 merc. 5 sol., et 3 sol. 4 den. nove augmentationis, et pro dicto molendino 3 sol. 4 den., in toto 13 lib. 20 den., et 12 pullos gallinaces pro dimidietate, 6 pullos gall. pro quarta parte; necnon 26 lib. 40 den. in introitu heredum; et prestando 3 sectas ad 3 curias capitales, et ad alias curias dicti prebendarii cum premoniti essent; et si in solutione deficerent per tres terminos concurrentes, caderent a jure; cum prohibitione alienandi absque consensu dicti prebendarii:—cum precepto sasine directo Tho. Cochrane de Muklierie:—TEST. Tho. Cochrane in Muklierie, Edw. Patoun in Dunkeld, Rob. Chreichtoun filio et herede apparente Thome C. in Polcak, dicto Tho. Creichtoun, Wil. Fyff in Dunkeld (scriptore carte), notariis:—Apud Dunkeld, 21 Jun. 1608]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 362.

417. Apud Edinburgum, 5 Jan.

REX,—quia persone infrascripte fuerant nativi feudifirmarii et tenentes infrascriptorum de monasterio de Haliewode ultra hominum memoriam, — ratificavit omnia infeofamenta quondam Joanni dom. Hereis ejusque predecessoribus et autoribus facta de 3½ mercatis terrarum de Craiginputtok, Craigley et Ruchmerk, et 3 mercatis de Nether Quhytesyde, antiqui extentus, in baronia de Haliewode, vic. Drumfreis:—cum retornatu JOANNIS DOMINI HEREIS tanquam heredis dicto quondam Joanni ejus avo, ac precepto et instrumento sasine desuper sequen.:—necnon cartam feudifirme per dict. Joannem tunc dom. H. factam JOANNI KIRKHAUCH apparenti de Bogrie de 20 solidatis de Craiginputtok nuncupat. *lie Over-Tuentie-schilling-land* ant. ext. (occupatis per Tho. Hunter et Jo. H. ejus filium), cum petariis, moris, pratis, communi pastura, in parochia de Dunscoir, dictis baronia et vic.;—TENEND. dicto Jo. K. et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque, irredimabillter, de dicto dom. H. pro 40 sol. 8 den. annuatim, cum duplicatione feudifirme in introitu heredum;—de data apud Mylnetoun, 23 Nov. 1610:—PRETEREA rex omnes dictas terras dicto Joanni dom. H., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, de novo ad feudifirmam locavit:—REDDEND. 13 merc., et cetera in antiquis infeofamentis contenta; et duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 99.

418. Apud Edinburghe, 8 Jan.

REX confirmavit cartam Patricii Ogilvie de Inchemartein,—[qua,—pro perimpletione matrimonialis contractus initi inter se et Pat. O. nepotem suum et heredem apparentem ab una, et D. Dunc. Campbell de Glenurquhar militem et Colinum C. feodatarium de G. ejus filium et heredem apparentem tanquam principales, et Jac. Campbell de Lawers, Colinum Campbell de Abirurquhoill, Geo. Campbell de Cownane, Pat. Grahame de Inchebraikie, Jo. Creichtoun de Strathurde et Alex. Bruce feodatarium de Cultmalindyes cautionarios, ab altera partibus, de data apud Inchemartene, Strivilingum, Inchebraikie, Peill de Huntingtoure et burgum de Perth, 20, 22, 24 et 25 Feb. 1609, et pro 14000 mercarum nomine dotis persolvendis,—vendidit dicto PATRICIO OGILVIE juniori, et ANNE CAMPBELL ejus sponse affuture, legitime filie dicti Dunc., in conjuncta infeodatione (in plena contentatione ejus tertie), et heredibus masculis inter eos procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masculis dicti Pat. junioris, cognomen et arma de Ogilvy gerentibus, et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras et villas de Pitmidle et Craigdalie, cum molendino, terris molendinariis &c., et manerie loco, in baronia de Inchemartene, vic. Perth;—necnon dicto Pat. juniori, et heredibus &c. supradictis, irredimabiliter,—

terras et baroniam de Inchemartene (viz. terras dominicales de I. *lie* Eister I. nuncupat., cum fortalicio et manerie loco, *lie* Wester Inchemartene cum *lie* Skarletland, tenentibus &c., advocatione capellanie B. V. M. de Inchemartein, cum piscaria de *lie* Kingis-inche super aqua de Tay, terras de *lie* Nethersyde de Bagallie *lie* Schir-Hewis-landis nuncupat., cum superioritate earundem, cum tenentibus &c., terras et baroniam de Lude, cum manerie, piscariis, molendinis, tenentibus &c., 4 mercat. terrarum de Petnacrie in thanagio de Glentilt, in comitatu de Atholl), vic. Perth :—REDDEND. regi 3 sectas ad 3 placita capitalia vic. de Perth, cum servitio warde &c. (taxando wardam et nonintroitum ad 100 merc., maritagium ad 500 merc.) :—RESERVANDO dicto Pat. seniori liberum tenementum terrarum, manerierum et villarum de Eister et Wester Inchemartenes, Skarlatland, terrarum templariarum de Inchemartene, Kynnaird, Ballindene et Ballegarno, baronie de Lwde, dict. terrarum de Pitnacrie, cum terris, villa, molendino et terris molendinariis de Craigdalie, cum fortaliciis, molendinis, piscariis, advocatione beneficiorum, tenentibus &c.; necnon Domine Margarete Haliburtoun relicte Patricii Ogilvie apparentis de Inchemartene filii sui et heredis apparentis, tunc sponse D. Georgii Hay de Nether Liff militis, 12½ bovatas terrarum et ville de Wester Inchemartene in conjuncta infeodatione seu vitali redditu; necnon dictis Pat. avo et nepoti et dictis heredibus &c. pomarium et terras pomarias de Craigdalie (per Wil. Gairdin occupat.), cum pendiculo de Pitmidle vocato Blaklaw seu Hardsled ejusdem (per relictam Jacobi Michell opilionis sui occupat.), cum pastura super Pitmidle et *lie Weddergang* earundem ad 120 *lie sex scoir wedder scheip*; necnon dicto Pat. seniori libertatem impignorandi aliquam partem suprascriptorum in qua dicta Anna non est infeodata, vel annuum redditum de eadem, pro 8000 merc. :—cum precepto sasine directo Wil. Clark in Balgay :—TEST. Mungone Lokhart servitore dicti Dunc., Wil. Ogilvie seniore in Balgay, And. O. ejus fratre germano, Jac. Ogilvie seniore in Balgay, Wil. Ogilvie juniore ibidem, Jo. Armour in Inchesture, Hen. Cuthbert portionario de Polgavie, Wil. Haitlie notario publico in Balgay (scriptore carte) :—Apud Balgay, 21 Apr. 1609] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 93.

419. Apud Edinburgh, 10 Jan.

REX, secundum tenorem acti Parliamenti tenti 24 Jun. 1609, concessit et quitteclamavit ROBERTO DOMINO CREICHTOUN DE SANQUHAIR et Kynnoull—magnum hospitium et tenementa in burgo de Perth (inter *lie* Wattergait et Spaygait, tenementum D. Davidis Hering de Lethindie militis olim ad commendatarium de Cupro spectans, et aquam de Tay);—que regi devenerunt ob forisfacturam quondam Joannis olim com. de Gowrie :—TENEND. dicto Rob. et heredibus ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Willelmo Creichtoun ejus filio naturali et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreandis, quibus def., Willelmo C. de Ryhill et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masculis dicti Rob. quibuscunque cognomen et insignia de Creichtoun gerentibus, in libero burgagio :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 104.

420. Apud Edinburgum, 10 Jan.

REX,—cum consensu &c. (130.),—in feudifirmam dimisit et de novo dedit ROBERTO STEWART prefecto burgi de Lynlythgow, et JONETE FORREST ejus conjugi,—2 acras terrarum arabilium juxta burgum de Linlythgow ex australi parte ejusdem (inter terras quondam Jac. Kae et quond. Jo. Forrest de Magdalenis, et terras domini de Colstoun per Jac. Hammiltoun et Agnetam Ros occupat.), vic. Linlythgow;—que olim de Fratribus Carmelitis prope oppidum de Linlythgow tenebantur :—et rex ratificavit omnes cartas et assedationes dictis Rob. et Jon. aut eorum autoribus et predecessoribus per dictos Fratres desuper concessas :—TENEND. dictis Rob. et Jon. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, dicti Rob. heredibus et assignatis quibuscunque :—REDDEND. 20 solidos feudifirme antique, et 12 den. augmentationis; et

observando &c. (*ut in carta* 4):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 356.

421. Apud Quhytehall, 15 Jan.

REX,—cum consensu &c. (151.),—ad feudifirmam locavit et quitteclamavit quotidiano servitori suo ARCHIBALDO PRYMROIS suorum mineralium clerico, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —terras de Leverhay, Podene, Hilhous, Wamfray, Bordland, Staywode, Stanreishill, Greitheid, Langsyde, Milkamos, Glengep, ½ mercat. terrarum de Howis, terras de Moriewhatt, Nether Danbie, mercatam de Dyk, mercatam de Preistbuttis, 2 mercatas de Halhillis, mercatam de Peirrisbie, mercatam de Creiff, mercatam in Moffett, terras de Revox, Mossop, Middilkill, Blaklaw, Grenehill, Coittis, Arikstane, Mekilholmesyde et Glaisteriskingland, cum *lie scheillis*, pratis, moris, marresiis, in dominio suo de Annerdaill:—REDDEND. pro Laverhay 50 solidos, pro Powdene 3 libras 6 sol. 8 den., pro Hilhous 40 sol., pro Wamfray 53 lib. 6 sol. 8 den., pro Boirdland 6 sol. 8 den., pro Staywode 13 sol. 4 den., pro Stanereishill 40 sol., pro Greitheid et Langsyde 10 sol., pro Milkamos 26 sol. 8 den., pro Glengep 33 sol. 4 den., pro Howis 6 sol. 8 den., pro Morequhat 5 lib., pro Nether Danbie 40 sol., pro Dyk 13 sol. 4 den., pro Preistbuttis 13 sol. 4 den., pro Halhilles 26 sol. 8 den., pro Peirisbie 13 sol. 4 den., pro Creiff 13 sol. 4 den., pro Moffet 13 sol. 4 den., pro Reuvox 8 lib., pro Mossop 4 lib., pro Middilkill 3 libras 6 sol. 8 den., pro Blaklaw 4 lib., pro Grenehill 4 lib., pro Coittis 40 sol., pro Arikstane 4 lib., pro Mekilholmesyde 40 solidos, pro Glaisterkingland 13 sol. 4 den., in toto 111 lib. 18 sol. 4 den., et pro Loverhay 2 sol. 6 den., pro Powden 3 sol., pro Hilhous 2 sol., pro Wamfray 53 solidos 4 den., pro Bordland 12 den., pro Staywode 12 den., pro Stanreishill 2 sol., pro Greitheid &c. 12 den., pro Milcamos 12 den., pro Glengep 2 sol., pro Howis 12 den., pro Moriequhat 5 sol., pro Nather Danbie 2 sol., pro Dyke 12 den., pro Preistbuttis 12 den., pro Halhillis 2 sol., pro Peirisbie 12 den., pro Creiff 12 den., pro Moffet 12 den., pro Reuvox 8 solidos, pro Mossop 4 sol., pro Middilkill 3 sol., pro Blaklaw 4 sol., pro Grenehill 4 sol., pro Coittis 2 sol., pro Arikstane 4 sol., pro Mekilholmesyde 2 sol., pro Glaisterkingland 12 den., in toto 5 lib. 15 sol. 10 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum; necnon sustentando mansiones cum plantationibus fundo corresponden. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 319.

422. Apud Edinburgum, 15 Jan.

REX,—cum consensu &c. (135.),—confirmavit cartam factam per Wil. comitem Angusie dom. Dowglas et Abirnethie &c., et per Wil. dom. Dowglas magistrum Angusie filium legit. primogenitum et heredem apparentem dicti com., cum consensu dicti com. ejus tutoris legitimi, et D. Joannis Wishart de Pittarro ac D. Roberti Dowglas de Glenbervie militum curatorum dicti magistri,—[qua,—pro perimpletione contractus inter se ab una, et Rob. com. de Wentoun dominum Seytoun &c., Claudium dom. de Paislay, Dominam Margaretam Seytoun ejus sponsam, Alex. dom. de Fyvie presidem supremi senatus regii, Jac. magistrum de Paislay filium legit. primogenitum et heredem apparentem dicti Claud., Dominam MARGARETAM HAMMILTOUNE filiam legit. natu maximam dicti Claud., et D. Wil. Seytoun de Kylismuir militem fratrem germanum dicti comitis de W., ab altera partibus, de data apud Edinburgh, 11 Jul. 1601, in libris dominorum concilii registrandi,—concesserunt dicte Marg. H., sponse affuture dicti magistri Angusie, in vitali redditu,—dominium, baroniam et regalitatem de Bothwell, cum castris, molendinis, piscationibus, tenentibus &c., contigue jacen. in inferiori warda de Cliddisdaill, vic. Lanerk (exceptis annexis dicti dominii, viz. terris de Dunsyir-Eister cum molendino et manerie, terris de Westoun et Todhoillis, in superiori warda de Cliddisdaill, vic. Lanerk; terris de Trottingschaw, Byrecleugh, Handaxwod, Horshope vel Horshoipcleugh, Hairtschaw-medow, Somerscheill et Kettilscheill, cum tenentibus &c., vic. Berwick, et per annexationem in dictis dominio &c., vic. de Lanerk); necnon

terras et baroniam de Abirnethie ac proprietatem earundem, viz. villam et terras de Colfurgie, terras de Pitbla (per And. Balward et Jo. Andersoun occupat.), villam et terras de Tollindie, tertiam partem ville et terrarum de Pitgrugnie (per Rob. Fynneistoun occupat.), 4½ acras terrarum de Pitkemren, salmonum piscariam in aqua de Erne, firmas *lie few-maillis* burgi de Abirnethie et solaris dimidietatis terrarum de Mundy, *lie few-maillis* terrarum de Balmanno et *lie kaine-beir* earundem, annuos redditus terrarum de Kars et Abirargie, terras de Pittindie, acras terrarum vocatas Mekillflatt cum earum canis *lie kaynes*, villam et terras de Carpow cum earum piscaria super aquam de Tay, piscariam de Methvenes-cobill, molendinum de Forg (vel Fargie), ejus terras &c., cum potestate lucrandi *lie fewall*, *faill* et *dewat* in Muirmonth-more, acras terrarum de Pitcuran, Reidinsches et *lie kaine-beir* de Nather Abirargie, in baronia et regalitate de Abirnethie, vic. Perth; cum privilegiis pasture animalium et lucrationis *lie fewall*, *faill* et *dowet* in communibus moris dict. terrarum consuet., ac cum privilegio regalitatis omnium terrarum dicte Marg. H. in proprietate concessarum :—REDDEND. regi unam rosam nomine albe firme :—cum clausula warrantizationis, salvis assedationibus et infeofamentis per dictum com. Angusie et Dominam Jeannam Lyoun Angusie comitissam relictam Archibaldi com. Angusie concessis: —cum precepto sasine directo M. Rob. Kaa servo Jacobi magistri de Paislay, et And. Crafurd; sasina apud castrum de Bothwell pro omnibus danda :—TEST. Rob. com. de Wintoun dom. Seytoun, Alex. domino de Fyvie ejus fratre germano, . . . Dowglas de Quhittinghame, Magistris Geo. et Jo. Dowglasis fratribus germanis dicti Wil. com. Angusie, Dominis Hugone Carmichaell de eodem milite, Geo. Auchinleck de Baldmanno, Tho. Inglis ballivo Pasleti :—carta scripta per M. Jo. Schairp juniorem :—Apud locum Pasleti, 11 Sept. 1601] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 192.

423. Apud Edinburgum, 23 Jan.

REX,—cum consensu &c. (146.)—confirmavit cartam Eufamie Robertsoun, unice filie et heredis deservite quondam Joannis R. in Canonia Rossensi,—[qua, cum consensu Patricii Grant mariti sui, vendidit ALEXANDRO WRQUHART in Ballicherrie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—mansionem sive particatam terre cum horto que fuit pars mansionis archidiaconatus Rossen., extenden. ad 65 ulnas in longitudine et 14 ulnas in latitudine, necnon croftam *the Archideane-of-Ros-croft* vocatam, per Rob. Grant occupat. (inter residuum dicte mansionis tunc ad dictum Rob., Wil. Fraser, Rob. Ferquharsone et Donaldum Reid pertinens ad boream, mansionem rectoris de Kirkmichaell ad austrum, litus maris ad occidentem), domum sive particatam terre cum horto que fuit pars mansionis rectoris de Kirkmichaell, extendentem ad 5 ulnas in latitudine (inter residuum Davidis Mannipenny olim ad dictum rectorem pertinens ad austrum, mansionem archidiaconi ad boream, croftam archidiaconi ad occiden.), croftam thesaurarii nuncupat. *the Thesaurer-of-Ros-croft* (inter croftam cancellarii ad occiden., croftam subcantoris ad Rodoricum M'Kenzie de Ardefalie pertinentem ad orien., mansionem thesaurarii ad M. Tho. Wrquhart et Jo. Leslie pertinentem ad austrum), infra Canoniam Rossensem, vic. de Invernes :—TENEND. de archidecano Rossen., rectore de Kirkmichaell et thesaurario Rossensi respective, saltem de rege virtute acti annexationis, in feudifirma :—REDDEND. pro particata mansionis archidiaconi 4 solidos si peterentur tantum ;—pro *Archideanes-croft* 20 solidos, et 18 den. augmentationis ;—pro particata dicti rectoris 18 den. ; et duplicando feudifirmam in introitu heredum sive assignatorum ; —pro *the Thesaurar-croft* 20 solidos; et si in solutione deficerent sic quod tres termini in unum concurrerent, hec infeodatio nullius esset roboris :—cum precepto sasine directo Jo. Wrquhart in Ferritoun : —TEST. M. Tho. Wrquhart ministro apud Arthour . . ., Jo. Wrquhart in Ferritoun, Geo. Dumbar filio Georgii D. de Avache, Donaldo Ferquharsone notario publico (scriptore carte) :—Apud Canoniam Rossen., 12 Dec. 1606] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 98.

424. Apud Edinburgum, 24 Jan.
REX confirmavit cartam Joannis domini Hereis,—[qua, pro perimpletione litere dispositionis de data presentium, ad feudifirmam dimisit ANDREE KIRKHAUCH in Glaisterris, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—3 mercat. terrarum antiqui extentus de Glaisterris, existentes superius latus earundem, viz. 2 mercat. *lie* Glaisterris et tertiam Blakmark vocatas, in regalitate de Terregles per annexationem, parochia de Kirkpatrik-Durehame, senesc. Kirkcudbrycht :—REDDEND. dicto Joanni 3 merc. ; cum servitio personali super sufficientibus equis in omnibus honorabilibus et gravibus negotiis quando per literas missivas requisiti essent ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et successorum :—cum precepto sasine directo Jo. Gordoun in Over Bar :—TEST. Jo. Neilsoun de Corsok, Jo. Maxwell de Barfill, Jo. Charteouris in Barneclewch, Roberto Phillope, Harberto Cunynghame (scriptore carte), notariis :—Apud Terregles, 16 Nov. 1610] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 100.

425. Apud Edinburgum, 24 Jan.
REX confirmavit cartam Joannis domini Hereis,—[qua, pro perimpletione litere obligationis de data presentium, ad feudifirmam dimisit GEORGIO KIRKHAUCH in Glaisterris, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—2 mercat. terrarum antiqui extentus de *lie* Nethersyde de Glaisteris, in regalitate de Terreglis per annexationem, parochia de Kirkpatrik-Durehame, senesc. Kirkcudbrycht :—REDDEND. dicto Joanni 2 merc. ; cum servitio &c. (*ut in carta* 424) ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto, TEST. et de data *ut in carta* 424 :—carta scripta per Rob. Phillope notarium publicum] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 101.

426. Apud Edinburghe, 24 Jan.
REX confirmavit cartam Willelmi Adair de Kinhilt,—[qua,—pro perimpletione contractus de data apud Staniekirk, 27 Martii 1609,—ad feudifirmam dimisit JOANNI KENNEDIE de Balneill—5 mercatas terrarum antiqui extentus de Kildonane, 5 mercat. de Drummore, cum castro, molendino, terris molendinariis &c., piscariis, advocatione rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Kirkmadin in *lie* Rynnis, $2\frac{1}{2}$ mercat. terrarum de Cardryne, 5 mercat. de Creichane cum manerie, 16 sol. 8 den. de Mulknok, 16 sol. 8 den. de Kernegirroch, cum tenentibus &c., in dicta parochia de Kirkmadin, vic. Wigtoun :—TENEND. dicto Jo. et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Hugoni Kennedy de Chapell et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Thome Kennedy de Synones et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., propinquioribus heredibus masculis dicti Jo. quibuscunque, absque reversione, de dicto Wil. in libera baronia :—REDDEND. 40 lib. 10 sol. ; cum duplicatione feudifirme in introitu heredum :—RESERVANDO dictis Jo. et heredibus facultatem dictas terras alienandi non obstante hac carta tallie :—cum precepto sasine :—TEST. Jacobo Adair de Corghie, Gilb. Adair fratre germano dicti Wil., Wil. Weir scriba incola Edinburgi, Jac. Glover (scriptore carte), Wil. Gairdner, notariis publicis :—Apud burgum de Stranrawer, 13 Nov. 1610] :—PRETEREA suprascripta de novo quitteclamavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 330.

427. Apud Edinburgum, 26 Jan.
REX dedit literas remissionis THOME MARTENE de Lathone, M. DAVIDI RUTHERFURDE de Bonietoun, WILLELMO DONALDSOUN in Polduff, JACOBO DEWAR de Dewarsmylne, JOANNI FORRESTER in Kincaple, PATRICIO LEIRMONTH, JACOBO DISCHEINGTOUN, PATRICIO MORTOUN, DAVIDI WINCHESTER et JOANNI HAGIE, pro eorum vita duraturas,—pro spontaneo errore per eos commisso in absolutione M. Walteri Andersoun servitoris Georgii archiepiscopi S. Andree, de nece Roberti Grene servitoris ejusdem (per dictum Walt. commisse infra domum habitationis dicti archiepisc. in civitate S. Andree ; et dictus Walt. sanguineis manibus captus dictam necem confessus erat et remissionem a Deo pro ea vocavit, prout

dictis personis tempore quo assisa super dictum Walt. per eos tenebatur clare verificatum erat); pro quo errore dicte persone coram dominis secreti concilii 17 Jan. 1611 convocate dictum errorem confitebantur et in regis voluntate pro eodem devenerunt. P.R. i. 113.

428. Apud Edinburgh, 6 Feb.
REX concessit et de novo dedit GEORGIO ROBERTSOUN, filio et heredi apparenti Alexandri R. de Faschailyie, et ELIZABETHE LUNDY ejus sponse in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis dicti Geo. quibuscunque,—terras de Faschailyie, cum manerie loco, *lie myris, mossis*, pratis, piscariis, molendinis, terris molendinariis, *gersingis*, vic. Perth;—necnon dicto Geo., et heredibus ejus masc. quibuscunque,—terras de Dysert, Gillumquhanby, Calvin, Pittigowin, Calbrou(r)e, Kyndrocht, Petmeldoniche, cum maneriebus locis, molendinis, terris molendinariis &c., vic. Perth;—quas omnes dictus Alex. resignavit; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Faschailyie ut prius:—RESERVATIS dicto Alex. vitali redditu omnium; et Cristine Oliphant relicte Georgii Robertsoun de Faschailyie vitali redditu de Dysert; et Egidie Oliphant sponse dicti Alex. vitali redditu de Calbroue, Pittigowin, Calvin, Kindrochet et Petmeldonyche cum piscariis:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 200.

429. Apud Edinburgh, 8 Feb.
REX concessit D. DAVIDI MURRAY de Clonyeard, militi,—40 solidat. terrarum de Barnebarroche, 40 sol. de Barnhowrie, antiqui extentus, cum earum molendinis, in parochia de Colvaine, senesc. Kirkcudbrycht;—quas Agnes Gordoun, neptis et heres quondam Jacobi G. de Barnbarroch, cum consensu Joannis Greirsone de Bargatoun mariti sui resignavit; et quas rex dicto Dav. de novo dedit, cum earum fortaliciis, maneriei locis, molendinis, piscariis:—TENEND. dicto Dav. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Joanni M. de Renpatrik ejus fratri germano, et heredibus ejus masculis quibuscunque cognomen et insignia de Murray gerentibus:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 366.

430. Apud Edinburghe, 9 Feb.
REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 199),—dedit literas legitimationis GULIELMO GLENDINNING bastardo, filio naturali quondam Alexandri G. filii legitimi quondam Joannis G. de Drumrasche. P.R. i. 114.

431. Apud Edinburgh, 12 Feb.
REX confirmavit cartam Archibaldi com. Argadie dom. Campbell, Kintyre et Lorne, justiciarii generalis Scotie,—[qua, pro perimpletione literarum obligatoriarum de data presentium, concessit Domine ANNE COIRNEWALEIS comitisse Argadie conjugi sue, in vitali redditu,—terras de Menstrie, vic. de Clakmannane; terras de Pannellis, 5 mercat. terrarum de Dufflatt, terras de Nether Glenny, vic. Perth; terras de Litle Sauling et Bordland de Sauling, vic. Fyffe; terras de Rosnethe, vic. Dunbartane; terras et baroniam de Bolquhan, vic. Striviling; cum castris, molendinis, piscariis, tenentibus &c.:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine directo Jo. Reid in Alvay:—TEST. M. Alex. Colvill justiciario deputato, Arch. Campbell de Glencarrodell, Jo. Huttoun notario publico servo dicti comitis:—carta scripta per M. Jac. Peirsone servitorem Jacobi Kynneir scribe signeto regio:—Apud Cannogait, 20 Jun. 1610]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 120.

432. Apud Edinburgh, 14 Feb.
REX concessit et de novo dedit ARCHIBALDO CAMPBELL filio legitimo quondam D. Joannis C. de Lawers militis ac fratri germano Jacobi C. tunc de L., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—4 mercat. terrarum de Ardcarden cum fortalicio, et 20 mercatas de Glencarden, Auchinsaull, Ranidoch, Auchinbrek, Keironasche, Auchinreosche, Corremakcondie et Cordell, antiqui extentus, contiguas ad Ardcarden, in dominio de North Kintyre, vic. Tarbatt;—quas Hen. Stewart de Barskymming resignavit irredimabiliter:—et rex voluit quod unica sasina apud

Ardcarden capienda pro omnibus staret :—REDDEND. wardam &c. ; necnon sustentando sex precipuos tenentes bene munitos cum arcubus et sagittis ad serviend. regi tempore guerre, si qua inter regem et insularum incolas fuerit, cum requisiti essent: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 273.

433. Apud Edinburgum, 19 Feb.

REX confirmavit cartam D. Willelmi Auchterlony de Kellie militis,—[qua,—pro 2000 merc. persolutis 10 Feb. 1610, ac pro perimpletione contractus de illa data, necnon contractus de data presentium, in libris dominorum concilii registrandi,—vendidit M. PATRICIO LINDSAY de Kirktoun, ministro Verbi Dei (apud ecclesiam S. Vigeani),[1] heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—partem terrarum de Balcathie (per Davidem Smyth occupat.), peciam terre vocatam *the Waird of Balcathie*, in baronia de Kellie, vic. Forfare : —REDDEND. regi jura et servitia debita et consueta, viz. 40 sol. pro warda et relevio et 20 merc. pro maritagio :—PROVISO quod si dictus Wil., heredes ejus aut assignati, summam 2000 merc. infra ecclesiam *lie* . . *kirk* de Dundie persolverent, aut super premonitione 40 dierum in manibus decani gilde et thesaurarii burgi de Dundie consignarent, haberent regressum ad dictas terras :—cum precepto sasine :—TEST. Rob. Fortoun scriba signeto regio, Marco Storie servitore dicti Wil., Jac. Nicolsoun servitore Jacobi Winrahame scribe signeto regio, Jo. Cok servitore dicti Roberti (scriptore carte) : —Apud Edinburgh, 16 Feb. 1611] : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 102.

434. Apud Edinburgum, 21 Feb.

REX confirmavit cartam Niniani Bonar de Keltie, —[qua,—cum consensu Issobelle Strang sponse sue,—vigore contractus de data 25 Maii et 21 Nov. 1610,—vendidit ROBERTO BONAR fratri suo germano, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque cognomen et arma de Bonar gerentibus,—terras et baroniam de Keltie, cum molendino, terris molendinariis, fortalicio, manerie loco, in senesc. de Stratherne, vic. Perth :—RESERVATO dictis Nin. et Is. libero tenemento (excipiendo a dicta reservatione dict. molendinum et ejus terras, per Jo. et Wil. Darlingis occupatas, cum crofta *lie* Thorniecroft per dictum Nin. occupata [et prato *lie* Medowburne ex australi parte dicte crofte adjacen., et pendiculo *lie* Lawbank, per Willelmum Quhyte occupat.], cum libertate pascendi bestias et pecora in monte de Keltie, et effodiendi focalia, cespites et glebas in eodem) :—REDDEND. regi servitium warde &c., cum 3 sectis ad 3 placita capitalia vic. de Perth :—cum precepto sasine : —TEST. Jacobo Bonar de Boighall, Jo. Yet ludimagistro in Donnyng, Davide Rollok notario publico, Roberto Grant notario in Perth (scriptore carte) :—Apud Keltie, 28 Nov. 1610] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 365 (i).

435. Apud Edinburgum, 22 Feb.

REX concessit et de novo dedit JACOBO RAMSAY seniori, ministro apud Tannadice, et CRISTINE DAMPSTER ejus sponse in vitali redditu, et JACOBO RAMSAY eorum filio et heredi apparenti hereditarie,—terras de Westir Ogill, cum molendino, terris molendinariis, maneriei loco, tenentibus &c., vic. de Forfar ;—quas Jac. Fentoun de Westir Ogill et Jac. F. ejus filius et heres apparens resignaverunt : —TENEND. dictis Jac. R. seniori et Cris. *ut supra*, dicto Jacobo R. juniori et heredibus ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Jacobo Forbes nepoti dictorum Jac. R. senioris et Cris., et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., heredibus et assignatis dicti Jac. R. junioris quibuscunque :—REDDEND. jura et servitia antea consueta :—TEST. 99. 46. 93. 112. 72. 86. 49. 78. xlvi. 382.

436. Apud Edinburgh, 23 Feb.

REX concessit D. JACOBO SCRYMGEOUR de Dudope militi constabulario de Dundie, et JACOBO TWEDY de Drummelzear, heredibus eorum et assignatis, equaliter inter eos,—terras de Braidfutis-Gairdin alias Wester Gairdyn, cum pendiculis earundem *lie* Kemphall, New-

[1] The bracketed words are in the introductory clause only.

toun, Lonheid et Drumheid, moram *lie* Dowglas-mure eis adjacentem, terras de Litle Gairdyn alias Eister et Wester Bordouris, cum advocatione capellanie de Quhytefeild, cum terris capellanariis, mansionibus, decimis, annuis redditibus et aliis proficuis dicte capellanie, terras de Burnesyde et Murehous, cum fortaliciis, manerierum locis, molendinis, piscariis, carbonibus, tenentibus &c., vic. Forfare;—que fuerunt quondam Alexandri domini Spynie, et ad quas Alexander tunc dom. S. ejus filius et heres intrare recusaverat; et 2 Nov. 1610 (comparentibus M. Thoma Hendersone advocato supremi senatus, et M. And. Aytoun procuratore pro Davide Gairdin de Lawtoun), dicte terre &c. (necnon terre de Grange de Conane tente de Jacobo marchione de Hammiltoun, terre de Kinblaythmonth tente de Henrico Wode de Bonytone, jus redimendi assedationes decimarum dict. terrarum a Davide Mitchell mercatore burgen. de Edinburgh, legalis reversio pro redemptione terrarum et ville de Ballisak, cum manerie loco, fortalicio, 2 molendinis granariis cum eorum terris, tenentibus &c., in baronia de Reidcastell-Coughoillis alias Inverkelour, vic. Forfare [appreciatarum dicto Dav. M.], et terrarum et *lie* Maynis de Leyis cum manerie loco, vic. Forfare [appreciat. M. Joanni Schrogie advocato de data 18 Oct. 1610]) appreciate fuerunt et dictis personis vendite pro 12000 mercarum per dictum dom. Spynie debitis,[1] et pro 600 mercis pro feodo Roberti Elder nuncii, vicecomitis in hac parte:—absque prejudicio dicto Davidi Gairdin, et Jeanne Lyndsay ejus conjugi, penes annuum redditum 100 bollarum victualium ($\frac{2}{3}$ farine avenatice et $\frac{1}{3}$ ordei) de terris de Braidfutes-Gairdin, Kemphall, Loneheid et Drumheid (exceptis terris de Murrayis et Newtoun), eis concessum per dictum quond. dom. Spynie cum consensu quondam Domine Jeanne Lyoun comitisse Angusie ejus conjugis, tenendum de dicto dom. pro uno den. albe firme, per cartam de data apud Ballisak, 5 Maii 1603 (et sasine instrumentum sub signo et subscriptione Joannis Ramsay notarii publici):—REDDEND. jura, servitia et devorias ante dictam appreciationem debit. et consuet.:—PROVISO quod dictus Alexander tunc dom. Spynie, heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dictas summas persolverent infra septennium:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 121.

437. Apud Edinburghe, 27 Feb.

REX,—cum consensu &c. (150.),—in feudifirmam dimisit et quitteclamavit M. JOANNI JOHNSTOUN de Castlemilk, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—2 mercatas terrarum de Wormestoun-Granss, 2 mercat. de Crachwat, terras de Dunwoddie et Flemingraw, cum *lie scheillis*, pratis, moris, marresiis, in dominio et senesc. de Annanderdaill:—REDDEND. pro Wormistoun-Granis 26 solidos 8 den., et 3 sol. 4 den. augmentationis, pro Crachwat 26 sol. 8 den., et 3 sol. 4 den. augmentationis, pro Dunwoddie 40 lib., et 3 sol. 4 den. augmentationis, pro Flemyngraw 4 lib., et 6 sol. 8 den. augmentationis, in toto

[1] By marriage contract between umq. John earl of Montrois lord Grhame &c. on the one part, and the said umq. lord Spynie (and the said Sir Jas. Scrymgeour and Jas. Twedy of Drummelzear, Thomas Lyell of Murthill and umq. Sir John Lyndsay of Wodwrae knight, his cautioners) on the other part, as to the marriage, afterwards solemnized, between Sir Rob. Grhame of Scottistoun knight, son of the said earl, and Mistress Anna Lyndsay daughter of the said lord, of date at Edinburgh, 27 Feb. (recorded in the books of council and session 10 Apr.) 1607, the said lord was bound to pay the sum of 10000 merks tocher with the said Anna, with 2000 merks liquidate expenses in case of failure. The said Sir Rob. assigned his right to the said sum to John Grhame of Killerny, 24 June 1609; and the said Joh., with consent of said Sir Rob. and of Alex. Grhame to whom the said Sir Robert's escheat had been granted, assigned the same to said Mr Tho. Hendersone, 20 Dec. 1609. Clerk of process, James Kynneir notary public, writer to the king's signet. Names of assize:—Mark Swyntoun portioner of Inverkething, Hugh Maxwell brother of umquhile Sir David M. of Teilling (chancellor), William Murray of Romannois, John Twedy of Kingildures, Wil. Twedy younger of Wrae, Jas. Twedy of Denes, Andrew Patersone portioner of Luthrie, John Inglis of Mennerheid, Patrick Campbell in Clepingtoun, John Steill indweller in Edinburgh, John Dikiesone provost of the burgh of Peblis, William Ellot and John Peblis burgesses of Peblis, David Gourlay burgess of Bruntyland, Mark Storie in Kellie.

47 lib. 10 sol.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et sustentando mansiones cum plantatione solo correspondente:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xlvi. 326.

438. Apud Edinburghe, 28 Feb.
REX confirmavit cartam Joannis Lyoun senioris de Cossinnis, et Joannis L. junioris ejus filii et heredis apparentis,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis de data apud Edinburghe, Haltoun et Cossynnis, 30 Jul. et 7 et 29 Aug. 1607, registrati in libris dominorum concilii 3 Jun. 1608, —vendiderunt M. THOME LYOUN filio legitimo natu maximo et heredi apparenti dicti Jo. junioris, et JEANNE YOUNG ejus conjugi, filie legitime D. Petri Y. a Setoun militis elemosinarii regis, in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masculis et assignatis dicti Tho. quibuscunque, absque redemptione, —terras de Litle-mylne, Loch-mylne, cum molendino et *lie* Faw-inche de Forfare, cum mansione, terris molendinariis &c., et piscariis, vic. Forfare;—necnon dicto Tho., et heredibus supradictis,—terras de Haltoun de Esse cum brasina, in parochia de Esse, terras de Quilco in baronia foreste de Platane, vic. Forfare:—RESERVANDO dictis Jo. seniori et juniori vitales redditus de Haltoun et Quelco; necnon Jeanne Campbell sponse dicti Jo. junioris vitalem redditum de Haltoun:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine directo Davidi Falkoner in Glamis: —TEST. Geo. Lyoun in Balmocattie, Davide Falkoner in Glamis, Tho. Wischart in Ballindarg, Abrahamo Piggoit notario:—carta scripta *ut in carta* 137:—Apud Cossynnis, 4 Oct. 1609]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xlvi. 320.

439. Apud Edinburgh, 1 Mar.
REX concessit JACOBO CAMPBELL in Raitt, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Largis cum molendino et terris molendinariis, vic. Invernes;—que fuerunt Willelmi Ros filii et heredis quond. Hugonis R. de Kilravock, de rege tente per servitium warde; et regi devenerunt ob alienationem per dictum Wil., ejus patrem, aut per . . . Ros de Kilravock ejus avum seu quoscunque alios ejus predecessores factam absque licentia regis:—cum potestate actionem recognitionis prosequendi:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 328.

440. Apud Edinburgh, 4 Mar.
REX confirmavit cartam Willelmi Rowane tunc de Ballindene,—[qua, cum consensu Cristine Barclay conjugis sue,—pro perimpletione contractus de data apud Edinburgum et . . . , 17 Oct. et . . 1601, inter quondam D. Walt. Rollok de Gardin militem et Dominam Janam Stewart ejus conjugem, cum consensu M. Davidis Gardin olim de eodem, Eliz. Stewart ejus conjugem, Geo. G. olim feodatarium de eodem fratrem dicti Dav. (pro ipso et tanquam heredem quond. Joannis G. ejus fratris), et Helenam G. filiam dicti Dav. cum consensu Willelmi Gordoun feodatarii de Knokaspak ejus mariti, ab una, et quond. D. Wil. R. de Banden militem patrem suum, Dominam Katherinam Stewart matrem suam conjugem dicti D. Wil., se et dictam Cris., ab altera partibus; necnon decreti arbitralis de data apud Edinburgum, 30 Jun. 1603 (in libris concilii registrati 20 Mar. 1604), per D. Rob. Creichtoun de Cluny militem arbitratorem inter And. Rollok filium et heredem dictorum Walt. et Jane, necnon dictam Janam, et Wil. Rollok de Croftis tutorem legitimum dicti And., ab una, se et dictam Cris. ab altera partibus lati, ratione submissionis de data apud burgum de Perth et . . . , 7 et . . Jun. 1603; necnon literarum assignationis per dictos And. et Janam factarum personis infrascriptis,—vendidit THOME CHAPMAN in Ragillanie, et CRISTINE BLAIR ejus conjugi,—dimidietatem ville et terrarum de Monydie (olim per Walt. Robertsone et Euphamiam Watt relictam Andree Young, tunc per Gilb. Robertsone, dictam Euph. et Rob. Young ejus filium occupatam), dimid. molendini et terrarum molendinariarum de Cordrochy (vel Cudrochy) alias vocati molendini de Monydie (per Margaretam Ruthven relictam Patricii Steill et Geo. S. eorum filium occupat.), in dominio et baronia de Kynnoule, vic. de Perth; cum multuris, servitiis et sequelis

tam suarum dimidietatum villarum et terrarum de Monydie, Ragilmie et Bamblair quam aliorum, et omnibus servitutibus tam predialibus et personalibus quam mixtis, et cum *lie fewall*, *faill* et *duffett* et pastura super dictis dimidietatibus, et cum multuris omnium granorun ibi crescentium, decimis et semine exceptis :—TENEND. dictis Tho. et Cristine Blair in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Tho. quibuscunque, irredimabiliter, de rege :—cum precepto sasine :—TEST. And. domino de Ochiltrie, Davide Hering feodatario de Glasclune, Jacobo Stewart de Peruick, M. Jac. Donaldsoune advocato :—carta scripta per Jac. Leslie servitorem M. Oliveri Colt advocati :—Apud burgum de Perth, 19 Jul. 1604] :—TEST. 100. 46. 92. 112. 72. 86. 49. 78. xlvi. 365 (ii.).

441. Apud Edinburgum, 7 Mar.

REX concessit D. JACOBO BALFOUR de Pitcullo militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Rathillet, cum molendino, terris molendinariis, terris brueriis *lie Brewlandis*, astrictis multuris de Murdocairny, Star et Rathillet, in dominio, senesc. et vic. de Fyffe ;—quas David com. Crawfurdie dom. Lyndsay in favorem dicti Jac. resignavit ; et quas rex dicto Jac. de novo ad feudifirmam dimisit, cum earum maneriei loco :—REDDEND. 40 lib., 1 celdram 14 bollas tritici, 2 celd. 4 bol. ordei, 48 capones, 24 pultreas, cum 6 sol. 8 den. antique et 3 sol. 4 den. nove augmentationis ; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum ; necnon sustentando mansionem cum politiis solo corresponden. ; et observando &c. (*ut in carta* 4) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 315.

442. Apud Roistoun,[1] 7 Mar.

REX,—quia, pro servitio regine Marie per quondam Jac. dom. Doun, et regi per ejus filium legitimum HENRICUM STEWART commendatarium de Sanct-Colmis-Inche prestito, temporalitas abbatie de Sanct-Colmis-Inche a corona dissoluta erat in parliamento tento 24 Jun. 1609, ad effectum infrascriptum, — et spiritualitas ejusdem per dictum Henricum et conventum dicte abbatie apud Grenewiche dimissa erat,— concessit et quitteclamavit dicto Hen., heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque, — monasterium, mansionem et maneriei locum de Sanct-Colmes-Inche, cum omnibus jacen. infra clausuram ejusdem, ilam *lie Inche* de Sanct-Colme et ejus terras, cum cuniculariis et piscariis, terras et baroniam de Beith, terras de Croftgarie, Brego, Muretoun de Beith, molendinum de Beith, ejus terras &c., terras de Quhythill Eistir et Westir, Bowprie, Inchbairdie, Newtoun cum brasina et terris brueriis extenden. ad 4 acras aut eocirca, terras de Kaikinch, Cuthilhill, Seysyd, Knoksodrum, Prynlawis, Donybrisill, Grange, Barnehill, 19 acras aut eocirca apud Grange jacentes, et 6 acras nuncupatas Kaikinch, croftam ecclesie *lie* Kirkcroft de Delgatie, *lie* Kirkcroft de Uchtirtule et pratum ejusdem, terras de Killerie, Inchekerie, Luchallis-Beith, molendinum nuncupatum Pascar-mylne, ejus terras &c., terras *lie* Sanct-Terottis-landis infra baroniam de Fordell, terras de Eister et Westir Boclevies, Bancliro, *lie* Kirkcroft de Leslie, *lie* Kirkcroft de Rossyith, *lie* Sisterislandis jacentes ex parte orientali torrentis de Abirdour, 1½ acras aut eocirca ad finem occidentalem ville de Abirdour, tenementa et rudas ex occidentali dicti torrentis ex antiquo ad dictam abbatiam pertinen., molendinum et terras molendinarias de Abirdour-Westir, cum pastura 4 vaccarum et unius equi in communia consueta, et astrictis multuris terrarum de Donybirsill, Grange, Barnehill, acrarum et rudarum occidentalis lateris de Abirdour, Cuthilhill, Bowprie, Quhythill Westersyd, Eistersyd, Eister et Westir Balclevies, Newtoun, Inchmarteine, Croftgarie, Brago, Kaikinche et *lie Brewlandis* de Newtoun, infra baroniam de Abirdour, vic. de Fyffe ; molendinum de Crawmond, ejus terras &c., terras de Clarmestoun, et Cauldsyd infra baroniam de Lochquharrell, vic. Edinburgh principali ; terras de Dudingstoun, vic. de Linlithgow ; terras nuncupatas Coitfeild,

[1] The place of granting is supplied from *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxix. fol. 250.

cum tenentibus &c., in territorio de Restalrig, vic. Edinburgh; *lie* Kirkcroft de Tibbirmure, vic. Perth; duas *lie riggis* terrarum apud burgum de Hadingtoun; tenementum in villa de Leithe; terras de Glasmont, ½ carucatam terre apud ecclesiam de Sanct-Maling nunc Inchekkerie nuncupatam, cum capella Buchadlach tunc Eglismaly nuncupata, Kinnouchin, duas Kincairnis Ovir et Nether, toftam in burgo de Edinburgh, 2 toftas in burgo de Hadingtoun, 2 bovatas terrarum in Middiltoune, terras de Clune tunc vocatas Clune-vane, molendina de Fordell cum eorum terris, terras nuncupatas Cros-aikeris in terris de Ottirstoun situatas, toftam in Tippermure, cum omnibus villis et terris dicte baronie de Beith in feudifirma locatis Jacobo com. de Murray, villam de Abirdour ex occidentali parte torrentis ejusdem, cum privilegio burgi baronie per predecessores regis concesso, ilas de Inkry, Barkry et Haystak, cum *lie seymark*, cumque libertate piscationis aliisque privilegiis maris antea per dictam abbatiam possessis; cum castris, manerierum locis, molendinis, piscariis, carbonibus, tenentibus &c., et feudifirme firmis suprascriptorum; annuos redditus 40 sol. strivileng. de terris de Strathenrie (pro annua devoria 1000 anguillarum, 2 suum et unius vacce ex antiquo dicte abbatie debita), 20 sol. de ecclesia de Crawmond, 8 sol. de Coustoun pro multuris earundem, 14 sol. de Colello pro multuris, 10 solidorum de Ovir Balmule pro multuris hujusmodi et Monkay, 20 sol. de Baledmont, 15 sol. de molendino de Lundy, 14 solidorum (4 den. de Cowcairny, 20 sol.)[1] de molendino de Fordell, 53 sol. 4 den. de molendinis de Crawmond, 3 sol. de terris de Craigin, 13 sol. 4 den. de Kincardin-Waldeue, et 12 sol. de *lie Kingis-Dominie* et dominio de Kinghorne; cum ceteris que ad temporalitatem dicte abbatie pertinuerunt; cum decimis garbalibus aliisque decimis tam rectoriis quam vicariis et devoriis rectoriarum et vicariarum ecclesiarum parochialium de Abirdour, Delgathie, Rossyith, Leslie et Beith, que ad spiritualitatem dicte abbatie pertinuerunt;—que omnia rex incorporavit in liberum temporale dominium de Sanct-Colme, concedendo dictis Hen. &c. titulum et honorem domini parliamenti, et quod dict. dominium insigniis et armis honoraretur ut congruit, et quod DOMINI DE SANCT-COLME nuncuparentur:—et suppressit dict. abbatiam; et renunciavit jus suum ad tertias, monachorum portiones, primi anni fructus et quintum denarium, revocando omnes pensiones de dictis tertiis levandas; et concessit quod dict. dominium non cum statu ecclesiastico sed cum dominis et temporalibus baronibus taxaretur, et quod existimaretur et retornaretur ad 22 librat. 4 sol. 5 den. antiqui et 66 lib. 13 sol. 4 den. novi extentus; et concessit dicto domino jus superioritatis suprascriptorum:—PRETEREA,—quia commissionarii pro modificatione stipendiorum ministrorum ecclesiarum noviter erectarum prelatiarum 17 Jan. 1611 ordinaverant ecclesiam de Rossyith ad ecclesiam de Inverkething uniri, et modificaverant summam 40 librarum, cum vicaria ecclesie de R., ministris de Inverkething persolvend. pro eorum servitio parochiatus de Rossyith; et ordinaverant ecclesias de Delgatie et Beith ad ecclesiam de Abirdour uniri, et modificaverant pro annuo stipendio ministri 103 libras 6 sol. 8 den., celdram farine, 4 bollas ordei cum charitate, cum vicariis de Dalgatie et Beith, et vicaria de Abirdour includen. decimas rudarum ville de Abirdour non solum lini et canabis sed etiam frugum (reservando dicto Hen. lanam et agnos ecclesie de Abirdour), necnon mansum et glebam de Abirdour per episcopum Dunkeldensem designand., cum crofta ecclesie de Beith adjacente; et modificaverant pro stipendio ministri de Leslie 100 lib., 2 celd. victualium (⅔ farine et ⅓ ordei cum charitate), cum vicaria dicte ecclesie, manso et gleba ejusdem,—rex dicta acta approbavit; et ordinavit quod sufficientes persone essent ministri apud dict. ecclesias, qui per regem nominarentur, et haberent antedicta stipendia &c.:—et rex voluit maneriei locum de Sanct-Colme principale

[1] The bracketed words are supplied from the *Tenendas* clause. They are not in the later charter o the same lordship (No. 2139 *infra*).

fore messuagium dicti dominii :—REDDEND. servitium domini parliamenti, cum 100 mercis albe firme; necnon dictis ministris &c. (*ut in carta* 9) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 333.

443. Apud Edinburgum, 9 Mar.
REX confirmavit et de novo dedit JACOBO NASMYTH de Posso, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — dimidietatem terrarum et baronie de Posso, cum integra mansione, manerie loco et fortalicio de P., dimid. superioritatis terrarum de Glenrothnes, in baronia de Posso, vic. de Peblis ;—quas idem Jac. personaliter resignavit ;—necnon aliam dimid. superioritatis de Glenrathnes ;—quam Alex. Hay feodatarius de Smeithfeild cum consensu Joannis H. de Smethfeild patris sui resignavit ; —necnon concessit AGNETI BURNET sponse dicti Jac., in vitali redditu (in plenariam contentationem ejus tertie &c.), et heredibus inter eos legit. procreatis in feodo,—terras de Kirkhoip, et quarteriam de Langhach, cum maneriebus locis, pasturagiis, communiis, in dicta baronia ;—quas dictus Jac. personaliter resignavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 322.

444. Apud Edinburgum, 9 Mar.
REX confirmavit cartam Willelmi Menteith de Randifurde,—[qua, cum consensu Janæ Bruce sponse sue,—pro perimpletione contractus de data presentium,—vendidit HENRICO JOHNESTOUN in Bothkennar, et MARIOTE HEYGIN ejus sponse, in vitali redditu,—2 bovatas de terris de Buthkennar vocatis Gardach (per Andream Burne occupatas) ;—necnon GEORGIO JOHNESTOUN eorum filio maximo natu, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—dictas 2 bovatas, et reliquas 2 bovatas de Gardach (per Alex. Callender et Eliz. Cumming occupat.), in dominio et vic. de Strivilling :—TENEND. de rege in feudifirma :—REDDEND. 6 lib. 18 sol. 8 den., 8 bollas ordei, 4 bollas tritici que solebant abbati de Cambuskennoch persolvi, 8 capones, cum arreagiis, careagiis ; et duplicando feudifirmas in introitu heredum ; et sustentando mansionem cum politia solo corresponden. :—cum precepto sasine directo And. Burne in Gardach :—TEST. (ad subscriptionem dicti Wil.) Rob. Menteith de Egleischaw, M. Tho. Menteith fratre germano Willelmi M. in Leith, Patricio Hammiltoun notario publico ac scriba Edinburgi (scriptore carte), Jo. H. ejus fratre ; (ad subscriptionem dicte Jane) Jo. Andersoun notario publico burgen. et incola de Dumfermeling, Pat. Chalmeris filio legit. quondam Jacobi C. de Knockhous, Claudio Johnestoun filio legit. dicti Hen. : —Apud Edinburgum et Dumfermeling, 4 et 6 Mar. 1611] :—INSUPER,—cum consensu &c. (153.),—dictas terras dictis personis de novo dedit, cum earum piscationibus salmonum et aliorum piscium, exceptis *lie kipper* et *smoltis* :—REDDEND. *ut supra*, et 3 sol. 4 den. augmentationis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 323.

445. Apud Edinburgum, 9 Mar.
REX confirmavit cartam Patricii Bruce de Fingask,—[qua,—pro perimpletione contractus de data presentium, subeuntis in vicem contractus sui matrimonialis,—cum consensu M. Petri B. fratris sui germani, concessit AGNETI HAY conjugi sue, sorori naturali Francisci com. Errolie dom. Hay magni constabularii Scotie, in vitali redditu,—villam et terras *lie* Schanray, Waird-mylne, terras molendinarias &c., 3 bovatas *lie thrie oxingang* ville et terrarum de Raitt (per Thomam Quhittet ibidem occupat.),—necnon, in speciale warrantum earundem (durante vita Helene Hay matris dicti Patricii cui vitalis redditus suprascriptorum reservatus est), solarem dimidietatem ville et terrarum de Fingask, viz. maneriei ejusdem cum pertinentiis,—in parochia de Raitt, vic. Perth :—TENEND. de dictis Pat. et Petro :—cum precepto sasine directo Georgio Hay servitori dicti comitis :—TEST. Rob. Kynnaird filio legit. Patricii Kynnaird de eodem, Rob. Bruice germano dicti Pat. B., Malcolmo Thraipland servitore dicti Pat. B., Georgio Hay servitore dicti com., Wil. Hay argentario in Edinburgh, Rob. Hay notario servitore dicti com. (scriptore carte) :—Apud Fingask, 19 Nov. 1603] :—TEST. 99. 46. 92. 112. 72. 86. 49. 78. P.R. ii. 71.

446. Apud Edinburgh, 12 Mar.
REX confirmavit cartam Patricii Bruce de Fingask,—[qua,—pro perimpletione et cum consensu *ut in carta* 445,—ad feudifirmam dimisit FRANCISCO BRUCE, filio inter se et Agnetem Hay conjugem suam, sororem naturalem Francisci comitis Errolie domini Hay magni constabularii Scotie, legitime procreato,—umbralem dimidietatem ville et terrarum maneriei de Fingask, in parochia de Raitt, vic. Perth : —RESERVATO libero tenemento dicto Pat. : —TENEND. dicto Franc. B., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, quibus deficientibus, heredibus dicti Pat. et assignatis quibuscunque reversuram, de dicto Pat. :—REDDEND. 16 merc. :—PROVISO quod non liceret dicto Franc. B. aut heredibus dictis terris frui donec pervenissent ad etatem 14 annorum completam :—REDIMENDAM per solutionem aut consignationem 8000 merc. super premonitione 60 dierum :—cum precepto, TEST. et de data *ut in carta* 445] :—TEST. 99. 46. 92. 112. 72. 86. 49. 78.
xlix. 64.

447. Apud Edinburgum, 13 Mar.
REX concessit et de novo ad feudifirmam dimisit JACOBO MAXWELL cubiculario suo *lie ischer*, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—20 libratas terrarum de Duncow (ad regis patrimonium pertinentes), cum molendino de D., ejus terris &c., et piscariis, 4 libratas de Blackwode et Barscotland (partem patrimonii commendatarii de Haliwode existentes), in parochia de Kirkmaho et Haliwode, vic. Drumfreis ;—quas familiaris servitor regis D. Rob. Ker, generosus cubiculi *lie bedchalmer* regis, in favorem dicti Jac. resignavit ; et quas rex incorporavit in liberam tenandriam de Duncow :—SOLVEND. pro Duncow 82 lib. 13 sol. 4 den., pro ceteris 10 lib., et 26 sol. 8 den. augmentationis ; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum ; necnon sustentando mansiones cum politiis solo corresponden. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xlvi. 321.

448. Apud Edinburgh, 14 Mar.
REX concessit et de novo dedit HENRICO PITCAIRNE de eodem, in vitali redditu, et DAVIDI PITCAIRNE ejus filio natu maximo et apparenti heredi, et heredibus masculis inter eum et Mariotam Menteith ejus sponsam legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti Dav. quibuscunque cognomen et arma de Pitcairne gerentibus, irredimabiliter,—sedecimam partem ville et terrarum de Kingiskettill (olim ad Jo. Honyman pertinen.), in senesc. et vic. de Fyffe ; binas duodecim partes terrarum et ville de Kilmarone, cum superioritate, tenentibus &c., vic. Fyffe ;—necnon dicto Davidi, et heredibus suprascriptis,—terras ac *lie* Mayns de Forther, cum fortalicio, manerie, molendino, terris molendinariis &c., terras de Dounfeild cum fortalicio et manerie, superioritate, tenentibus &c., vic. de Fyffe ; sedecimam partem de Kingiskettill (olim per quondam Jac. Robertsoune rentallarium ejusdem occupat.), molendinum nuncupat. Freuquhy-mylne, ejus terras &c., in dictis senesc. et vic. ;—quam primam partem de Kingiskettill dictus Jo. Honyman cum consensu dicti Hen., Kilmarone idem Hen. cum consensu Andree Pitblado de eodem superioris sui, ceteras idem Hen., resignaverunt ; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Forther, ordinando fortalicium de F. principale fore messuagium :—RESERVANDO dicto Hen. liberum tenementum de Forther, Dounfeild, et altera parte de Kingiskettill ; necnon potestatem capiendi super Forther et altera parte de Kingiskettill 5000 merc. :—REDDEND. pro prima parte de Kingiskettill 16 sol. 8 den., 2 bollas $2\frac{1}{3}$ peccas ordei, 4 bol. $2\frac{2}{3}$ pec. avenarum, $\frac{2}{3}$ anseris, $2\frac{1}{4}$ pultreas, feudifirme antique, et 12 den. nove augmentationis ; necnon duplum feudifirme in introitu heredum ; et sustentando aulam, cameram, horreum, bostare, stabulum, cum hortis et aliis politiis solo corresponden. ; cum prohibitione alienandi absque licentia regis ;—pro altera parte de Kingiskettill 17 sol. 8 den., 2 bol. $1\frac{1}{3}$ pec. ordei, 4 bol. $2\frac{1}{3}$ pec. avenarum, $\frac{1}{2}$ anserem, $2\frac{1}{4}$ pultreas ; necnon sectam et presentiam ad 3 placita capitalia senescallatus de Fyffe ; et perimplendo cetera in infeofamento dicti Hen. contenta ;—pro molendino de Freuquhy 4 lib., 1 celdram 10 bol. $2\frac{2}{3}$ firlotas ordei, 24

capones, nomine feudifirme; cum ceteris in originali infeofamento contentis;—pro ceteris servitia warde &c.:—TEST. 99. 46. 93. 112. 72. 86. 49. 78. xlvi. 364.

449. Apud Edinburgum, 14 Mar.
REX confirmavit [1] cartam D. Roberti Fairlie feodatarii de Braid militis,—[qua, cum consensu Alexandri F. de B. patris sui, et Domine Margarete Dalmahoy conjugis sue,—pro perimpletione contractus de data apud Edinburgh et . . ., 26 Maii et . . 1610,—vendidit (familiari regis) M. ALEXANDRO HAY de Forresterseat, uni senatorum supremi senatus Scotie, et KATHERINE SKENE ejus sponse, sub reversione,—terras et *lie* Manis de Newhall, terras de Mairfeild, Gaitsyd et Wantounwallis, molendina granorum et fullonum de Newhall cum terris molendinariis &c., cum fortaliciis, manerierum locis, carbonibus, pasturis et viridariis de Newhall, moris, marresiis, pratis, vic. Edinburgh:—TENEND. dictis Alex. H. et Kath. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Alex. H. quibuscunque, de rege:—cum precepto sasine:—TEST. Jacobo Hay apparente de Mayne, M. Joanne Paip scriba signeto regio, Rob. Farquhare servitore dicti Alex. H.:—carta scripta *ut in carta* 431:—Apud Edinburgh, 27 Sept. 1610]:—[2] aliam cartam ejusdem D. Rob., —[qua, cum consensu dicte Marg.,—pro perimpletione &c. (*ut sup.*),—vendidit dictis Alex. Hay et Kath.,—in speciale warrantum suprascriptorum,—annuum redditum 700 merc. de terris et baronia de Braid, vic. de Edinburgh:—TENEND. *ut supra*, de dicto D. Rob.:—REDDEND. unum den. albe firme:—cum precepto sasine:—TEST. et de data *ut supra*:—carta scripta *ut in carta* 395]:—INSUPER dictas terras principales dictis Alex. H. et Kath. de novo dedit:—TEST. 100. 46. 92. 112. 72. 86. 49. 78. xlvii. 54.

450. Apud Edinburgum, 21 Mar.
REX,—pro se et tanquam administrator filio suo Henrico Magne Britannie principi et Scotie senescallo,—concessit et de novo dedit HUGONI CRAWFURDE nepoti Hugonis C. de Kirkwode, heredibus ejus et assignatis,—2½ mercat. antiqui extentus terrarum de Kirkwode, cum earum molendino et capella, et terris ad eas pertinentibus, in balliatu de Cunynghame, vic. Air; —quas dictus Hugo senior resignavit:—RESERVATO libero tenemento dicto Hug. seniori:—TENEND. de dicto principe:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 334.

451. Apud Edinburghe, 22 Mar.
REX,—cum consensu &c. (154.),—confirmavit cartam Willelmi Murray de Aberlednok,—[qua,—cum consensu Eliz. Moncreiff sponse sue, necnon Joannis com. de Tullibardin dom. Murray, Gask et Balquhidder, et Willelmi magistri de Tulliebardin,—pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit SIBILLE DRUMMOUND sponse Duncani M'Dowgall de Dunnolich, in conjuncta infeodatione pro ejus vita,—tantum molendini ac terrarum molendinariarum cum multuris et sequelis de Aberlednoch quod potuit extendi ad 4 celdras victualium;—et HENRICO RIDHEUCH de Croftworrie, durante vita dicte Sib.,—quod superfuit de dictis molendino &c.;—et post decessum dicte Sib., dicto Hen., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—molendinum de Aberlednok cum ejus terris &c., cum tribus croftis super plateam et ex occidente de *lie burne* vocatis Crattievran, *lie croft* de Tompirron et *the Slingand-croft* (intra bondas specificatas), in senesc. de Stratherne, vic. Perth: —REDDEND. regi 20 mercas feudifirme; cum ceteris in originali infeofamento specificatis:—cum precepto sasine:—TEST. M. Wil. Murray de Auchtirtyre, Tho. Drummound de Drumaquheinsk, Gilb. Moncreiff de Myresyde, Pat. Drummound de Mylnab, Patricio Drummound, Roberto Aissone (scriptore presentium), notariis:—Apud Creiff, 31 Jul. 1609]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 331.

452. Apud Edinburgh, 22 Mar.[1]
REX,—cum consensu &c. (135.),—confir-

[1] Dated an. reg. 44 et 9. Placed here according to the A.D.

mavit cartam M. Roberti Williamesone de Mureistoune scribe, proprietarii et superioris omnium terrarum templariarum infra Scotiam,—[qua vendidit ALEXANDRO COMITI DE DUMFERMLING domino Fyvie et Urquhart &c., magno cancellario Scotie, heredibus ejus masculis et tallie quibuscunque cognomen et arma de Seytoun gerentibns qui succederent ad hereditarium balliatum de Dumfermling, irredimabiliter, — tenementum templarium in burgo de Dumfermling cum domibus, hortis et *lie taill* ejusdem, continens 3 rigas terrarum arabilium (ad Jonetam Law filiam quondam Andree L. pertinens), tenementum in *lie* Nethirtoun de Dumfermling (ab antique ad Wil. Blackburne, tunc ad Hen. Mudie pertinens), terras templarias de Pettincreiffe (ad Tho. Chrystisone pertinen.), cum pasturis 3 summarum animalium *lie cattell*, unius *lie brod-sow*, unius *lie brodguis*, cum earum *lie followeris*, et unius *lie stuid-meir*, in communia de Pettincreiff, in baronia de Pettincreiff super occidentali latere ville ejusdem, terras templarias de Kinglassie in parochia de K., extenden. ad 2 acras aut eocirca, vic. Fyffe; tenementum templarium cum domibus, hortis et *lie taill* in *lie* Newbigging infra dominium de Mussilburghschyre (ad Jo. Borthuig portionarium de Ballincreiff pertinens), tenementum templarium cum domibus et hortis et 2 longis rigis terrarum infra libertatem burgi de Mussilburgh in *lie* Loganeraw alias Wester Holmes (inter terras Joannis Prestoun de Quhythill, aquam de Esk et communiam dicti burgi), ad Issobellam et Cristinam Richartsonis filias et heredes quondam Joannis Ricardsone pertinens, tenementum templarium cum horto in villa de Fischeraw ad Joannem M'Naucht in Fischeraw et Helenam Harper ejus sponsam pertinens (inter tenementa Wil. Johnestoune et Jo. Wauch, et dict. communiam), anteriorem domum templariam cum 2 parvis domibus ei adjacentibus super occidentali latere tenementi templarii quond. Willelmi Schaw, in dicta villa de F. super australi latere vie ejusdem (inter tenementa Tho. Jay, Joannis Wauch, et commune gramen), cum dimidio horti tenementi dicti Wil. Schaw, tenementum templarium quondam Ric. Ayttoun in Fischeraw (per Joannem M'Naucht sartorem possess.), tenementum templarium quond. Jo. Schaw ibidem (per Rob. Wauch possessum), tenementum templarium quond. Jo. Blair ibid. (per Jonetam Warno et . . . Nicolsone ejus filium possess.), in parochia de Inveresk, dominio de Mussilburgh, vic. de Edinburgh; terras templarias de Watertoune, Eister Ellein et Crayheid cum earum molendino (ad Geo. Banerman de Watertoun pertinen.), terras templarias de Fyvie (ad Geo. Meldrum de Fyvie pertinen.), vic. Abirdene; et ceteras terras templarias infra burgum et baroniam de Dumfermling, baroniam de Pettincreiff, parochias de Kinglassie et Inveresk, dominium de Mussilburgh, aut quamcunque baroniam ad dominium de Dumfermling pertinentem sive a boreali sive ab australi parte aque de Forth, et infra bondas terrarum de Watertoun, Eister Ellein, Crayheid, et baronie de Fyvie, cum molendinis, terris molendinariis, carbonibus, pratis, parcis, piscationibus, tenentibus &c.; cum officio balliatus et privilegio libere regalitatis suprascriptorum, cum ceteris privilegiis in antiquis infeofamentis dominii de Torphechin et S. Joanne contentis, et quondam Jacobo ultimo domino de Torphechin per Mariam reginam concessis:—Reddend. regi unum den. albe firme:—et voluit quod unica sasina apud dict. tenementum Jonete Law capienda pro omnibus staret:—cum precepto sasine directo Pat. Stewart de Baith, ballivo deputato regalitatis de Dumfermling:—Test. M. Petro Kinloch, Arch. Hammiltoune, Hugone Dumbar, Arthuro Rae, And. Couper, servitoribus M. Willelmi Scott de Elie, Gavino Blair scriba Edinburgi (scriptore carte):—Apud Edinburgh, 21 Jul. 1610]:—Test. *ut in aliis cartis* &c.

xlvi. 332.

ANNO REGNI 9 et 44. ANNO DOMINI 1611.

453. Apud Edinburgh, 26 Mar.

REX,—cum consensu &c. (135.),—concessit ADAMO REA mercatori burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis,

—terras baronie de Kellie alias Auchterlony, cum manerie, fortalicio, molendino, terris molendinariis &c., tenentibus, tenandriis, *lie mures*, vic. Forfar;—que fuerunt quondam Willelmi Auchterlony de eodem, de rege tente per servitium warde; et regi devenerunt ob alienationem per dictum Wil. factam Jacobo A. ejus nepoti, vel ob alienationes factas M. Gilberto Auchinlek de tertia parte terrarum dominicalium de Kellie, M. Joanni Ramsay de villa et terris de Nether Kellie, Andree Stevin de altera tertia parte dict. terrarum dominicalium, Jacobo Auchterlony de Seytoun de annuo redditu 100 merc. de dictis terris dominic., Patricio Auchterlony de villis et terris de Eister Bonhard, Eister et Wester Knokis, altera tertia parte dict. terrarum dominic., villis et terris de Line et Falla, Quhithillokis, Alexandro Auchterlony de villis et terris de Eistersyde et Wester Banhard, Joanni Myll polentario de terris de Coitmuir, Alexandro Strachin feodatario de Brigtoun de inferiori molendino de Kellie cum ejus terris &c., Georgio Hucheone de 6 acris terrarum dominicalium de Balcathie (per eum occupatis), Petro Clayhillis de annuo redditu 40 mercarum de terris de Haltafurde, Alexandro Duicher de terris de Greinfurde, Alexandro Buichird de terris de Bonytone, Westsyde et Balmarmuir, Joanni Auchterlony de Kairny de orientali latere de Balmarmuir, Henrico Richardsone de pendiculo terrarum dominicalium de Balcathie nuncupato Dowrie, absque licentia regis: — cum potestate declaratoriam recognitionis prosequendi:— REDDEND. servitium warde &c., cum taxato maritagio et relevio in infeofamento dicti quond. Wil. specificatis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 316.

454. Apud Quhytehall in Anglia, 26 Mar. REX,—quia quondam M. Rob. Scott et Robertus S., pater et avus M. JOANNIS SCOTT de Knichtispottie, aliique ejus predecessores fuerant directores cancellarie successive multis abhinc annis; et intelligens literaturam et qualificationem dicti Jo.,—constituit dictum Jo., durante ejus vita,—directorem cancellarie, cum omnibus feodis &c.;—vacan. ob dimissionem M. Willelmi Scott de Elie. P.R. i. 119.

455. Apud Edinburgh, 27 Mar.[1] REX dedit literas remissionis JOANNI AVERIE in Falkland, pro ejus vita duraturas,—pro eo quod acta parliamenti sprevisset et majorem annuum redditum quam 10 merc. pro 100 merc. monete concredite sumpsisset. P.R. i. 116.

456. Apud Edinburgh, 27 Mar. REX dedit literas remissionis ALEXANDRO CLERK civi Brichinensi, pro ejus vita duraturas,—pro eo &c. (*ut in carta* 455). P.R. i. 117.

457. Apud Edinburgh, 27 Mar. REX dedit literas remissionis ALEXANDRO COWTIE mercatori burgensi de Dundie, pro ejus vita duraturas,—pro eo &c. (*ut in carta* 455). P.R. i. 118.

458. Apud Edinburgum, 4 Apr. REX concessit et de novo dedit RODORICO M'CLOID de Dunvegane—terras et baroniam de Glenelg, cum fortalicio, manerie loco, molendinis, pasturis, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum, vic. de Invernes; terras de Herie nuncupat. Ardmanach de Lewis, et earum pertinentias, cum minutis insulis ad Ardmanach pertinentibus, viz. 6 unciatas terrarum de Duirnes, 4 unciat. de Meignes, 4 unciatas de Brackadaill, unciatam de Lindaill, terras et castrum de Dunvegane, cum earum fortaliciis, manerierum locis, molendinis, piscariis, lacubus, montibus, moris, marresiis, pasturagiis, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum, infra ilas de Sky et Lewis, vic. de Envernes; terras et ilas de Wattirnes extendentes ad 5 unciatas terrarum, cum manerie loco et piscariis, vic. de Invernes;—que terre &c. de Wattirnes fuerunt Kennethi domini M'Kenze de Kintaill, cetere antea fuerant dicti Rod., et post ejus forisfacturam concesse erant Jacobo olim dom. de Balmerinoch, D. Jacobo Spens de

[1] This and the two following charters are dated an. reg. 44 et 8. They are placed here according to the A.D.

Wolmerstoun et D. Georgio Hay de Nethir Liff militibus, equaliter inter eos (et dicti dom. B. tertia pars dicto Geo. per regem concessa erat post forisfacturam dicti dom. B., dictus Jac. tertiam suam partem in favorem dicti Geo. resignaverat); et quas dicti Ken. et Rod., et dictus Geo. cum consensu D. Alexandri Drummound de Medope militis unius senatorum collegii justitie, resignaverunt;—et quas omnes rex incorporavit in liberam baroniam de Dunvegane, ordinando castrum de D. principale fore messuagium:—TENEND. dicto Rod. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Alexandro M'Cloid de Meignes et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Willelmo M'Cloid alias M'Williame M'Cloid de Meidill et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., dicto Rod. ejusque legitimis et propinquioribus heredibus masc. quibuscunque cognomen et arma de [M'Cloid gerentibus:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta; taxando *ut in carta* 1981 *tomi precedentis*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 307.

459. Apud Edinburgh, 5 Apr.[1]
REX concessit et de novo dedit ALEXANDRO DUMBAR tunc de Westfeild, vicecomiti de Murray,—terras de Boighoill, Mylisfeild, Corstak, Reidhill, Craigheid, Erlissait, Caldhame et Reidruittis, cum tenentibus &c., in baronia de Moynes et Golfuird, tanquam tertiam partem dicte baronie, vic. de Nerne; villam et terras de Westfeild, vic. de Elgin et Forres;—que fuerunt Dorothie, Marjorie et Jonete Dunbaris, filiarum legit. et heredum portionariarum quondam Jacobi D. de Cumnok vicecomitis de Murray, necnon heredum portionariarum quond. D. Alexandri D. de Cumnok militis earum proavi; et quas dicta Dor. cum consensu dicti Alex. D. de W. conjugis sui, dicta Mar. cum consensu Roberti Dumbar apparentis de Moynes sponsi sui necnon Joannis Dumbar de Moynes (et dictus Robertus cum consensu Roberti Dumbar de Burgie, M. Alexandri Hay de Kynnowdie et Jacobi Dumbar apparentis de Boigis curatorum suorum), et dicta Jon. cum consensu Gulielmi Dumbar de Wilkhevin conjugis sui, filii legitimi quond. Jac. D. de Tarbat, resignaverunt;—et quas rex univit in liberam tenandriam de Boighoill, ut unica sasina apud maneriem de B. capienda pro omnibus staret:—TENEND. dicto Alex. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque:—REDDEND. 3 sectas ad 3 placita capitalia vic. de Elgin et Forres et Narne, cum warda &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 369.

460. Apud Curiam de Roystoun, 6 Apr.
REX confirmavit et de novo dedit ALEXANDRO FERMELODUNI COMITI dom. Fyvie et Urquhart, magno cancellario Scotie,—terras, dominium et baroniam de Urquhart et regalitatem ejusdem, cum decimis garbalibus aliisque decimis tam rectorie quam vicarie inclusis, viz. villam, terras et acras de Urquhart, terras de Unthank, Loch, Finfang, Over et Nedder Binnis, Eister Binnis alias Hutchounemaitles et Hillis, Mawerstoune, Byris, Threipland, Wodland, Ovir Meft, Nedder Meft, Leucharis, molendina de Urquhart, Millen, Craig, Dunkintie, Monachtie, Forres, cum terris molendinariis, decimis et aliis devoriis, cum multuris tam tritici quam ordei infra comitatum alias thanagium de Murray prioratui de Pluscardie solvi solitis, piscariam 2⅓ cimbarum super aqua de Inverspey cum domo *lie corfhous*, terras et baroniam de Fochaberis et Ardedaroch, terras et baroniam de Farnan, Grengegrene, Mwrtoun, Moy, Granghill, Fernichtie, Penik, Buchtalie, cum molendino de Grengegrene et novo molendino de Dulpottie, terris molendinariis &c., cum salmonum piscaria *lie* Feith (Frith?) de Findorne, cum salmonum piscaria de Farinannane, et salmonum piscaria unius cimbe super aqua de Findhorne, decimas garbales aliasque decimas et devorias tam rectoriarum quam vicariarum ecclesiarum de Urquhart et Bellie et omnium terrarum in dictis parochiis, cum advocatione dict. ecclesiarum,

[1] Dated an. reg. 8 et 44. Placed here according to the A.D.

cum maneriebus, pratis, forestis, wardis, parcis, molendinis, piscationibus, tenentibus &c., feudifirmis et annuis redditibus, cum libera regalitate infra dict. bondas, in dominio de Urquhart, vic. Elgin et Forres; mansum precentorie Moravien. cum hortis, in collegio ecclesie cathedralis Moravien., regalitate de Spynie, vic. Elgin et Forres; salmonum piscariam et *lie tugnett* tam rubrorum piscium et *lie scaill-fische* quam aliorum infra maris fluxum a *lie mouth* de Inverspay ad *lie mouth* de Lossie, vic. de Elgin et Forres; tenandriam de Hallisbrig, continen. terras ecclesiasticas de Haillis (antea M. Jacobo Borthuik de Adounstoun spectantes),—exceptis manso et 4 acris ministro de Haillis assignatis,—decimas garbales terrarum de Reidhall, Collingtoun, Oxingangis et dimidietatis de Comeistoune in parochia de Haillis, vicariam totius dicte parochie cum ejus decimis et fructibus, et cetera proficua, cum tenentibus &c., ad preceptoriam Divi Antonii olim spectan.; terras, dominium et baroniam de Fyvie alias Foirmerteine (viz. terras dominicales de Fyvie cum fortalicio, maneriei loco, wardis et parcis et terris earundem, terras ab antiquo *lie* Burrowlandis de Fyvie nuncupat., molendinum de Fyvie, ejus terras &c., Perk *and* Tiftie, Darnabo, Mekill et Litill Gourdes, molendinum de Gourdes, ejus terras &c., Stanemanhill cum molendino, Cannaloune [vel Camaloine] et croftas ejusdem, Haddo et [vel de] Fyvie, villam de Pettie, Hill-of-Pettie, terras *lie* Mylne de Pettie cum molendino, terris molendinariis &c., molendinum fullonis de Pettie, terras de Eistertoune cum molendinis, terras de Waterstoune, Jaxstoun, Boigheiddis, Cowhill, villas et terras de Rothiebursben cum molendino, terris molendinariis &c., cum tenentibus &c., advocatione beneficiorum et capellaniarum, et nominatim altaris Divi Niniani in ecclesia S. Nicolai in New Abirdene), vic. Abirdene; terras de Dalgatie cum maneriei loco, terras de Dunduffe, vic. Fyffe; terras *lie* Serjandislandis et Mairislandis de Pettincreif extenden. ad 5 acras cum prato, in baronia de Inverteill, vic. Fyffe; titulum et dignitatem comitis de Dumfermling, cum omnibus privilegiis &c.;—que omnia idem Alex. resignavit; et que rex incorporavit in liberum comitatum et dominium, comitatum de Dumferling ac dominium de Fyvie et Urquhart nuncupandum; ut unica sasina apud maneriei locum de Dalgatie capienda pro omnibus staret:—TENEND. dicto Alex. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, D. Willelmo Setoun de Kyllismuir militi et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., dicto Alex., heredibus ejus masc., cognomen et arma de Setoun gerentibus, et assignatis quibuscunque:—REDDEND. pro Urquhart 550 merc. albe firme (et rectori de Urquhart 4 celdras 2 bollas 1 firlotam hordei, et 8 lib., rectori de Bellie 80 merc.); pro precentoris manso 53 sol. 4 den. feudifirme, et duplum feudifirme in introitu heredum; pro dict. piscaria infra fluxum maris 4 lib. feudifirme; pro Hallisbrig 13 sol. 4 den. albe firme (et ministro de Haillis 70 lib. 11 sol. 10 den. in plenam satisfactionem ejus stipendii de decimis &c. ad dict. preceptoriam pertinentibus); pro Fyvie unum den. argenteum apud castrum de F., pro Dalgati et Dunduffe unam rubram rosam, pro Serjandislandis &c. unum den. argenteum, nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xlvi. 374.

461. Apud Roystoun, 6 Apr.

REX constituit [ALEXANDRUM COMITEM DE DUMFERMELENE dom. Fyvie et Wrquhart &c., cancellarium Scotie, durante ejus vita,—custodem palatii de Halyrudhous &c. (*ut in carta* 225);—vacan. ob mortem Georgii com. de Dumbar thesaurarii:—INSUPER rex concessit dicto Alex. omnia feoda &c. (*ut in carta* 225).

P.R. i. 127.

462. Apud Roystoun, 8 Apr.

482. Apud Edinburgh, 22 Maii. REX confirmavit cartam Davidis episc. Rossen.,—[qua, cum consensu capituli Rossen., ad feudifirmam dimisit NICOLAO ROSS de Pitcalnie (nativo tenenti et feudifirmario infrascriptorum), heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—villas et terras de Culderare cum brasina (extenden. ad ½ davatam terrarum), terras de Culnahaw cum brasina (ad ¼ davate), Petcalnie (ad ½ davatam), quartam partem de Tarbert cum brasina (ad ¼ davate), Annot cum brasina (ad ¼ davate), Ammoteglis cum brasina (ad ⅛ davate), quartam partem crofte de Tarbat vocate crofte Domini, quartam partem brasine de Tarbat, crofte piscatorum, et molendini de Tarbett, in diocesi Rossen., vic. Invernes :—REDDEND. dicto episc. pro Culderare 5 merc., ½ martam, 2 muttones, 6 capones, 6 pultreas, 2 hedos, 40 ova pro 6 den., bollam *lie suggerone-aittis*, 22 sol. 3 den. loco gressume, 17 sol. 9¼ den. antique augmentationis ; pro Culnahaw 40 sol., ¼ marte, 1 muttonem, 3 capones, 3 pultreas, 1 hedum, 20 ova pro 3 den., 2 firlotas *lie suggerone-aittis*, 13 sol. 4 den. loco gressume, 10 sol. 8 den. antique augmentationis ; pro Pitcalny *ut pro Culderare* ; pro Annot *ut pro Culnahaw* ; pro Ammoteglis 26 solidos 8 den., 8 sol. loco gressume, 7 sol. 1 den. autique augmentationis ; pro quarta parte de Tarbet *ut pro Culnahaw* ; pro quarta parte brasine de Tarbatt 16 solidos 8 den., ¼ muttonis, 1½ capones, 1½ pultreas, 5 solidos 4 den. loco gressume, 4 sol. 4½ den. antique augmentationis ; pro quarta parte crofte Domini 20 den., 7 den. loco gressume, et 5¼ den. antique augmentationis ; pro quarta parte crofte piscatorum 3 sol. 4 den., 14 den. loco gressume, 10¾ den. antique augmentationis ; pro quarta parte dicti molendini 2 bol. victualium ; et 6 solidos 8 den. nove augmentationis ; et si unus terminus &c. (*ut in carta* 329) ; et ducendo propriis expensis 160 onera focalium, glebas vel cespites (*nyne scoir laidis of fewall, peittis or turves*), sumptibus dicti episc. conquesta, ad mansum de Nig vel Tarbett cum requisiti essent ; et prestando 10 equos cum necessariis per 3 dies inducendo decimas garbales parochiarum de Nig vel Tarbet ; et tenentes assistendo in sustentatione de *lie yair* de Kincardin secundum ratam conformiter baronie de Nig ; et feudifirmarii prestando 3 sectas &c. (cum ceteris *ut in carta* 33) ; et primum locum venditionis dicto episcopo offerrent :—et dictus episc. voluit quod unica sasina pro omnibus staret :—cum precepto sasine :—TEST. M. Hieronimo Lyndsay de Dynninno, M. Hugone Dowglas, Jac. Wode, servitoribus dicti episc., Jo. Ros servitore M. Joannis Paip scribe Edinburgi (scriptore carte) :—Apud Letham, 16 Mar. 1608] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 271.

483. Apud Edinburgh, 22 Maii.[1]
REX concessit GEORGIO HOME portionario de Bassindene, heredibus ejus et assignatis,—terras de Huntrodlandis (intra bondas in vulgari specificatas), 2 terras husbandias vocat. Duncelandis in villa et territorio de Bassindene, vic. de Beruik;—que fuerunt Ricardi Edyer filii et heredis quondam Oliveri E. in (vel de) Flas, et Ricardi Edyer fratris germani Niniani E. in Welstruther, de rege tente per servitium warde; et (dicto Ric. E. filio Oliveri apud locum de Wodderlie, dicto Ric. E. fratre Niniani apud ejus habitationis locum infra novam urbem de Duns, citatis), 11 Jul. 1610 (comparentibus dicto Georgio cum Alexandro Cuik ejus prolocutore, et Rob. Edyear de Wodderlie qui produxit cartam regiam sibi et Marie Dowglas conjugi sue factam de terris de Wodderlie, 5 mercatis de Bassindene ad quond. Oliverum Edyer et Ric. E. ejus filium pertinen., et 5 mercatis de Bassindene ad dictum Rob. pertinen., de data 28 Jan. 1606, sed nullam sasinam produxit), appreciate fuerunt[2] pro 3300 merc. dicto Geo. debitis, et pro 110 lib. pro feodo Andree Edmonstoun nuncii, vicecomitis in hac parte:—et voluit rex quod dicti Ric. et Ric. Edyers, heredes eorum et assignati, haberent regressum quandocunque dict. summas persolverent infra septennium:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 168.

484. Apud Edinburgum, 23 Maii.
REX ad feudifirmam locavit et quitteclamavit JACOBO DOMINO DE MADERTIE, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—25 solidatas terrarum de Eister Craigtoun (per . . . Mitchell occupat.), octavam partem de Soutartoun (olim per quondam Rob. Ramsay et Katherinam Mure ejus sponsam occupatam), terras de Eister Lie cum prato *lie* Selleris-medow, *lie* Malthous-croft cum domibus *lie* Malthous-yett (olim per quondam Pat. Mitchell occupat.), jacen. in baronia de Cardny, vic. de Perth;—que olim ad monasterium de Incheffray pertinuerunt:—REDDEND. pro Eister Craigtoun 31 sol. 3 den., pro Soutartoun 16 sol. 8 den., pro Eister Lie et prato 40 sol., pro ceteris bollam ordei; et solvendo integros capones, pultreas, et multuras molendinis de Incheffray; eadem molendina et horreum de I. sustentando; et invehendo ad locum de I. *lie mett creillis* petarum, cum oneribus calcis, tegularum et feni, cum brasio ad molendinum; et ministrando equos et trahios *lie sleddis* ad vectionem decimarum garbalium ad horrea de Incheffray et alios locos necessarios; et solvendo vectori et officiario dict. terrarum gramina, argentum et stramina consueta; cum avenis et stramine pro sustentatione equorum ad *lie cairtis*, et ceteris avenis et devoriis consuetis (pro quibus de omnibus quotidianis carreagiis et servitiis in hac carta non specificatis exonerati sunt); et solvendo herezeldas (seu 6 sol. 8 den. pro qualibet) quoties per mortem contingeret; et omnia servitia tam tempore (belli) quam pacis prout requisiti essent; ac prestando 3 sectas in 3 placitis capitalibus, et aliis curiis apud dictum locum; et duplicando feudifirmam in introitu heredum; et si deficerent in solutione per 50 dies post terminum, solverent pro qualibet merca 20 sol.; sin sic deficerent ut duo termini in tertium concurrerent, hoc infeofamentum nullius esset roboris; cum prohibitione suprascripta alienandi cuiquam persone majoris ipsis status:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 301.

485. Apud Quhythall, 23 Maii.
REX ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit PETRO HAY filio legitimo natu maximo D. Georgii Hay de Nather Lyff militis, heredibus ejus et assignatis,—villam et terras de Dunnynald, cum fortalicio,

[1] Dated an. reg. 45 et 9. Placed here according to the A.D., which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxx. fol. 269.

[2] Names of assize, first impanelled 20 June 1610:—Joh. Manderstoun portioner of Giruelie-dykis, Alex. Home in Dunce, George Home in Burnesyid, Adam Storie in Elffishoill, Jas. Haistie in Sanct-Johnes-chappell, Cuthbert Currie in Dunce, Joh. Huntlie in Huntliewode, And. Mak in Fawsyid-mylne, Patrick Nisbet in Bassindene, Geo. Wigholmeschaw there, Alex. Hilstoun there, Robert Clerk there, Arch. Leirmonth burgess of Hadingtoun, James Wicht in Goirdoun-mylne, John Sleich in Birkinsyid (chancellor). The bond was dated 28 Feb., and recorded in the books of council and session 17 May, 1610.

manerie, portu et navium statione, ac piscariis salmonum aliorumque piscium, in parochia de Sanct-Skeoch, vic. Forfar;—que fuerunt quondam Andree Gray olim de Dinnynald qui ultimo obiit, de rege tente in feudifirma; et regi devenerunt ob ejus forisfacturam (28 Nov. 1581):—REDDEND. 45 lib., et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et observando &c. (*ut in carta* 4):—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xlvi. 344.

486. Apud Edinburgum, 23 Maii.
REX,—cum avisamento &c. (135.),—concessit et de novo dedit JACOBO CHALMERIS uni quatuor ordinariorum clavigerorum collegii justitie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Eister Segyden, terras dominicales de Segyden, terras de Litill et Westir Segyden, cum maneriebus, terra pomarii *lie Orchard-land* de Segyden cum *lie multuris* et *suckin* omnium granorum *lie cornis* ibi crescentium, cum communia et communi pastura in pascuis, mora et communia de Nort(h)-leyis et Byn consuetis, cum piscationibus dict. terrarum vel e regione earum super aqua de Tay tam salmonum quam aliorum (quarum terrarum de Litill Segyden pars per Tho. Duncane occupat. jacens super *lie mercat-gaitt* ad orientalem finem de *lie* Bynbank censebatur pertinentia), in baronia de Segyden, vic. de Perth; cum privilegio edificandi molendina super dict. terris, et astringendi eas et earum grana ad dicta molendina;—quas Patricius Chalmeris de Segyden resignavit:—RESERVATIS dicto Pat., heredibus ejus et assignatis, *lie halflandis* vocat. Cuthilsyde et *lie* Skaird de Segyden:—INSUPER rex ratificavit omnes cartas dicto Jac. per dictum Pat. desuper factas:—REDDEND. jura, servitia aliasque devorias debit. et consuet.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xlvi. 379.

487. Apud Edinburgh, 23 Maii.
REX dedit literas legitimationis ISSOBELLE CUNYNGHAME sponse Joannis Irland servitoris D. Jacobi Douglas de Drumlangrig militis, filie naturali Andree C. de Dardarroch.
P.R. i. 128.

488. Apud Edinburgh, 28 Maii.
REX concessit et de novo dedit STEPHANO PATERSONE de Kincragie, et ELIZABETHE MURE ejus sponse,—terras de Myres Over et Nether terrarum de Auchtermuchtie, cum manerie et fortalicio, et *lie outsett* nuncupat. Dwnscheill (per Joannem Layng, Wil. Reikie et Davidem Ramsay occupat.), cum jure communie in montibus de Auchtermuchtie aliisque communiis dict. terrarum consuetis, necnon prata de Auchtermuchtie cum integris terris tam arabilibus quam minime arabilibus *lie swaird-eirdis* infra eorum bondas, in senesc. et vic. de Fyffe;—quas Jac. Scrymgeour de Myres, cum consensu Cristine Blair sponse sue, Jacobi S. filii sui natu maximi et heredis apparentis, Egidie Mersar domine de Balthyok matris sue, Archibaldi Dundas de Fingask tunc sponsi dicte Egidie, necnon Davidis Narne junioris feodatarii de Sandefurde, M. Joannis Scrymgeour ministri apud Kinghorne fratris sui germani, et Andree Bickartoun de Casche, resignavit:—TENEND. dictis Steph. et Eliz. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Steph. de corpore legitime procreandis quibuscunque, quibus def., Michaeli Patersone portionario de Colsay et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., Davidi P. in Leyth et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., . . . Patersone filio legitimo natu maximo quondam Roberti P. in Anstruther, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Henrico P. in Anstruther et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masculis dicti Stephani, cognomen et arma de Patersone gerentibus, et assignatis quibuscunque, in feudifirma:—REDDEND. pro dictis pratis 8 merc., pro ceteris 10 lib. 10 sol., in toto 23 merc. 10 sol.; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. 99. 46. 93. 112. 72. 86. 49. 115.
xlvi. 294.

489. Apud Edinburgh, 28 Maii.
REX confirmavit cartam Jacobi Scrymgeour de Myris,—[qua,—cum consensu Cristine Blair sponse sue,—pro perimpletione contractus de data presentium, ac pro

1000 libris persolutis,—vendidit THOME LAYNG in Casche, in vitali redditu, et JOANNI LAYNG in Ovir Myres, et heredibus ejus masculis, quibus deficientibus, seniori ejus heredum fem. absque divisione, et assignatis quibuscunque, in feodo, irredimabiliter,—cottagiam terrarum Steperis-cottage nuncupatam, in australi quarteria de Auchtirmuchtie (per And. Sibbie pistorem occupatam), cottagiam in boreali quarteria de Auchtirmuchtie vocatam Blythis-cottage (per Bernardum Smyth ibidem occupat.), *lie Eistmest-daill* extenden. ad 1 acram illius *lie sched* terrarum *lie* Masslet nuncupati, ad dict. Steperis-cottage spectan. (inter terras Jac. Thomesoune *lie* Kilgouris-cottage, et terras suas *lie* Kowmedow), in territorio de Auchtermuchtie, senesc. et vic. de Fyffe; cum jure communie in monte de Auchtermuchtie et *lie* Quhytfeild, et in ceteris communitatibus et pasturagiis ad villam et terras de Auchtermuchtie spectantibus :—REDDEND. regi 22 sol., 3 firlotas 2 peccas avenarum, ½ peccam frumenti, 11 pultreas, nomine feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine directo Jac. Maxwell seniori portionario de Auchtirmuchtie :—TEST. Jo. Welsch in Auchtirmuchtie, Pat. Carswell ludimagistro ibidem, Jo. Litill-johnne in Falkland, Stephano Patersoun clerico senescallatus de Fyff, Alex. Merschell ejus servitore (scriptore carte), notariis :—Apud Myris, 1 Feb. 1611] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 341.

490. Apud Edinburgh, 30 Maii.

REX confirmavit [1] cartam Davidis Forrett de eodem,—[qua,—pro perimpletione contractus de data presentium, ac pro 1000 mercis persolutis,—cum consensu Cristine Meldrum sponse sue, et Jacobi Forrett filii sui et heredis apparentis,—vendidit WALTERO LUMISDEN de Pittilloche, et ELIZABETHE AUCHMOWTIE ejus sponse,—annuum redditum 100 merc. de terris suis de Forrett, vic. de Fyffe :—TENEND. dictis Walt. et Eliz. in conjuncta infeodatione, et heredibus quibuscunque inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus sive assignatis dicti Walt. quibuscunque, usque ad legit. redemptionem ejusdem :—REDDEND. dicto Davidi unum den. albe firme :—TEST. Tho. Lumisden feodatario de Pittillo, Jo. Tarwett servitore dicti Dav., Steph. Patersone clerico senescallatus de Fyffe, Davide Osett servitore dicti Dav. F. :—carta scripta per Hectorem Arnot servitorem dicti Steph. :—Apud Forrett, 8 Sept. 1602] :—[2] cartam Jacobi Forrett feodatarii et Davidis F. franctenementarii de eodem,—[qua,—cum consensu dicte Cris., et Jeanne Hering sponse dicti Jac., —pro perimpletione obligationis litere de data presentium, ac pro 1000 merc. persolutis,—vendiderunt dictis Walt. et Eliz. —annuum redditum 100 merc. de terris suis de Wester Forrett, vic. Fyffe :—TENEND. *ut supra* :—REDDEND. dicto Jac. unum den. albe firme :—cum precepto sasine :—TEST. M. Davide Balvaird fratre germano Jacobi B. de Glentarkie, Jo. Dowglas servitore Andree Aytoun de Nether Dunmwir, Alexandro Merschell (scriptore carte) et Jo. Litiljohne servitoribus dicti Steph. :—Apud Faulkland, 8 Jun. 1607] :—[3] instrumentum sub signo et subscriptione Davidis Cowper clerici S. Andree diocesis notarii publici,—[de sasina per dictum Davidem Forrett propriis manibus data dicto Walt., et Joanni Beddesone ejus servo tanquam actornato dicte Eliz.,—de annuo redditu 25 bollarum ordei, cum forali mensura burgi de Cupro in Fyffe deliberando, de dictis terris de Wester Forrett,—eis per dictum Dav. F. cum consensu Eliz. Ramsay ejus matris domine vitalis redditus dict. terrarum concesso,—pro observatione contractus inter ipsos, et Jo. Forrett de Fingask et M. Davidem Lochmalony feodatarium de eodem eorum cautionarios, ab una, et dictos Walt. et Eliz. A. ab altera partibus, de data 29, 30 et 31 Oct. 1593 :—TENEND. *ut sup.* :—TEST. Jo. Forrett consanguineo dicti Dav. F., Jo. Murray, Rob. Norye in Wester Forrett, Jo. Smyth in Faulkland : —Apud Wester Forrett, inter 1 et 2 P.M., 6 Nov. 1593, anno regis 27] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 338.

491. Apud Edinburgh, 31 Maii.

REX concessit WILLELMO LEVINGSTOUN fratri germano Jacobi L. de Jarveswode, heredibus ejus masc., cognomen de

Levingstoun et insignia de Jarveswod gerentibus, et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Jarweswod et Mousbrigdyke, cum molendino earundem, terras de brounelie, 7 mercatas terrarum de croftis prope burgum de Lanerk, viz. croftas de Inflathill et Selieholme, cum acra ad caput de Selieholme, croftam de Quhythill, Castellandis, Berriebank, Schoilbraidis, 9 acras nuncupatas Kingis-sons-knoll, acram super occidentalem partem turris de Braxfeild, annuum redditum 20 sol. de certis terris et tenementis in burgo de Lanerk, cum advocatione capellanie fundate in capella S. Nicolaui in ecclesia de Lanerk, cum molendinis, piscationibus, tenentibus &c., omnia in unam baroniam de Jarveswod ab antiquo incorporata, in parochiis de Lanerk et Carlouk, vic. Lanerk;—que dictus Jac. 30 Maii 1611 resignavit; et que rex dicto Wil. de novo dedit, cum eorum castris et manerie locis:—RESERVATO libero tenemento dicto Jac. omnium non impignoratarum terrarum dicte baronie:—REDDEND. 18 den. argenteos nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 358.

492. Apud Edinburgh, 31 Maii.

REX confirmavit cartam Joannis Murray de Tibbirmuir, et D. Jacobi M. ejus filii legit. natu maximi,—[qua, pro perimpletione cujusdam obligationis, vendiderunt D. JOANNI MONCREIF de Kynmonth militi et Domine JEANNE SPENS ejus sponse in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus (et assignatis) dicti D. Jo. quibuscunque, absque reversione,—terras de Wallestoun (per Tho. Barclay tenentem occupat.), jacen. super aqua de Erne, vic. de Perth:—REDDEND. regi unum den. argenti nomine albe firme:—cum precepto sasine:—TEST. Alex. Murray de Wodend, Geo. Murray burgen. de Perth, Pat. Murray filio dicti Jo. Murray, Jo. Fentoun in Ros:—carta scripta per And. Melvill in Kilgirstoune:—Apud Perth, 30 Maii 1610]:—PRETEREA dictas terras dictis personis de novo dedit:—REDDEND. unum den. argenti nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 389.

493. Apud Edinburgh, 4 Jun.

REX confirmavit cartam Joannis Creichtoun de Strathuird,—[qua,—pro perimpletione contractus de data presentium, in libris concilii registrandi,—vendidit D. DUNCANO CAMPBELL de Glenurquhy militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, sub reversione,—terras de Drumquharg alias Cokerstoun, Eister Keinlandis, Gurdeishill, Greigirtoun alias Hill et Hoill, et Chanuell, in baronia de Ragortoun, vic. de Perth;—necnon, in speciale warrantum earundem, annuum redditum 350 merc. de terris et baronia de Ragortoun:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine:—TEST. Colino Campbell de Abruchill, M. Davide Prymrois advocato, Rob. Kirkwod scriba signeto regio, Joanne Mudie ejus servitore (scriptore carte):—Apud Edinburgh, 28 Maii 1611]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 296.

494. Apud Edinburgum, 5 Jun.

REX,—cum avisamento &c. (135.),—confirmavit JOANNI M'NACHT de Kilquhennadie, heredibus ejus masc., cognomen et arma de M'Nacht gerentibus, et assignatis quibuscunque,—2 mercat. terrarum de Lifill Kilquhennadie, in parochia de Kirkpatrik-Durhame, senesc. Kirkcudbricht;—quas idem Jo. resignavit; et quas rex ei de novo dedit, cum piscaria salmonum et aliorum piscium quorumcunque super aqua de Or a *lie fut* de Dunjag-burne inter Corbiestoun et Dunjarge ad caput dicte aque, cujus piscarie dictus Jo. ejusque predecessores in pacifica possessione ultra hominum memoriam extiterant:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 378.

495. Apud Edinburgum, 6 Jun.

REX dedit literas remissionis JOANNI BROWNING in Richartoun, pro ejus vita duraturas,—pro fictione et approbatione false assignationis, ut asseritur facte 10 Feb. 1586 per quondam Wil. Baillie de Cormestoun Elizabethe Stewart ejus sponse, faciendo eam cessionariam ad literam reversionis dicto Wil. factam per quond. D. And. Hammiltoun de Goislingtoun militem, pro redemptione 33 solidatarum 4 den. terrarum de Richartoun, in baronia de Gaw-

stoun, balliatu de Kyle-stewart, vic. Air; —que assignatio, per Arch. Hammiltoun de Netherfeildyke et Arch. Hammiltoun in Glengavill ad improbandum suscepta, per dominos concilii et sessionis 4 Jul. 1607 falsa et ficta in se esse decreta et declarata fuit. P.R. i. 129.

496. Apud Edinburgum, 10 Jun.
REX,—cum consensu &c. (153.),—in feudifirma locavit JACOBO ANDERSOUN in Buthkennar (nativo tenenti infrascriptorum), apparenti heredi quondam Joannis A. ejus avi (hereditarii rentallarii eorundem),—2¼ bovatas terrarum dominicalium de Buthkenner, per Eliz. Pantoun matrem dicti Jac. occupatas (jacen. separatim intra bondas specificatas[1]), in dominio et vic. de Striviling :—TENEND. dicto Jac. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione ejus de corpore legitime procreand., quibus def., heredibus ejus et assignatis quibuscunque: —SOLVEND. 3 libras 7 sol. 10½ den., 4 bollas 2 firlotas hordei, 4½ capones, cum areagiis et careagiis consuetis, 10 sol. 1½ den. antique augmentationis, 2 bollas 1 firlotam tritici olim abbatie de Cambuskenneth persolutas, et 3 sol. 4 den. nove augmentationis; et duplicando &c. (cum ceteris *ut in carta* 476):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 355.

497. Apud Edinburgum, 11 Jun.
REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 46),—cum consensu &c. (135.),—concessit et de novo dedit GEORGIO HAMMILTOUNE fratri germano Alexandri H. de Bynnie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Mekill Blaikburne, cum molendino, terris molendinariis &c., terras de Padakschaw, cum carbonibus, moris, marresiis, pratis, terras de Torbanes alias Treis, cum tenentibus &c., infra bondas baronie de Bathcatt, vic. Renfrow per annexationem, et naturaliter infra vic. de Linlithgow;—quas D. Jac. Maxwell de Calderwod miles resignavit:—TENEND. de Henrico principe:—et rex ratificavit cartam alienationis per dictum Jac. dicto Geo. desuper factam, de data presentium:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 297.

498. Apud Edinburgh, 11 Jun.
REX,—cum consensu &c. (148.),—confirmavit et de novo dedit WILLELMO DRUMMOUND de Pitcairnes, et JEANNE KER ejus sponse,—terras et baroniam de Pitcairnes, cum molendinis, tenentibus &c., in senesc. de Stratherne, vic. Perth;—quas idem Wil. resignavit:—TENEND. dictis Wil. et Jean. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, dicto Wil. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus def., Thome Drummound fratri germano quondam D. Willelmi D. de Richartoun militis, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., M. Niniano D. fratri germano dicti Wil. D. de Pitcairnes, et heredibus ejus masculis quibuscunque cognomen et arma de Drummound gerentibus:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 302.

499. Apud Edinburgh, 11 Jun.
REX confirmavit cartam factam per Jo. Denune de Westir Catboll,—[qua vendidit ANDREE DENUNE, fratri suo germano, —terras de Hiltoun, in vulgo Bellachnoik (intra bondas in vulgari specificatas), in comitatu Rossie, vic. Invernes:—TENEND. dicto And. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Jo. quibuscunque, absque reversione, de M. Joanne (vel Thoma) Ros commendatario de Ferne: —REDDEND. 5 merc. 10 solidos 3 den., 12 capones, bollam avenarum custumarum, bollam de *multir*, 4 *bollis teynd to be peyit to the bischope of Ros chalmerlandis haveing his power*, 4*s. silvir*, *with ane weddir*: —cum precepto sasine directo Jo. Denune de Litill Rany:—TEST. Wil. Denune in Catboll, Alex. Neilsoun, Davide Denune, Alex. Spens, Tho. Robertsone in Canonia:

[1] The following adjoining owners are named in this charter:—Geo. Forrester portioner of Buthkenner, Claude Hammiltoun of Cochney, Lord Elphingstoun, Mr Ludovic Elphingstoun his son, Sir John Bruce of Airth knight.

—cum subscriptione dicti Jo. tangentis calamum notarii :—Apud Catboll, 12 Mar. 1589] :—PRETEREA dictas terras quitteclamavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 304.

500. Apud Edinburgum, 13 Jun. REX,—cum consensu &c. (135.),—concessit et de novo dedit WILLELMO ELLOT de Fallinesche, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Arkiltoun, extenden. ad 10 librat. antiqui extentus, in dominio de Eskdaill, infra bondas de Ewisdaill, vic. de Drumfreis ;—quas Rob. vicecomes de Rotchester resignavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 299.

501. Apud Edinburgh, 13 Jun. REX,—cum consensu &c. (135.),—concessit et de novo dedit D. ROBERTO GORDOUN de Lochinvar militi, et JOANNI MURRAY uni generosorum intimi cubiculi sui, equaliter inter eos, eorumque heredibus et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Crosmichaell (viz. 2½ mercat. terrarum de Suffok [Fuffok ?], 5 mercat. de Ernealmerie, 5 mercat. de Auchindole, 5 mercat. de Largneane, 2½ mercat. de Ernefillane, 5 mercatas de Culgruff, 5 mercat. de Crodell [Trodell ?], 5 mercat. de Airdis, 5 mercat. de Mollance, 5 mercat. de Hillintoun, 5 mercatas de Clarybrand, 10 mercat. de Croftis, 5 mercat. de Glengopak, salmonum piscariam in aqua de Neth ad prepositurum de Linclowden pertinentem, terras dominicales *lie* Maynis de Grenelaw, cum *lie caine-peittis* et *bondayworkis* et debitis servitiis integre dicte baronie, cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Glencarne, 6 mercatas de *lie* Maynis de Linclouden cum manerie et prato, 6 mercatas terrarum de Crochane, molendinum de Staikfurde cum ejus terris, molendinum de Terrauchtie cum ejus terris, pratum de Cluny, 5 mercatas terrarum de Ersinbie [vel Ernisbie], 10 mercatas de Chapelerne), necnon 2½ mercatas terrarum de Clarebrane, cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Crosmichaell ad eas annexa, 5 mercat. terrarum de Lytill Dryburgh, 5 mercat. de Drumjarge, 5 mercat. de Ernefillane, 5 mercatas de Ernecrag, 5 mercat. de Blairony, 5 mercat. de Mekill Dryburgh, 5 mercatas de Chepmantoune, 5 mercatas de Blakerne, 5 mercatas de Erneneinye, 5 mercat. de Culnotrie, molendinum granorum de Crosmichaell, 5 mercatas de Garrantoun, 2½ mercatas de Blakpark, 15 solidat. de Staikfuird, 40 sol. de Newtoun, mercatam de Cluny et Skillingholme, 6 mercat. de Terrauchtie, 6 mercat. de Drumganis, 5 mercat. de Troqueir, mercatam de Stotholme, 5 mercatas de Nimbland (vel Nunland), 5 mercat. de Cruifstanis, 6 mercatas de Holme, 20 sol. de Maryholme, 4 mercat. de Nunholme, in senesc. Kirkcudbrycht ; cum castris, maneriebus, molendinis, piscariis, feudifirmis, tenentibus &c. ; —quas Jac. Douglas de Pinyearie resignavit ; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Crosmichaell, ordinando maneriem de Grenelaw principale fore messuagium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 306.

502. Apud Edinburgh, 13 Jun. REX,—cum consensu &c. (135.),—concessit et de novo dedit D. ROBERTO GORDOUN de Lochinvar militi, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque,—terras de Gordounstoun extenden. ad dimidietatem terrarum de Glenken, vocat. Bannaheid, Aikheid-Monteir, Knoknema, Strolakaven, Ottraduscane, cum earum molendinis, lacu, manerie et messuagio de Lochinvar, cum fortaliciis, maneriebus, piscariis, tenentibus &c., in senesc. Kirkcudbrycht ; terras de Guffokland, Corwarie, Cwill, Corbartoun et Daldawen, in dominio et baronia de Buttill, senesc. antedicto ; terras de Nether Bar, extenden. ad 2 mercat. antiqui extentus, cum molendino, forestis, piscationibus, in baronia de Kirkpatrik-Durhame, senesc. antedicto ;—quas Rob. vicecomes de Rotchester resignavit ; et quas rex incorporavit in liberam tenandriam de Gordounstoun, ordinando maneriem de Lochinvar principale fore messuagium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 312.

503. Apud Edinburgum, 14 Jun. REX,—cum consensu &c. (135.),—concessit et de novo dedit D. JACOBO KER de Over Craling militi, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de

Maxwelheuche, dimidietatem de *lie* Hauche nuncupat. Maxwellhauche, dimid. molendini ejusdem, terras de Wowdene, cum fortaliciis, maneriei locis, molendinis, piscariis, tenentibus &c., in baronia de Maxwell, vic. Roxburgh ;—quas Rob. vicecomes de Rotchester resignavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 300.

504. Apud Edinburgh, 15 Jun.

REX confirmavit cartam Jacobi Fawsyid junioris de eodem,—[qua,—cum consensu D. Joannis Cokburne de Ormestoun militis, justiciarie clerici et unius senatorum collegii justitie, et M. Roberti F. de eodem patris sui, ad quorum instantias interdictus fuit, necnon dicti Roberti, et Jonete Lawsoun sponse dicti Jac., pro eorum interesse,—pro perimpletione literarum obligatoriarum de data presentium, in libris concilii registrand.,—vendidit JACOBO TAILYEOUR filio natu maximo Alexandri T. in Mungoiswellis, et MARGARETE HOME ejus conjugi,—terram husbandiam duarum ter. husb. vocat. Myretoun (per dictum Jac. T. occupatam), in territorio ville de Ballincreiff, constab. de Hadingtoun, vic. de Edinburgh: —TENEND. dictis Jac. T. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Jac. T. quibuscunque, irredimabiliter, de rege :—cum precepto sasine :—TEST. (ad subscriptiones dictorum Jac. F., Jon. et D. Jo.) Roberto Nisbet fratre Philippi N. de eodem, M. Jac. Cokburne filio legit. dicti D. Jo., Tho. Huntar servo dicti D. Jo., Jo. Dewar notario publico ; (ad subscriptionem dicti M. Rob.) Geo. Fawsyde seniore fratre dicti M. Rob., Jo. Thompsoun servo dicti M. Rob., Pat. Hepburne servo dicti Jac. F. :—carta scripta *ut in carta* 18 :—Apud Edinburgh et Fawsyid, 27 et 28 Jun. 1610] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 285.

505. Apud Regiam de Greinwitch, 15 Jun.

REX constituit D. WILLELMUM CRANSTOUN, D. GEDEONEM MURRAY de Elibank, D. WILLELMUM SEYTOUN de Kylismure et D. DAVIDEM MURRAY de . . ., milites, eorumve quoscunque duos, durante suo beneplacito,—justiciarios suos infra vicecomitatus de Beruik, Roxburgh, Selkirk, Peblis, Dumfreis, et senescallatus de Kirkcudbrycht et Annandaill ;—cum potestate omnes latrocinii, homicidii, *hamesuckin*, furtorum aut ejusdem receptionis, domorum combustionis, ignis incensionis, rapine, fellonie, oppressionis, sclopetarum et machinarum *lie gunis* et *pistolettis* portationis, subditorum illegitime convocationis, malefactorum receptionis, donationis seu receptionis *lie blak-maill* aut cujusvis similis criminis suspectos examinandi, indagandi, ad assisam statuendi, et sententiam contra eos pronunciari et ad debitam executionem poni causandi ; et si qui rei in propugnaculis domibusve vicinis se inclusissent, liceret dictis justiciariis eorumve alicui mandare regii exercitus duci infra dictas bondas, vicecomitibus, nobilibus et generosis patrie incolis, magistratibus et urbium vicinarum inhabitantibus quatenus dictos fugitivos apprehenderent, et si obstitissent, dict. domos et propugnacula circumdarent et humo adequarent, et dictos malefactores cum omnibus eorum consortibus caperent et legibus obtemperantes redderent ; quod si quis ex malefactoribus lederetur, interficeretur aut aliud damnum incurreret, id nullo modo dictis commissioniariis aut ulli alteri in executione hujus commissionis adjuvanti imputaretur :—et rex ordinavit reddituum suorum receptatorem quod annuum feodum 500 librarum unicuique dictorum commissionariorum persolveret. P.R. i. 182. et 207.

506. Apud Edinburgh, 18 Jun.

REX concessit ROBERTO RENTOUN filio tutoris de Billie, heredibus ejus et assignatis uni seu pluribus,—terras de Westir Scheillis de Colbrandspeth, vic. Berwick ; —que fuerunt Thome Angus de Hoprig, tente (tanquam pars terrarum de Hoprig aut severalis tenandria) de rege per servitium warde ; et regi devenerunt ratione recognitionis ob alienationem absque regis licentia factam :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 254.

507. Apud Edinburgh, 20 Jun.

REX,—cum consensu &c. (135.),—confirma-

vit cartam Symonis dom. Fraser de Lovat,—[qua, cum consensu Domine Jeanne Stewart domine de Lovat sponse sue,—pro impletione contractus sui matrimonialis de data . . . 1590,—concessit SYMONI FRASER, filio primogenito inter se et dict. Jeannam legitime procreato,—baroniam de Kinkell-Fraser (comprehenden. terras de duabus Kinkellis, Mulcaich, Dunvorny, Eister et Westir Alcaikis cum pendiculis vocatis Teanahinchebain, Crostnahauin et Bogboy, cum molendino de Alcak, ejus terris &c., cum salmonum aliisque piscariis de *lie yare* de Alcak nuncupat. Corrinagale, ceterisque piscariis tam in mari quam in aqua de Connon infra bondas dictas terrarum, olim in thanagio de Calder), vic. Invernes, et per annexationem infra vic. de Narne; necnon advocationes rectoriarum et vicariarum ecclesiarum parochialium de Urquhart et Logy, cum decimis garbalibus aliisque decimis et devoriis, in diocesi de Ros, vic. Invernes:—TENEND. dicto Sym. juniori et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. inter se et dictam Jean. procreatis, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus suis masc. dominis de Lovat arma et cognomen de Fraser gerentibus quibuscunque, et assignatis, absque reversione, de rege:—REDDEND. 3 sectas ad 3 placita capitalia vic. de Narne, necnon wardam &c.:—RESERVATO libero tenemento sibi et dicte Jean.:—cum precepto sasine:—TEST. Hugone Fraser de Kilboky, Pat. Fraser, Arch. Dundas, M. Tho. Dunbar (scriptore carte), servitoribus dicti dom. F. de L.:—Apud Edinburgh, 17 Jun. 1611]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 305.

508. Apud Edinburgh, 20 Jun.

REX,—cum consensu &c. (135.),—ratificavit cartam per M. Gideonem Murray prepositum ecclesie collegiate de Crichtoun (postea designatum de Eliebank militem unum dominorum secreti concilii), cum consensu prebendariorum ejusdem, necnon D. Walteri Scott de Branxholme militis (postea dom. de Bucleugh designati) patroni ejusdem, factam WILLELMO MURRAY fratri germano D. Joannis M. de Eddilstoun militis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—de terris templariis ad preposituram de Creichtoun spectantibus, cum decimis garbalibus aliisque decimis inclusis que nunquam a trunco separari solebant, et cum mansione, in dominio de Creichtoun, vic. Edinburgh:—TENEND. de dicto preposito in feudifirma, pro 16 lib. feudifirme antique et 20 sol. augmentationis, cum duplicatione feudifirme in introitu heredum et assignatorum;—de data apud Edinburgh, 3 Mar. 1597:—cum instrumento sasine desuper secute:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 381.

509. Apud Edinburgh, 20 Jun.

REX confirmavit cartam Patricii domini Gray,—[qua concessit ANDREE MAGISTRO DE GRAY, filio suo primogenito,—terras et baroniam de Forgund, cum molendino, tenentibus &c., cum castro de Huntlie, terras et baroniam de Foullis, cum manerie loco, molendino, tenentibus &c., terras de Blacklaw, terras de Leitfie in baronia de Ballindoche, terras de Bardmonie et Abirbothrie in baronia de Alicht, cum molendino, terris molendinariis, tenentibus &c., vic. de Perth; terras vocat. Kingislaw, cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie de Lundy, tertiam partem baronie de Dundie, cum molendinis, tenentibus &c., molendinum de Pitkerrow, terras molendinarias, rupem de Bruchtie cum castro, et salmonum et aliis piscationibus earundem, terras de Gotherstoun cum earum piscationibus, terras de Balgillo, cum molendinis tam granorum quam fullonum, et terris molendinariis, vic. de Forfare; cum officio vicecomitatus de Forfare, et custumis de Dundie ad dictum officium pertinentibus, cum officio constabularie de Forfare et Montrois, feodis et devoriis eorundem; terras et baroniam de Buttirgask et Ligertlaw, vic. Perth; cum castris, molendinis, piscationibus, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum, beneficiorum et capellaniarum earundem:—TENEND. dicto And. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus ejus masculis quibuscunque cognomen et arma familie et domus de Gray gerentibus, de rege:—REDDEND. pro Blaklaw, Leitfie, Barmonie et Abirbothrie

2 denarios albe firme; pro ceteris jura et servitia debita et consueta:—cum precepto sasine:—RESERVATO libero tenemento dicto Pat. (exceptis terris de Leitfie, Huntlie cum turre ejusdem, terris cottagiis de Forgund, cum tenentibus &c., et officio vicecomitatus de Forfare, in quibus dictus And. antea infeodatus erat):—et voluit dictus Pat. quod unica sasina apud maneriem de Foullis capienda pro omnibus staret:—TEST. And. Gray servo dicti domini, Rob. Craw servo dicti magistri, Willelmo Gray notario (scriptore carte), Tho. Kessane in Dundie:—Apud Foullis, 23 Maii 1611]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 427.

510. Apud Edinburghe, 25 Jun.[1]

REX confirmavit cartam D. Archibaldi Striviling de Keir militis,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis de data apud Perth, Polwart, Spilmerfuirdmylne, Colintoun, Dumblane et Burnbank, 9 Jul., 13, 14, 15 et 16 Aug. 1606,—concessit JACOBO STIRLING, filio suo et heredi apparenti,—terras et baroniam de Keir (viz. terras de K., cum turre, manerie, fullonum molendinis, granorum molendinis, et *lie cruves* earundem, terras de Kippindawie, Lupno cum piscariis, Strowie cum molendino, Dauchlewin, 40 solidos annui redditus terrarum de Kippenrait, terras de Rathernn-Striviling alias Quoiggis de Strathalloun, Classingallis, Shaner, *lie* Wester Coig, *lie* Well-Coig, Berholme, *lie* Litill Coig, *lie* West-Poffill, cum molendino de Coigis, terras de Glenty, cum tenentibus &c., advocatione capellaniarum et hermitagii de Lupno), necnon terras de Drumnes alias *lie* Glenbank extendentes ad 40 solidatas antiqui extentus, terras de Lanerk et Auchinbie, Lany et Petquhonarty, 20 (vel 25) sol. terrarum de *lie* Bray de Bolquhoppill, 10 mercat. ant. ext. de Brakland, vic. Perth; dimidietatem terrarum et molendini de Inveralloun, cum piscariis earundem super aquas de Teth et Forth, vic. Striviling; terras de Bardowie cum fortalicio et lacu, Barnellan, Blairskaith, *lie* Eister Bankeir, Flauchtare, Birdstoun, Ballindroiche, Blaquharne, *lie* Boighous, Bankell, *lie* Kirktoun de Bathernok, Havystoun, cum advocatione rectorie earundem, Kinkayd et Baquharrage, cum tenentibus &c., molendinis, pratis, et acram terre ad orientalem finem de *lie* Maynis de Bardowie, in ducatu et comitatu de Lennox, vic. Striviling:—RESERVATO libero tenemento dicto Arch.:—TENEND. dicto Jac. et heredibus masculis inter eum et Annam Home ejus sponsam, seniorem filiam legitimam D. Georgii H. de Wedderburne militis, legitime procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masculis dicti Jac. arma et cognomen de Stirling gerentibus quibuscunque, eorumque assignatis, de rege:—REDDEND. pro baronia de Keir unum par calcarium deauratorum et unum par chirothecarum nomine albe firme; pro ceteris jura et servitia debita et consueta:—cum precepto sasine directo Jac. Stirling servo dicti Arch.:—TEST. M. Wil. Striviling rectore de Abirfule, Jac. Striviling, And. Striviling, Hen. Adie, servitoribus dicti Arch.:—carta scripta per Geo. Huchesoun notarium, clericum regalitatis Glasguen.:—Apud Keir, 31 Mar. 1607]:—TEST. 99. 67. 111. 112. 72. 86. 49. 115. xlvii. 211.

511. Apud Edinburgh, 27 Jun.

REX,—cum consensu &c. (135.),—confirmavit cartam Alexandri Dumbar de Kilboyak, et Margarete Forbes ejus conjugis,—[qua,—pro perimpletione contractus de data apud Frendraucht, Kilboyak et Elgyn, 29 Apr. et 1 Maii 1611,—vendiderunt JACOBO CREICHTOUN juniori de Frendraucht, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—villas et terras de Conzie et Petquhensie, et earum molendina *lie corne-mylne* et *lie walk-mylne*, cum eorum terris &c., cum communitate et proprietate consuetis, in parochia de Forgo, baronia de Frendraucht, vic. Abirdene:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine directo And. Meldrum de Drumbrek:—TEST. Roberto Dumbar fratre germano dicti Alex., Tho. Falconer servitore dicti Alex., Jac. Clerk in Penyburne, Georgio Annand burgen. de

[1] Dated A.D. 1610. Placed here according to the regnal year, which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxxiii. fol. 117.

Elgin, M. Jo. Dowglas clerico commissariatus de Elgin, M. Jo. Horne notario publico (scriptore carte) :—Apud Kilboyak et Elgyn, 1 Maii 1611] :—INSUPER suprascripta dicto Jac. Creichtoun de novo dedit : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 253.

512. Apud Regiam de Richmonth, 27 Jun. REX constituit PATRICIUM MURRAY apparentem de Eliebank, pro ejus vita,—custodem castri de Carlaverok et loci ejusdem, parci, *lie Wairdis* et prati dicti Horsmannis-medow, roborarii sive saltus eidem adjacentis et ad terras dominicales de Carlaverok pertinentis; cum feodo 50 lib. stirlingorum de promptioribus redditibus dict. terrarum dominicalium, cum servitio tenentium baronie de Carlaverok et aliorum consueto. xlvi. 283.

513. Apud Edinburgh, 27 Jun. REX,—cum consensu &c. (135.),—confirmavit cartam Alexandri Forbes de Tolles, —[qua, pro impletione contractus de data presentium, vendidit JOANNI FORBES de New, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Nedder Tollie (occupat. per Jac. Fyffe, Jo. Fyffe, Pat. Esone, Wil. Fyffe et Alex. Wat), terras de Coisnachie (per Arthurum Forbes), terras de Hillakis, Tornamultes et *lie* Hachis ejusdem (per dictum Alex. F. occupat.), terras de Auldtowne de Ovir Tollie, in parochia de Kinbethok, vic. de Abirdene : —REDDEND. regi servitium warde &c. :—cum precepto sasine :—TEST. Jo. Forbes de Brux, Jo. Gordoun filio Joannis G. de Carneburro, Alex. Forbes portionario de Pratstoun, Roberto Farquharsone in Culquhanne, M. Jacobo Irwing filio M. Alex. I. advocati (scriptore carte) :—Apud Edinburgh, 23 Maii 1607] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 303.

514. Apud Edinburgh, 27 Jun. REX concessit ROBERTO MONCREIFF, filio legitimo tertiogenito Willelmi M. de eodem,—terras et baroniam de Cragye, viz. villam et terras de C. cum molendino, villas et terras de Ovir et Nethir Maynis de Maillair, villam et terras de Pittheifles cum lapidario, villam et terras de Kirkstylle de Kynfaunis, cum castris, maneriebus, molendinis, piscationibus, vic. de Perth ;—que fuerunt quondam Joannis Ros de Cragye, et M. Roberti R. ejus filii, de rege tente per servitium warde ; et regi devenerunt ob alienationem absque regis consensu factam ;—et quas rex, pro bono servitio dicti Wil. et ejus predecessorum, incorporavit in liberam baroniam de Cragye, ordinando fortalicium et maneriem de Maillair principale fore messuagium :—TENEND. dicto Rob. M. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Hugoni M. filio legitimo quartogenito dicti Wil., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Davidi M. filio quintogenito dicti Wil., et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Jacobo M. legit. filio sextogenito dicti Wil., et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., dicto Wil., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque :—cum potestate pro declaratione recognitionis prosequendi :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 391.

515. Apud Edinburgh, 27 Jun. REX dedit literas legitimationis MARGARETE ANDERSOUNE, sponse Joannis Wylie burgensis de Perth. P.R. i. 122.

516. Apud Edinburgh, 27 Jun. REX,—quia antea concesserat WILLELMO FORBES de Monymusk respectuationem pro arte et parte interfectionis Alexandri Meinzeis filii legitimi quondam Gilberti M. de Pytfoddellis, mense Maii 1580 commisse, pro diversis annis adhuc currendis ;—et quia postea Pat. et Joannes Meinzeis burgenses de Abirdene, fratres dicti Alex., concesserant literas *lie slaynes* dicto Wil., et Alexandro Robertsoun in Carnabo et Jacobo Mylne ejus servitoribus, —igitur dedit literas remissionis dictis Wil., Alex. R. et Jac., pro eorum vita duraturas, —pro arte et parte dicte interfectionis, ex improviso commisse. P.R. i. 133.

517. Apud Edinburgh, 27 Jun. REX,—cum consensu &c. (164.),—confirmavit cartam Jacobi comitis Murravie dom. Doun et Abirnethie &c.,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis de

data apud Striviling, 2 Oct. 1607,—concessit Domine ANNE GORDOUN conjugi sue future, filie legitime maxime natu Georgii marchionis de Huntlie comitis Engzie dom. Gordoun et Badyenoche &c., in ejus pura virginitate, in vitali redditu, —in plenam contentationem ejus tertie,— terras de Monachty cum novis terris earundem, terras de Ruiffes, Wester Aves cum bruerio, Inschestellie, Eister Aves cum bruerio, Argye cum novis terris et bruerio ejusdem, ter. de Roishauch, Kintray cum bruerio et novis terris ejusdem, Terras, Barreley, Foulblair, partem de Darneway vocatam *lie* Maynis de D., cum manerie et castro, cum tenentibus &c. omnium suprascriptorum, in comitatu Murravie, vic. de Elgyn et Forres :—TENEND. de rege :—cum warrantizatione quod suprascripta persolverent 70 celdras victualium annuatim :— cum precepto sasine :—TEST. Hen. commendatario de Sanct-Colmes-Insche patrueli dicti Jac., D. Thoma Ker de Hirta milite, Jo. Gordoun in Rynie, Alex. Done, Jac. Andersoun servitore dicti marchionis (scriptore carte), connotariis :—Apud Huntlie, 1 Nov. 1607] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 138.

518. Apud Edinburgh, 27 Jun.

REX,—cum consensu &c. (164.),—confirmavit cartam Georgii comitis de Huntlie domini Gordoun et Badyenoch (postea marchionis de Huntlie),—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis ex consensu regis et quorundam dominorum secreti concilii initi inter quondam Esmum Lenocie ducem comitem Darnelie dominum Tarboltoun, Dalkeith et Aubigny magnum camerarium Scotie ab una, et dictum Geo. cum consensu D. Joannis Gordoun de Lochinvar et quond. D. Patricii Gordoun de Auchindoun militum curatorum suorum ab altera partibus, de data 20 Aug. 1581, —vendidit HENRIETE STEWART sponse sue future, filie legit. maxime natu inter dict. Esmum et Dominam Katherinam Belsax ejus sponsam procreate, in ejus pura virginitate, in vitali redditu,—terras, dominia baroniasque forestarum de Boyne et Enzie, cum castris, maneriebus, molendinis, piscationibus in aquis dulcibus et salsis, tenentibus &c., vic. Bamff; terras de Awchindrwyne Ovir et Nather, Tulletermont, Ernehill et Haddow, vic. de Aberdene; annuum redditum 300 lib. de promptioribus firmis terrarum baronie et dominii de Strabogy infra parochias de Ruthven et Pittarie, vic. Abirdene :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine directo Joanni Hammiltoun in Achbeigis :—TEST. Alex. Gordoun fratre germano dicti Geo., Alexandro Murray de Cowbardye, Joanne Drummond, Jac. Futhie, Alex. Hepburne, servitoribus dicti Geo. :—Apud Falkland, 18 Jul. 1588] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 139.

519. Apud Edinburgh, 28 Jun.

REX concessit et de novo dedit THOME WRQUHART de Bourisyeardis, et CRISTINE MONRO ejus sponse,—terras de Bourisyeardis, Half-Hilbank, Litle Cruke, Mekill Cruke et Wysemanis-aikeris, terras de Lie jacen. infra communiam burgi de Forres ex boreali parte ejusdem, terras vastas extenden. ad 2 particatas et ulterius jacen. ex australi parte ecclesie parochialis dicti burgi, a platea ad terras de Hanyngis (inter terras quondam Alex. Duff et Blakeislandis), vic. de Elgin et Forres;—quas idem Tho. resignavit;—necnon 2 acras ex australi parte dicti burgi (inter terras heredum quond. Alexandri Wrquhart de Bourisyeardis, et viam publicam ducen. ad capellam Divi Leonardi);—que olim ad capellanum Divi Duthasi pertinuerunt;— et quas omnes rex incorporavit in liberam tenandriam de Bourisyeardis :—TENEND. dictis Tho. et Cris. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Tho. de corpore legit. procreandis quibuscunque, quibus def., Thome Wrquhart de Cromartie et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus def., propinquioribus et legit. heredibus masc. quibuscunque cognomen et arma de Wrquhart gerentibus ei in terris et hereditatibus de Cromartie succedentibus :— PROVISO quod si suprascripta ad dictum Tho. W. de C. et ejus heredes masculos caderent, dicti Tho. W. de C. &c. persolverent heredibus fem. de corpore dicti Tho.

W. de B. 10000 merc., inter eas dividenda discretione dicti Tho. W. de B. si superstes foret, et casu ejus decessus, dicti Tho. W. de C., Joannis Wrquhart de Craigfintrie, Georgii Monro de Tarrell et M. Joannis Monro rectoris de Tarbet, eorumque heredum masc. in legitima etate existentium :—REDDEND. pro Lie et terris vastis 26 sol. 8 den., pro dictis 2 acris 13 sol. 4 den., feudifirme ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ;—pro ceteris jura et servitia debita et consueta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 335.

520. Apud Grenewich, 28 Jun.

REX, pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 228),—concessit LUDOVICO LENOXIE DUCI com. Darnelie dom. Torboltoun, Methven et Oboney, magno camerario et sublimi admirallo Scotie, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Mernis, Drippis et Nethir Pollok, cum castris, maneriei locis, molendinis, piscationibus, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum, beneficiorum et capellaniarum, in baronia et vic. de Renfrow ;—que in manibus regis et Henrici principis devenerunt ob forisfacturam Joannis olim dom. Maxwell :—REDDEND. dicto principi unum par calcarium deauratorum nomine albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 340.

521. Apud Edinburgh, 28 Jun.

553. Apud Edinburgh, 2 Aug.

REX confirmavit cartam Archibaldi com. Argathelie,—[qua, pro servitiis sibi prestitis, ad feudifirmam dimisit consanguineo et servitori suo M. GEORGIO ERSKYN, fratri germano Thome Areskin equitis,—10 librat. terrarum de Buchan nuncupatas Maynes et Eist-thrid de B. cum molendino, et villa supra montem *lie Abone-the-craig* nuncupat. Glencavertis, in tribus sedibus divisa, cum balliatu totius baronie de Buchan extendentis ad 20 librat. terrarum, in dicta baronia, vic. Sterling:—TENEND. dicto Geo. et heredibus ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, dicto Arch. et heredibus suis quibuscunque, de dicto Arch.:—REDDEND. pro Maynis et Eist-thrid 10 lib., pro dicto molendino 40 sol., pro terris de Glencavertis 3 lib. si peterentur tantum; et 20 lib. in introitu heredum:—et si suprascripta recidissent heredibus dicti Arch. ipsius de corpore non procreatis, dicti heredes non introirent priusquam persolvissent heredibus dicti Geo. et assignatis quibuscunque summam 1000 aureorum *lie Frensche crounis*:—cum precepto sasine directo Umphredo Cwnynghame vicario de Kilmacolme:—TEST. Jo. Prestoun de Valefeild, Wil. Alexander de Menstrie-maynis, M. Jo. Sempill fratre germano M. Jacobi S. de Beltreis (scriptore carte), M. Alex. Colvill fratre germano Joannis abbatis de Culros, Jac. Areskyn filio quondam Adami, Jacobo Droim:—Lutetie Parisiorum, 31 Maii 1600]:—ULTERIUS suprascripta dicto Georgio, tunc intitulato D. Geo. Erskyn de Buchan militi, quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 255.

554. Apud Edinburgh, 3 Aug.

REX,—cum consensu &c. (135.),—confirmavit cartam Patricii Lochmalonie de eodem,—[qua,—pro perimpletione cujusdam alienationis litere,—cum consensu Eliz. Strang sponse sue, vendidit ANDREE COWPER in Rownygallie, et JEANNE WEYMIS ejus sponse,—duas portiones occidentalis lateris ville et terrarum de Lochmalonie vocatas Clubstoun et Westbarnis (quarum una pars *lie cottage* per Nic. Lochmalonie, altera per Jo. Cowper in Rathillet tunc occupata est), specialiter bondat. (viz. incipiendo ad Sanct-Johnniswell &c.), cum communi pastura et libertate fodiendi *lie fewall*, *faill* et *devott* in quavis parte more *lie* Rathillet-Podokmure usque ad terras arabiles de Rathillet per Jo. Russall occupatas,—et, in speciale warrantum earundem, reliquas terras de Lochmalonie, cum manerie, molendino, terris molendinariis &c.,—infra parochiam de Kilmenie, vic. de Fyff:—Tenend. dictis And. et Jean. in conjuncta infeodatione et vitali redditu, heredibusque inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti And. quibuscunque, irredimabiliter, de rege:—cum precepto sasine:—Test. Petro Ferrie, Jo. M'Kathie, Rob. Cowper in Rathaleit, Jo. Mitchell servitore dicti And.:—carta scripta per Davidem Wemys notarium publicum:—Apud Lochmalonie, 16 Nov. 1607]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 346.

555. Apud Edinburgh, 7 Aug.

REX confirmavit cartam D. Willelmi Anstruther de eodem militis,—[qua,—cum consensu Roberti A. fratris sui germani, et Willelmi Barclay de Innergellie,—pro perimpletione contractus de data apud Edinburgh et . . ., 3 Aug. et . . 1611,—vendidit PATRICIO BLAK primo sartori Henrici ducis de Waillis et Rothesay Magne Britannie principis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras, villam et baroniam de Anstruther, cum fortalicio, manerie, terris dominicalibus *lie* Maynis, molendinis, terris molendinariis, piscariis, carbonibus, cunicularis *lie lynkis*, advocationibus ecclesiarum et capellaniarum, tenentibus &c., vic. de Fyff:—Tenend. de rege:—cum precepto sasine directo Alex. Blak burgensi de Anstruther:—Test. Adamo Lawte scriba, Daniele Melvill (scriptore carte) et Tho. Forbes ejus servitoribus, Patricio Dickesoun servitore dicti Pat. Blak, Wil. Walker servitore dicti D. Wil., Davide Alescunder burgen. de Edinburgh:—Apud Edinburgh et . . ., 7 et . . Aug. 1611]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 349.

556. Apud Edinburgh, 8 Aug.

REX,—cum consensu &c. (135.),—ad feudifirmam dimisit et de novo quitteclamavit GEORGIO SLEICH (filio et heredi apparenti quondam Patricii S. filii legit. natu maximi quond. Roberti S. commorantis apud capellam Marie Magdalene), heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—4 acras terrarum aut eocirca jacen. prope et circa dict. capellam, et eandem capellam cum ejus horto, in baronia de . . ., vic. Beruik;—que olim ad decanos ecclesie collegiate de Restalrig pertinuerunt; et de quibus dicti Rob. et Pat. fuerant hereditarii feudifirmarii et nativi tenentes dictis decanis:—Reddend. 16 solidos feudifirme antique, et 2 sol. nove augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et si tres termini insimul concurrerent insoluti, presens infeofamentum expiraret; necnon observando &c. (*ut in carta* 4):—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 313.

557. Apud Edinburgh, 8 Aug.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 188),—cum consensu &c. (135.),—confirmavit cartam Hugonis com. de Eglingtoun domini Montgomerie et Kilwyning,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, ad feudifirmam dimisit WILLELMO MURE de Glanderstoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—26 solidatas 8 den. terrarum antiqui extentus de South Murehous alias *lie* Bonytounmure, in baronia de Eglischem, vic. de Renfrew:—Reddend. dicto com. 12 lib. feudifirme:—cum clausula warrantizationis, excepto rentali dictarum terrarum concesso Roberto Watsoun lanio burgensi

Glasguen. :—cum precepto sasine directo Joanni Mure in Glanderstoun :—TEST. Jo. Michaell in Dykis de Ardrossane, Jac. M. ejus filio, Jo. Dunlope notario (scriptore carte) :—Apud Eglintoun, 29 Oct. 1610] : —INSUPER dictas terras quitteclamavit :— TEST. 100. 46. 92. 112. 72. 86. 49. 115. xlvi. 336.

558. Apud Edinburgum, 16 Aug. REX,—cum consensu &c. (165.),—confirmavit cartam factam per Wil. Bannatyne de Garsay, et Jo. B. ejus filium legit. secundogenitum, et per dictum Wil. pro dicto Jo. tanquam ejus tutorem,—[qua,— pro perimpletione contractus de data apud Westmester, . . Nov. 1610,—vendiderunt JOANNI DOMINO KINCLEAVIN magistro de Orknay, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,— 6 denariatas terrarum de Brasuik, cum insulis vocatis *Pentland-Skarreis Litill and Meikill*, 5 den. terrarum in Thorigar, 3 obulos terrarum in *lie* Hall de Holland, 1 ob. in Surkquoy, 1 ob. vocat. Rammsquoy, cum decimis et decimis garbalibus omnium suprascriptorum, in unam tenandriam de Brasuick incorporatas, cum *lie towmailis* &c., 1 ob. terrarum vocat. Lochmailling, particatam in Sanduick vocat. *the Ruidkirkland*, preposito de Orknay spectan., in parochia australi de Sanct-Marie, insula de South Rannaldsay, regalitate et vic. de Orknay; necnon $\frac{3}{8}$ nummate terrarum vocat. Brewland jacen. in Stewis, $\frac{3}{8}$ num. in Hoxa, dicto preposito spectan., in boreali parochia de Sanct-Marie, insula, regalitate et vic. antedictis :—TENEND. de rege in feudifirma :—cum clausula warrantizationis, excepta summa 300 merc. pro qua dicte terre impignorate fuerant Eastero Thomsoun sponse Hugonis Halcro de eodem :— cum precepto sasine directo Francisco Mudie de Braiknes :—TEST. Rob. Menteith de Eglischaw, Alexandro Drummound, Jo. Cuthbertsoun, famulis dicti domini, Davide Moysie scriba :—Apud Westmester, 22 Nov. 1610] :—INSUPER suprascripta dicto domino de novo dedit, et in liberam tenandriam de Brasuik incorporavit :—REDDEND. pro Brasuik 13 libras 2 sol., pro Thorogar 11 libras 4 sol. 8 den., pro-Holland 45 sol. 6 den., pro Surquoy et Ramsquoy 21 sol. 10 den., pro Pintland-Skarreis 3 lib. 6 sol. 8 den., pro Ruidkirkland *ane maill of malt*, pro Lochmailling 5 *maillis of malt*, pro Brewland 3 *mailis of malt*, pro Hoxa 3 *maillis of malt* (vel pro quolibet *lie meill* 6 sol. 8 den.), et 6 sol. 8 den. augmentationis, in toto 35 lib. 7 sol. 4 den. feudifirme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 446.

559. Apud Edinburgh, 17 Aug. REX,—cum consensu &c. (135.),—concessit et de novo dedit JOANNI DOMINO BORTHUIK, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Heriot et Heriotmure cum pendiculis, viz. superioritatem de Dewar et Fawlahill, terras de Garwald, Ladysyde, Raeschaw, Carcant, Ovir et Nather Ruchswyris, villam de Heriote extenden. ad 11 terras husbandias, terras de Heriothous, Schostanis, superioritatem de Corhoip (vel Corshoip), de Halheriot et de molendino de Heriot, terras de Moit de Lochquharrat et earum castrum nuncupat. castrum de Borthuik, cum villa hujusmodi, superioritatem dimidietatis terrarum de Middiltoun nuncupate orientalis partis earundem, terras ecclesiasticas de Lochquharrat vocatas Torcraik, vic. Edinburgh principali ;—quas Rob. com. de Lowthiane resignavit ; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Hereotmure, ordinando castrum de Borthuik principale fore messuagium :—REDDEND. pro dictis terris ecclesiasticis 40 sol. feudifirme ; et observando &c. (*ut in carta* 4) ;—pro ceteris unam rubram rosam nomine albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 359.

560. Apud Edinburgh, 17 Aug. REX concessit et de novo dedit JACOBO MARCHIONI DE HAMMILTOUN com. Arranie dom. Even &c., heredibus ejus masc. et tallie et assignatis quibuscunque, —terras de Eister et Westir Saltcoittis, $3\frac{1}{2}$ bovatas cum 3 *lie Coitlandis* terrarum etiam *lie* Saltcottis nuncupatas (per quondam Davidem Forrester occupatas), terras *lie* Carrounflatt, terras de Daratho, Insche, Carsybank, terras de Polmound tam superiores quam inferiores, cum molendino,

terris molendinariis &c., terras de Littill Kers, Hill, Ovir Gilstoun, Brokinheuk et Reidheuch, Littil et Nethir Gylstoun, Quhytsyde, Ridding, Middilrig, Lethame et Lethamedaill, cum molendinis, terris molendinariis &c., terras de Mwmmerallis, Clerkistoun, Elrig, Caldcoittis, cum piscaria terrarum de Reidcobill, et communi piscaria terrarum de Hewk et aliarum terrarum infra bondas dominii de Kers tam in aqua dulci quam in mari de Forthe (exceptis piscariis de Grange et aliis piscariis antea per commendatarium et conventum de Halyrudehous in feudifirma locatis), cum tenentibus &c. omnium suprascriptorum, vic. Striveling et Lynlithgow; cum earum feudifirme firmis et aliis devoriis; et cum privilegio regalitatis et officio hereditario balliatus et justiciarie omnium suprascriptorum;—quas (antea per dictum Jacobum tentas de Willelmo Bellenden de Brochtoun filio et herede quondam D. Jacobi B. de B. militis) dictus Willelmus, cum consensu Domine Eliz. Ker domine Brochtoun matris sue ac tutricis testamentarie, et aliorum amicorum suorum, resignavit; et quas rex de novo incorporavit in liberum dominium, baroniam et regalitatem de Abbotis-kers, ordinando villam de Polmond capitale ejus burgum fore; cum potestate curias tenendi, *lie wapinschawis* congregandi &c.;—necnon erexit dict. VILLAM DE POLMOND—in liberum burgum regalitatis; cum potestate dicto marchioni creandi ballivos, burgenses, consules &c.; et cum libertate burgensibus *lie pack* et *peill*, emendi et vendendi &c.; et habendi pretorium et crucem foralem, et forum hebdomadatim die Lune, cum libero nundino annuatim 26 Jul., pro 8 diebus indurante, cum custumis &c.; cum potestate dicto marchioni resignationes terrarum &c. dicti burgi recipiendi et easdem quibuscunque personis disponendi, curias burgales tenendi &c.:—et rex voluit quod unica sasina apud dictam crucem foralem capienda pro omnibus suprascriptis staret:—RESERVANDO dicto Wil. ejusque heredibus, eorumque feudifirmariis et tenentibus de Abbottisgrange, libertatem commonie et communis pasturagie super communem moram de Ridding, et lucrandi vulgo *to cast and wyn fewall*, *faill and dovettis, peittis, turvis and heddir thairupone*:—REDDEND. 30 lib. albe firme; et hoc pro relevamine dicti Wil. unius partis albe firme 200 lib. in ejus infeofamento terrarum, baronie et regalitatis de Brochtoun contente:—TEST. 46. 92. 112. 72. 86. 49. 115. xlvi. 392.

561. Apud Bewlie in Hempschyre, 19 Aug. REX concessit familiari servitori suo D. JACOBO ERSKINE de Craig equiti aurato, uni generosorum cubiculi sui, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Tullibody, cum tenentibus &c., et molendinis, vic. de Clakmannane;—quas Joannes Seytoun de Touch resignavit:—INSUPER rex,—memorie revocans servitium sibi per quondam Alex. Erskyne magistrum de Mar, patrem dicti Jac., in educatione et custodia sua durante tenera etate sua; et recognoscens quod dictus Jac. a sua infantia tanquam domesticus regis famulus cum rege semper educatus fuit, et in regis maximis periculis semper adfuit, presertim A.D. 159 [1], quo tempore Franciscus olim com. de Bothuell cum diversis suis complicibus palatium de Hallieruidhous per vim intrabat, et dictus Jac. pro legali servitio regi tunc prestito a rege per dictum Franc. violenter exclusus fuit; et perpendens periculum cui dictus Jac. se exposuit in resistentia proditionis per Jo. olim com. de Gowrie et quondam Alex. Ruthven ejus fratrem in burgo de Perth 5 Aug. 1600 in regiam personam pertentate,—suprascripta dicto Jac. de novo dedit, cum salmonum piscaria super aqua de Doven versus dict. terras (viz. ab aqua de Forth ad *lie* Cobill-cruik), cum potestate *lie cruives* habendi; et suprascripta de novo incorporavit in liberam baroniam de Tullybody:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta; taxando wardam &c. ad 100 lib., et maritagium ad 1000 merc.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 264.

562. Apud Placitum de Bewlie, 21 Aug. REX,—cum consensu &c. (135.),—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit D. ROBERTO KER de Ancrum militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Withchester, cum piscariis,

molendino, terris molendinariis &c., vic. de Berruik;—que olim ad prioratum de Cauldstreame pertinuerunt :—REDDEND. 15 lib., et 3 sol. 4 den. nove augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; necnon observando &c. (*ut in carta* 4) :—TEST. 99. 46. 93. 112. 72. 86. 49. 115. xlvi. 250.

563. Apud Edinburgh, 22 Aug.

REX,—cum avisamento &c. (148.),—confirmavit [1] cartam quondam Anne Maitland, filie quond. Joannis dom. Thirlestane cancellarii Scotie,—[qua,—cum consensu Roberti magistri de Wintoun sponsi sui, Jacobi magistri de Paislay (postea com. de Abircorne), Ricardi Cokburne feodatarii de Clerkingtoun militis secreti sigilli custodis, et Thome Hammiltoun de Preistfeild, curatorum suorum, et cum consensu (quond.) Domine Jeanne Fleming comitisse de Cassillis domine liberetenementarie infrascriptorum, et Joannis com. Cassilisse dom. Kennedie sponsi dicte Jean.,—pro perimpletione contractus matrimonialis inter (quondam) Rob. com. de Wintoun dom. Setoun, Margaretam Montgomerie conjugem ejus, dict. magistrum de W. eorum filium et heredem apparentem, et Walt. Dundas de eodem militem et Pat. Levingstoun de Saltcoittis eorum cautionarios, ab una, et dictam Jean. cum consensu ejus sponsi, dict. Annam cum consensu dict. curatorum, et Jo. Cokburne de Clerkingtoun, dictum Ric., Jac. Hereot de Trabroun et Rob. H. ejus filium et heredem apparentem, cautionarios dicte Jeanne, ab altera partibus, de data 29 et 31 Jan. 1603, in libris dominorum concilii registrand.,—vendidit dicto ROBERTO COMITI DE WINTOUN in vitali redditu, et ALEXANDRO SEYTOUN ejus filio tertiogenito, heredibus ejus et assignatis, hereditarie,—sub reversione 7000 merc.,—terras de Thankertoun, vic. Lanerk; annuum redditum 50 lib. de terris de Kers, vic. Striviling :—REDDEND. regi pro Thankertoun jura et servitia debita et consueta; pro dicto ann. red. unum par calcarium deauratorum nomine albe firme :—cum precepto sasine :—TEST. Gilb. Ros preposito de Mayboll, Tho. Young scriba signeto, Rob. Fleming in Clydesyd, Wil. Fleming servitore dicti com. Cassilisse :—carta scripta *ut in carta* 137 :—Apud Edinburgh, 4 Mar. 1603] :—[2] cartam D. Alexandri Seytoun de Foulstruther militis, filii legit. tertiogeniti quond. Roberti com. de Wintoun dom. Seytoun,—[qua vendidit JOANNI DOMINO THIRLESTANE, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—dict. terras et ann. red. :—RESERVANDO redemptionem eorundem Joanni domino Flemyng et ejus heredibus tallie pro 7000 merc.; et assedationis literas dicto dom. F., tunc comiti de Wigtoun, concessas :—REDDEND. *ut sup.* :—cum precepto sasine directo Rob. Fleming filio Roberti F. de Clydesyde :—TEST. Alex. com. de Dumferling magno cancellario Scotie, Geo. com. de Wintoun, Wil. Inglis et M. Jo. Hay servitoribus dicti comitis de Dumfermeling :—carta scripta *ut in carta* 137 :—Apud Edinburgh, 24 Jun. 1611] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 386.

564. Apud Edinburgh, 30 Aug.

REX confirmavit cartam Georgii Lundy de Gorthie,—[qua,—pro perimpletione litere obligatorialis de data 10 Maii 1611, ac pro 10000 merc. sibi per Jac. Murray fratrem D. Davidis M. infrascripti persolutis,—vendidit D. DAVIDI MURRAY militi, generoso in cubiculo cubatorio principis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, sub reversione,—annuum redditum 1000 mercarum de *lie* Maynis de Gorthie cum manerie, molendino, terris molendinariis &c., in baronia de Gorthie, vic. Perth;—necnon, in speciale warrantum ejusdem, dimidietatem dictarum *lie* Maynis, integram maneriem et molendinum de Gorthie cum ejus terris &c. :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine :—TEST. Jo. Vaus de Fernocht, Walt. et Jo. Lundyis fratribus dicti Geo., Antonio Quhyte scriba signeti regii, Rob. Alexander servitore dicti Geo. :—carta scripta per Georgium Banermane servitorem dicti Ant. :—Apud Gorthie, 17 Maii 1611] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 252.

565. Apud Edinburgum, 30 Aug.

REX confirmavit cartam Patricii Drummound de Mylnabe,—[qua, pro perim-

pletione contractus de data presentium,—cum consensu Jacobi D. filii sui feodatarii de M., necnon Henrici Drummound de Balloche pro ejus interesse tanquam filii et heredis quondam Georgii D. de B.,—vendidit PATRICIO DRUMMOUND de *lie* Kirkland de Strogaith, et KATHERINE DRUMMOUND ejus sponse,—terras de Galwalmoir &c. (*ut in carta* 57):—TENEND. dictis Pat. D. de K. et Kath. in conjuncta infeodatione et vitali redditu, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. sive assignatis dicti Pat. D. de K. quibuscunque, irredimabiliter, de rege in feudifirma:—REDDEND. 10 lib. 6 sol. 8 den., *ane mairt*, et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; necnon observando cetera in infeofamento dicti Pat. D. de M. contenta:—cum precepto sasine:—TEST. Thoma Drummound de Drummaquhens, Jo. Quhyte in Middill Creiff, Jac. Patone in Kincardin, Joanne Grhame filio Patricii G. in Battin . . . , Pat. Drummound filio dicti Pat. D. de M., Rob. Aissone notario in Creiff (scriptore carte):—Apud Creiff, 7 Mar. 1611]:—PRETEREA suprascripta quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 280.

566. Apud Edinburgh, 6 Sept.

REX concessit BESSETE MONCREIFF in Falkland, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Condlene Eister et Westir, molendinum de Condlene, ejus terras &c., terras de Drummes Ovir et Nather, terras de Powrane, cum manerie, fortalicio, tenentibus &c., vic. Fyff;—que fuerunt Andree Lundy de Condland; et (dicto And. citato ad portum et stationem Lethi quia non fuit infra regnum) 10 Aug. 1611 (comparentibus dicta Bes., Roberto Cowper burgensi de Falkland procuratore Davidis C. ejus patris, Davide Beatoun feodatario de Balfour, Waltero Scot filio et herede quondam Georgii S. burgensis de Dysert, Alexandro Spens de Lathallane, et Jo. Clerk servitore et procuratore Davidis Broun de Fynmonth), dicte terre cum jure assedationis earum decimarum appreciate fuerunt[1] pro 3700 merc. dicte Bes. debitis, et pro 185 mercis pro feodo M. Walteri Ballingall nuncii, vicecomitis in hac parte:—absque prejudicio [1] dicto Dav. Cowper penes villam et terras de Powrane, ei per dict. Andream cum consensu Eliz. Broun ejus sponse concessas per cartam de data 8 Nov. 1605, cum sasina secuta sub signo et subscriptione Stephani Patersoun notarii publici;—[2] dicto Davidi Beatoun penes contractum inter dict. Andream cum consensu dicte Eliz. ab una, et quondam Jo. Chrystiesoun burgen. de Dysert et Helenam Murray ejus sponsam ab altera partibus, de data 28 Maii 1604 (registratum in libris dominorum concilii 20 Feb. 1611), quo dictus And. obligatus est ad infeodand. dictos Jo. et Hel., sub reversione 2800 merc., in villa et terris de Westir Condlene; cum instrumento sasine de data 28 Maii 1604, sub signo et subscriptione quond. Joannis Williamsoun notarii publici, et cum assignatione per dictos Jo. et Hel. desuper facta dicto Davidi B., et ejus assignatis in ejus vita, quo deficiente, Roberto B. ejus filio secundogenito, de data 16 Dec. 1605;—[3] dicto Walt. penes dict. terras de Drwmes, et terras de Powrane in warrantum earundem, dicto Geo. per dictum And. cum consensu dicte Eliz. alienatas per cartam de data 24 Maii 1599; cum sasina secuta sub signo et subscriptione Jacobi Scott notarii publici; cum retornatu generali dicti Walt. tanquam heredis dicti Geo., de data 20 Jul. 1611;—[4] dicto Alex. Spens penes contractum inter dictos And. et Eliz. abuna, dictum Alex. ab altera partibus, de data 27 Nov. 1601 (registratum in libris dominorum concilii 9 Jul. 1610), quo dictus Andreas

[1] The bond was dated 19 and . . June 1606 (recorded in the books of council 24 July 1609), and granted by said And. Lundie, and Geo. Aytoun of Inchedernie his cautioner, in favour of said Besseta Moncreiff, whom failing, of Alex. Fairny her son. Names of assize:—Walt. Heriot younger of Ramordny, Andrew Bichartoun of Casche, Jas. Bonar of Rossie (chancellor), Jas. Maxwell elder and Ric. M. his son portioners of Auchtermuchtie, John Layng there, John Avarie, Thomas Melvill, And. Sibbald, George Strachan, And. Law, burgesses of Falkland, Wil. Cowper, Andrew Burrell younger, John Burrell younger, Thomas Burrell younger, portioners of Frewquhy.

obligatus est ad infeodand. dictum Alex. et Katharinam Alexander ejus sponsam in annuo redditu 200 merc. de terris de Condlene, sub reversione 2000 mercarum; cum instrumento sasine secute de data 16 Jan. 1602, sub signo et subscriptione dicti Steph. Patersoun; necnon personalem obligationem dicti And. ad persolvend. dicto Alex. 856 lib., cum 100 merc. pro damno et interesse (de data 21 Feb. 1606, registratam in dictis libris 20 Jul. 1610);—[5] dicto Davidi Broun penes assignationem ei per dictum And. factam de litera reversionis per dictum Geo. Scott concessa, continente summam 6400 mercarum, de data 24 Feb. 1611:—et voluit rex quod dictus And., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque summas, pro quibus suprascripta appreciata fuerant, cum expensis persolverent infra septennium:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 140.

567. Apud Edinburgh, 13 Sept.

REX,—pro se et tanquam administrator filii sui Henrici principis et senescalli Scotie,—concessit et de novo dedit D. GEORGIO ERSKINE de Boquhane militi, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Auchtermachnie (exceptis terris de Kylldynnie), cum fortalicio, manerie loco, molendinis, piscationibus, tenentibus &c., vic. Perth; terras de Inverteill antiquitus vocatas baroniam de I., comprehenden. terras dominicales de I. cum manerie loco, *lie* Brig et terras de Briglands vocat. villam S. Katherine, cum capellana et donatione capellanie S. Katherine, cum domibus circa dictam capellanam, cum carbonibus, lapicidiis, *lie lyme-quarrellis*, molendino, terris molendinariis &c., salmonum aliisque piscariis tam in aquis salsis quam dulcibus, vic. Fyiff;—necnon, in speciale warrantum de Inverteill (et terrarum de Balweirie cum fortalicio, manerie loco, molendino, in regalitate de Dumfermling, vic. de Fyiff), terras et baroniam de Glengarnok, cum castro, molendino, et lacu ejusdem vocato Lochtanckart (comprehenden. *lie* Burnis, Bairhill, Lochrig, Stanieholme, Lochend, Dammothane, Plewland, Auchinhove, *lie Boigis* et aquas [*Watteris*] alias Poddockholme, Unthank, Denholme et Brigend, 9 mercat. terrarum de Busbeyis viz. *lie* Mote, Knokintiber et Halliethornis, 40 solidat. de Cherlands [vel Cherrielands], 5 mercat. vocatas tertiam partem de Arneill, ½ mercat. vocat. *lie* Croce, ½ mercatam *lie* Hanganheuch, in balliatu de Cunynghame, vic. de Air; terras de Nether Cochrane cum tenentibus &c., viz. terras de Hag, Wester et Eister Cartsyde, Quarrell, Lonbank, Brandockiehill et Rogerisbank, Hilheid, Greinend et Ferryaikertrie, in baronia et vic. de Renfrew);—quas D. Jac. Cunynghame de Glengarnok miles resignavit:—TENEND. Uchtermachnie et Inverteill de rege, Glengarnok de dicto principe:—REDDEND. pro Inverteill 10 sol. albe firme; pro ceteris jura et servitia antea debita et consueta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xlvi. 265.

568. Apud Edinburgh, 13 Sept.

REX concessit et de novo dedit D. JACOBO STEWART militi, filio legitimo quondam D. Jacobi S. olim cancellarii Scotie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Corswell, cum castro, manerie loco, molendinis, piscationibus, lacubus, parcis, cunicullariis, tenentibus &c., extenden. ad 60½ mercat. terrarum in proprietate et tenandria, in parochiis de Kirkcoim et Stanykirk, vic. Wigtoun; cum advocatione tam rectorie quam vicarie ecclesie parochialis de Kirkcoim ad dictam baroniam unita; terras et baroniam de Garthland, cum castro, manerie loco, molendinis, piscationibus, cunicullariis, tenentibus &c., advocatione tam rectorie quam vicarie ecclesie parochialis de Stanykirk ad dict. baroniam unita, in parochia de Stanykirk, vic. de Wigtoun; terras de Lefnoll, Lochalpine, Carmultiburgh, Mekil Laicht alias Laichtbeg, dimidietatem de Tonylagoth, extenden. ad 18 mercat. terrarum, in parochiis de Inche et Kirkowen, vic. Wigtoun;—quas Uthredus M'Dowell senior de Mondork resignavit:—TENEND. cum privilegio libere foreste:—REDDEND. pro Corswell et Garthland jura et servitia consueta;—pro ceteris 43 lib. 4 sol., et 6 sol. 8 den. augmentationis, nomine feudifirme; necnon duplicando

feudifirmam in introitu heredum et assignatorum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xlvi. 275 (i).

569. Apud Edinburgh, 13 Sept.
REX dedit literas legitimationis MARIE MURRAY, filie naturali Joannis Murray de Dundrennane generosi dormitorii sui.
P.R. i. 137.

570. Apud Edinburgum, 14 Sept.
REX concessit et de novo dedit Domine MARGARETE KER domine Yester, in vitali redditu, et WILLELMO HAY ejus filio secundogenito, et heredibus ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, dicte Marg., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras ecclesiasticas vicarie de Barro, cum gleba, manso, pratis, in villa et territorio de Barro, constab. de Hadingtoun, vic. de Edinburgh ;—quas Wil. Hay de Linplume et M. Jac. Hay de Rainnies, cum consensu Helene Cokburne sponse dicti Wil. Hay de L., resignaverunt :—RESERVANDO liberum tenementum dictis Wil. Hay de L. et Helene ; necnon vicario de Barro et ejus successoribus mansum cum horto ei adjacen. apud ecclesiam ex ejus australi parte :—TENEND. in feudifirma :—REDDEND. 3 lib. ; cum duplicatione dicte summe in introitu heredum ; et si duo termini concurrerent in tertium solutione minime facta, hoc infeofamentum nullius esset valoris :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xlvi. 409.

571. Apud Edinburgh, 27 Sept.
REX,—pro se et tanquam administrator Henrico Magne Britannie principi senescallo Scotie duci de Rothesay et Cornwell dom. Insularum et Chester baroni de Ranfrew filio suo legit. natu maximo,—cum consensu &c. (135.), — confirmavit ROBERTO HUNTAR de Huntarstoun—5 libratas terrarum de South Cames antiqui extentus, in insula de Cumray, vic. Bute ; 5 librat. terrarum de Arneill-Huntarstoun, 5 mercat. de Campbelltoun, 46 sol. 8 den. de Annanhill, omnes ant. ext., cum fortaliciis, maneriei locis, tenentibus &c., in baronia de Robertoun, balliatu de Cwnynghame, vic. Air ;—quas idem Rob. resignavit ; et quas rex ei de novo dedit, cum libertate nisorum nidos unum seu plures infra bondas de South Cames habendi, ac super nisos in eis inveniendos disponendi ad ejus arbitrium, necnon cum privilegio piscarie salmonum et alborum piscium cum cimbis, retibus ceterisque ingeniis in mari infra bondas dictarum terrarum, necnon transportandi *lie wair* a mari pro melioratione dict. terrarum ; et voluit quod unica sasina apud maneriei locum de Huntarstoun capienda pro omnibus staret :—TENEND. dicto Rob. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. ejus de corpore legitime procreand. absque divisione, quibus def., Patricio Huntar filio legit. Willelmi H. de Beneberrie-yairdis, et heredibus masculis inter eum et Jeannam Cwnynghame ejus sponsam, filiam legit. Jeanne H. sororis germane natu maxime dicti Rob., legitime procreandis, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Pat. et successoribus cognomen et arma de Hunter gerentibus, viz. South Cames de rege, cetera de dicto principe :—REDDEND. *ut in carta* 46 :—RESERVATO Margarete Pebillis sponse dicti Rob. vitali redditu de Arneill-Huntarstoun et South Cames :—PROVISO quod liceret dicto Rob. in ejus vita suprascripta alienare et impignorare ; et quod dictus Pat. et heredes masc. ad suprascripta succedentes obligarentur infeodare dictam Jean., in vitali redditu, in annuo redditu 50 bollarum victualium ($\frac{2}{3}$ farine et $\frac{1}{3}$ ordei) de dictis terris :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xlvi. 276.

572. Apud Edinburgum, 11 Oct.
REX,—cum consensu &c. (135.),—concessit et de novo ad feudifirmam dimisit familiari servitori suo BARNARDO LYNDSAY uni generosorum intimi sui cubiculi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—quarteriam terrarum de Ballincreif nuncupatam *lie* Lochhill, in constab. de Hadingtoun, vic. de Edinburgh ;—quam M. Jac. Borthuik de Lochhill et Jac. B. ejus filius et heres apparens, cum consensu Alexandri Dalmahoy de eodem ad cujus instantiam dictus M. Jac. interdictus est, resignaverunt :—REDDEND. 20 merc., et 3 sol. 4 den. augmentationis ; necnon dupli-

cando feudifirmam in introitu heredum; et observando &c. (*ut in carta* 4):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 289.

573. Apud Edinburgum, 11 Oct.
REX,—cum avisamento &c. (148.),—confirmavit cartam Joannis Creichtoun de Straithurd,—[qua,—virtute contractus de data presentium, ac pro 2000 merc. persolutis,—vendidit JACOBO DYKIS mercatori burgensi de Perth et ELIZABETHE WATSOUN ejus sponse in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jac. quibuscunque,—annuum redditum 100 merc. de molendino de Lothok cum ejus terris &c., in baronia de Regortoun, vic. de Perth;—necnon dicto Jac., heredibus ejus et assignatis antedictis,—alium ann. red. 100 merc. de eodem:—REDIMABILES pro 2000 merc.:—REDDEND. regi 2 den. albe firme:—cum precepto sasine directo Wil. Bell servitori dicti Jo.:—TEST. Tho. Narne de Muckarsie, Abrahamo Creichtoun portionario de Banchrie, Pat. C. fratre germano dicti Jo., And. Rollok fratre germano D. Walteri R. de Garne militis, Jo. Bog scriba:—carta scripta per Jo. Schaw notarium:—Apud Perth, 28 Maii 1610]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 432.

574. Apud Edinburgh, 12 Oct.
REX,—cum avisamento &c. (149.),—concessit M. ROBERTO BRUCE de Kynnaird, et MARGARETE DOWGLAS ejus sponse,—6 bovatas terrarum in *lie* Grangeis de Buthkynner (per Alexandrum Crawfourd et Mariotam Levingstoun ejus sponsam occupat.), vic. Striviling;—quas Arch. et Alex. Crawfourdis fratres germani, filii legitimi quondam Joannis Crawfourd in *lie* Grange de Bothkynner, cum consensu Mariote Levingstoun sponse dicti Alex., resignaverunt; et quas rex dictis Rob. et Marg. de novo dedit, cum earum carbonibus, molendinis et piscariis:—TENEND. dictis Rob. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Rob. quibuscunque, in feudifirma:—REDDEND. decimum onus carbonum in dict. terris lucrandorum, 12 bollas ordei, 10 lib. 8 sol., 12 capones, cum areagiis et careagiis debitis et consuet., cum ceteris devoriis quibuscunque in antiquis rentalibus contentis, necnon monasterio de Cambuskenneth 6 bollas frumenti; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum; necnon faciendo &c. (*ut in carta* 476):—SALVIS regi piscationibus salmonum, *grissillis* et *smoltis*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 275 (ii).

575. Apud Edinburgum, 19 Oct.
REX,—cum consensu &c. (135.),—confirmavit cartam D. Willelmi M'Lellane de Auchlane militis,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit D. ROBERTO GORDOUN de Lochinvar militi, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque, sub reversione,—terras et baroniam de Gelstoun, viz. 3 mercat. terrarum de Glenyearrok, 20 solidat. de Litill Quhythill, 20 sol. de Potterland, 3 mercat. de Kilmurren et Glen, 4 mercat. de Meikill Quhythill et Gallowbank (vel Gildowbank), 20 sol. de Newlands, 7½ mercat. de Arrelaynd, 12 mercatas de Inglistoun, molendinum de Gelstoun, 8 mercat. de Bordland, cum fortaliciis, manerierum locis, piscariis, tenentibus &c., in parochia de Gelstoun, senesc. Kirkcudbrycht:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine directo M. Joanni Lyndsay:—TEST. Jo. Broun de Land, Jo. Belschis advocato, Andrea Hay servitore Jacobi Kynneir scribe signeto regio (scriptore carte):—Apud Edinburgh, 27 Nov. 1611 (*sic*)]:—INSUPER suprascripta dicto Rob. de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 288.

576. Apud Edinburgum, 25 Oct.
REX,—cum consensu &c. (135.),—concessit et de novo dedit M. JOANNI SCOTT de Knychtspottie sue cancellarie directori, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Caple-Ovirtoun Thridpairt vocatas, Nethertoun de Caple, cum molendino, terris molendinariis &c., piscariis, fortalicio et maneriei loco, in baronia de Tarvett per annexationem, vic. Fyiff; terras de Eister Pitcorthie, in parochia de Kilrynnie, vic. Fyiff;—quas Alex. Inglis

de Tarvett, cum consensu Marthe Johnestoun sponse sue et Eliz. Carnegie matris sue domine Tarvett, resignavit:—INSUPER rex ratificavit omnes cartas per dictum Alex. cum dicto consensu dicto Joanni desuper concessas; et omnia suprascripta incorporavit in liberam baroniam de Caple, ordinando maneriei locum de *lie* Ovirtoun de Caple vocat. Thridpairt principale ejus fore messuagium:—REDDEND. pro Eister Pitcorthie 11 lib. 16 den. feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; necnon observando &c. (*ut in carta* 4);—pro ceteris 12 den. argenteos nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xlvi. 277.

577. Apud Edinburgum, 28 Oct.

REX confirmavit et de novo in feudifirmam dimisit JOANNI HALYBURTOUN de Mertoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, et post ejus decessum JONETE SINCLAIR ejus sponse in vitali redditu durante ejus viduitate solummodo,—terras de Bouchercott cum mansione, in parochia de Smethholme, vic. Roxburgh (tenden. ad terras et oras de Smelholme nuncupatas *lie* Blaikburne et Standandstane); terras ecclesiasticas vicarie de Mertoun cum gleba, et decimis garbalibus inclusis, in balliatu de Lawderdaill, vic. Berwick;—quas idem Jo. resignavit:—REDDEND. regi (loco abbatis de Dryburgh et vicarii de Mertoun respective) pro Bouchercott 46 sol. 8 den., pro ceteris 4 lib.; ac duplicando feudifirmas in introitu heredum; et observando cetera in originalibus infeofamentis contenta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 433.

578. Apud Edinburgh, 2 Nov.

REX confirmavit cartam Alexandri com. de Drumfermeling dom. Fyvie et Urquhart magni cancellarii Scotie,—[qua,—pro perimpletione litere obligationis de data apud Edinburgh, 12 Feb. 1610, in libris dominorum concilii et supremi senatus registrate eodem die,—vendidit D. JOANNI CAMPBELL de Calder militi, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras ecclesiasticas de Durris vocat. Darris, in dominio suo de Urquhart, vic. Invernes; decimas garbales aliasque decimas et divorias tam rectorie quam vicarie ecclesiarum de Darres (vel Dalcus) et Durres; omnes ab antiquo ad prioratum de Pluscarden annexas, tunc ad dict. dominium spectantes; cum advocatione rectorie et vicarie ecclesiarum parochialium de Dalcus et Durris:—REDDEND. regi 4 lib. albe firme; necnon persone et ministro de Durris 34 lib. 13 sol. 4 den., persone et ministro de Dalcus 11 lib. 8 sol., preter mansiones et glebas dict. ecclesiarum (si que essent):—cum precepto sasine directo M. Wil. Campbell de Brechlay:—TEST. M. Jo. Hay, Wil. Inglis, Jac. Keyth, Tho. Drysdaill, servitoribus dicti Alex., Jac. Mowat servitore dicti D. Jo.:—carta scripta per Martinum Newall servitorem Joannis Buchannane scribe signeto regio:—Apud Edinburgh, 7 Aug. 1610]:—PRETEREA suprascripta quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xlvi. 260.

579. Apud Edinburgh, 7 Nov.

REX,—cum consensu &c. (135.),—confirmavit cartam Davidis Lyndsay tunc de Edzell,—[qua,—pro perimpletione contractus per quondam D. Davidem Lyndsay de Edzell cum consensu suo initi cum personis infrascriptis, de data apud Edinburgh, Leucheris, Craigie, *lie* Maynes de Edzell et Inglismaldie, 20, 21, 24 et 26 Maii, 5 Jun. et 14 Dec. 1610,—vendidit personis infrascriptis, earum heredibus et assignatis quibuscunque respective, sub reversionibus,—terras &c. infrascriptas, cum earum fortaliciis, maneriebus, molendinis, piscariis;—viz. D. DAVIDI CARNEGY de Kynnaird militi terras de Balhevill tam solarem quam umbralem dimidietatem earundem, peciam terre *lie* Lichiscroft, in parochia de Menmure, vic. de Forfare; terras de Blakhauch, Hunthill, Glascori, cum molendino, terris molendinariis &c., terras de Tullybarnis, Auchory, Fynnach, Drumcairne, molendinum de Lethnot cum ejus terris &c., terras de Argyth, M'Kindab, Tullidovy, Bogtoun, Clochquhy, Balfeild, Vittoun et Briklaw (vel Brocklaw), *lie* Maynes de Eister Edzell et *lie* Maynes de Invermark, vic. Forfare;—JOANNI LEVINGSTOUN de Donypace terras de Inverescandie, cum molendinis granorum et fullonum,

terris molendinariis &c., terras bruerias, George-Villis-aikeris et Smyddielandis earundem, terras de Sclaitfuird, Camely, Auchry, Dirahill, Gillowleyis (vel Gallowleyis), in baronia de Edzell, vic. Forfare;—WILLELMO BLAIR de Balgillo solarem dimid. terrarum de Watterstoun, Hiltoun de Watterstoun, et Windischoir vocat. *lie* Bank de Watterstoun, cum molendino, terris molendinariis &c., villam et terras de Dilforth, Craigischinauche, Auchmull, cum molendino, terris molendinariis &c., terras de Dulie (vel Dowlie), Haucheid, Dilhaischny, Dilschamphie, Dilblad (vel Dilblae), Schannell (vel Schannow), et Carnescorrie (vel Cornescorne), vic. Forfare;—M. JEROMIE LYNDSAY de Dynynno terras de Fermertoun, *lie* Johne-Symeris-tak, Lichtounseat, Cathroseat, Belliseat, Dubbitoun, Auchnachry, Balquhaddie (vel Balquhadlie), *lie* Cuikis-aikeris, Courtifwird, Reidfwird, *lie* Newmylne de Ferne cum ejus terris &c., tertiam partem ville et terrarum de Dewquhar, villas et terras de Trosto, Auchloquhy, Ledinhenrie, Eister, Westir et Middill Tullohills, Bruistoun et Quhythillokis, vic. de Forfare;—et DAVIDI LYNDSAY burgensi de Edinburgh terras de Dilquhowber, Ballinsagart, *lie* Maynes de Dalboig cum earum molendino, terris molendinariis &c., et terras bruerias earundem, in baronia de Edzell, vic. Forfare:—REDDEND. regi unusquisque dict. personarum unum denarium albe firme:—cum precepto sasine directo M. Rob. Norie precentori Brechinen., Geo. Wischart seniori de Drymmie, et Davidi Lyndsay filio Alexandri L. de Bordland:—TEST. M. Geo. Forrester, Alexandro Gourlay, servitoribus dicti Dav. Carnegy, Henrico Rolloco fratre Davidis Rollok de Powis:—carta scripta per M. Jo. Duguid fratrem germanum Roberti D. de Auchinhuif:—Apud Edzell, 13 Feb. 1611]:—PRETEREA suprascripta quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 396.

580. Apud Edinburgh, 19 Nov.

REX concessit HUGONI CAMPBELL in Balnagoun, heredibus ejus et assignatis,—thanagium et baroniam de Calder, comprehenden. terras thanagii de Calder cum castro, terras et baronias de Clunes et Bothe, terras de Balmakaith et dimidietatem ville de Rait, vic. de Narne, et per annexationem in dictis thanagio et baronia de Calder; terras de Moy, viz. Moy, Moykers, Moyland, Threiplay, *Orcheard* et *Orcheardlandis* earundem, silvas earum et piscarias tam salmonum quam alborum piscium tam in mari quam amnibus de Fyndorne et Findmonie, cum libertatibus publicarum viarum et communitatum intra omnes dictas terras de Moy consuet., vic. Forres, et per annexationem infra vic. de Nairne; terras de Dumaglas, Kyndeis et Invermarkie, vic. Invernes, et per annexationem in thanagio et baronia de Calder; officium vicecomitatus de Narne et constabularie castri ejusdem, cum *the assyse aill* et assise piscibus &c.; terr. et baroniam de Stranerne, cum castro de Davie, tenentibus &c., *lie bogis*, molendinis, salmonum piscariis in fluvio de Narne a fontibus ad castra (ostia?) ex utroque latere ejusdem, cum privilegio attrahendi et siccandi retia ex utroque latere dicti fluvii, vic. Invernes; cum advocatione rectorie et vicarie ecclesiarum parochialium de Moy, Dunlichtie et Breaven, cum decimis garbalibus aliisque decimis et divoriis earundem, in diocesi de Murray; cum castris, manerierum locis, molendinis, forestis, *lie grassingis*, *scheillings*, pasturis, tenentibus &c.;—que fuerunt D. Joannis Campbell de Calder militis, omnes in thanagium et baroniam de Calder incorporate, et de rege tente per servitium warde; et regi devenerunt ob alienationem variis personis factam absque consensu regis:—cum potestate pro declaratione recognitionis prosequendi:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 266.

581. Apud Edinburgh, 19 Nov.

REX confirmavit cartam Nicolai Rutherfuird de Hundlie,—[qua,—cum consensu Marthee Stewart conjugis sue, et Andree R. filii sui senioris et heredis apparentis,—pro perimpletione literarum obligatoriarum de data presentium, vendidit GILBERTO KER de Lochtour, in vitali redditu, et ROBERTO KER ejus filio natu maximo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, hereditarie et irredimabiliter,—terras de

Tounyettane et Chirritreis, cum pendiculo vocato Bennettisbank, terras de Hayhoip, dimidium unius terre husbandie vocat. *lie* Clois et Barteisbrae, que fuit pendiculum de Hayhop, cum pastura aliisque privilegiis consuetis infra bondas de Kirkyetten, villam (vel vallem) terre vocat. Litle Ruchhauch ex boreali parte aque de Bowbin, extendentes ad 6 libratas terrarum antiqui extentus, in baronia de Gleubett (vel Growbett) per annexationem, vic. Roxburgh ;—quas incorporavit in unam tenendriam de Tounyettan :—REDDEND. regi jura et servitia debita et consueta :—cum precepto sasine :—TEST. M. Joanne Rutherfuird de Lethin, Nic. Rutherfuird polentario burgen. de Jedburgh, Wil. Rutherfuird notario publico, Jac. Mader ludimagistro :—carta scripta *ut in carta* 18 :—Apud Hundalie, 18 Dec. 1610] :—NECNON aliam cartam ejusdem Nic. R. de H.,—[qua,—cum consensu dicti And.,—pro perimpletione &c. (*ut sup.*), vendidit dicto Gilberto, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras &c. suprascriptas (omissis pastura &c. in Kirkyetten) ;—quas incorporavit &c. (*ut sup.*) :—REDDEND. dicto Nic. R. de H. unum den. argenti nomine albe firme :—cum precepto sasine :—TEST. Jac. M'Dowgall de Manerhill, Nic. Rutherfuird burgen. de Jedburgh, M. Jo. Rutherfuird ballivo dicti burgi, Wil. Rutherfuird notario publico :—carta scripta *ut in carta* 18 :—Apud Jedburgh, 31 Jan. 1610] :—PRETEREA suprascripta dicto Gilb. in vitali redditu ac dicto Roberto in feodo de novo dedit ;—et incorporavit &c. (*ut sup.*) :—REDDEND. jura et servitia debita et consueta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 397.

582. Apud Edinburgh, 19 Nov.

REX dedit literas remissionis GEORGIO GRAY in Trumbullis-Baith, pro ejus vita duraturas,—pro adulterio cum Katherina Dowie aliquando in Turnbullis-Baithe commisso. P.R. i. 141.

583. Apud Edinburgh, 21 Nov.

REX concessit et quitteclamavit ISSOBELLE HAMMILTOUN sponse Roberti Steuart de Culbeg, in vitali redditu,—terras de Nether Culbeg, que fuerunt pars terrarum infrascript. ;—necnon dicto ROBERTO STEUART in Culbeg, in vitali redditu, et ROBERTO STEUART filio maximo natu legitime procreato inter eum et dictam Is., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, hereditarie,—5 mercat. terrarum de Culbeg, cum glebariis, pasturagiis, pratis, molendinis, terris molendinariis &c., vic. Striveling ;—quas omnes idem Rob. senior resignavit :—PROVISO quod si dictus Rob. senior, heredes ejus aut assignati, summam 3000 merc. super premonitione 60 dierum infra ecclesiam parochialem de Striveling persolverent, aut in manibus thesaurarii aut decani gilde burgi de Striviling consignarent, haberent regressum ad dictas terras (absque prejudicio vitalis redditus dicte Is.) :—SOLVEND. jura et servitia debita et consueta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 281.

584. Apud Edinburgh, 21 Nov.

REX confirmavit cartam Gulielmi Makclellane de Auchlane, et quondam Domine Katherine Kennedie ejus conjugis,—[qua, pro implemento contractus de data presentium, vendiderunt JOANNI MEKILL burgensi de Kirkcudbrycht, heredibus ejus et assignatis,—annuum redditum 100 lib. de 5 libratis terrarum antiqui extentus de Arelaynd, in baronia et parochia de Gelstoun, senesc. Kirkcudbricht :—REDDEND. dictis Gul. et Kath. unum den. argenti nomine albe firme :—cum clausula warrantizationis, signanter ad manus D. Thome M'Clellane de Gelstoun militis et Domine Agnetis Ahannay ejus conjugis, erga eorum vitales redditus :—cum precepto sasine directo Wil. Foullartoun seniori burgensi de Kirkcudbrycht :—TEST. Joanne Broun de Land, Wil. M'Clellane de Natherthrid, Wil. M'Clellane in Mullok, Jo. Broun de Schamebellie :—carta scripta per dict. Jo. M. :—Apud Auchlane, 5 Oct. 1609] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 284.

585. Apud Edinburgum, 26 Nov.

REX confirmavit [1] cartam Alexandri com. de Lynlithgow dom. Levingstoun et Callender &c.,—[qua,—cum consensu Domine Helenore Hay comitisse de Lynlithgow conjugis sue, Domine Anne Leving-

stoun filie sue legitime, Alexandri magistri de Elphingstoun, Alexandri dom. E. ejus patris, et Domine Eliz. Drummound sponse dicti magistri,—pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit ALEXANDRO BRUCE portionario de Polknaif, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—3 bovatas terrarum de Polknaif (per Arch. Symsoun occupat.),—necnon, in speciale warrantum earundem, terras de Cattiscleuch et duas Carmures cum molendino,—vic. de Striveling:—REDDEND. regi pro Polknaif jura et servitia debita et consueta; pro Cattiscleuch ½ libram cere, pro Carmures unum den., nomine albe firme:—cum precepto sasine:—TEST. Jo. Levingstoun de Litle Fawsyd, Wil. Dalzell servitore dicti comitis, Alex. Osuald portionario de Falkirk, Francisco Somervell, Wil. Elphingstoun, servitoribus dicti magistri, Jo. Elphingstoun filio dicti dom. de E., D. Jo. Bruce de Kincavill milite, Jac. Hammiltoun de Wilcoksholme, Geo. Bruce filio quondam capitani Jac. B., Alex. Lyntoun servitore dicti magistri de Elphingstoun:—carta scripta *ut in carta* 49:—Apud Edinburgh, Lynlithgow et Rossy, 2, 3 et 11 Aug. 1611]:—[2] cartam dicti magistri de Elphingstoun,—[qua,—cum consensu dictorum patris et sponse, dicti comitis et ejus conjugis et filie,—pro perimpletione &c. (*ut sup.*),—vendidit dicto Alex. Bruce, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras suas de Polknaif, cum piscariis, tenentibus &c. (per Alex. Logane, Jo. L. ejus filium et Jo. Symsoun occupat.),—necnon, in speciale warrantum earundem, terras de Craigorth, in baronia de Elphingstoun,—vic. de Striveling:—REDDEND. regi jura et servitia debita et consueta; taxando wardam &c. ad 20 merc., et maritagium ad 100 merc.:—cum precepto sasine:—TEST. *ut supra* (omissis D. Jo. Bruce, Jac. Hammiltoun et Geo. Bruce):—carta scripta *ut in carta* 49:—Apud Edinburgum et Rossie, 2 et 11 Aug. 1611]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 278.

586. Apud Edinburgum, 26 Nov.

REX dedit literas legitimationis ALEXANDRO DEMPSTER in Dornoche, filio naturali Joannis D. ibidem. P.R. i. 144.

587. Apud Edinburgh, 28 Nov.

REX concessit JOANNI THOMSOUN juniori fratri quondam Katherine T. relicte Joannis Wilsoun mercatoris burgensis de Edinburghe, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—tenementum terre olim vastum tunc edificatum in *lie* Cowgait burgi de Edinburgh (inter terras quond. Roberti Bynnie postea And. Hammiltoun tunc Mariote Cunynghame domine Ley senioris, terras olim quondam Jo. Bretoun postea heredum quondam Rob. Lyne tunc heredum quondam Rob. Leneische, Walt. Carmichaell et Joannis Pilloun, terras olim quondam Alex. Galloway postea heredum quond. Wil. Frost tunc Caroli Strudgeoun, et viam publicam ad *lie* Grayfreir-port) ;—quod fuit quondam Thome Wilsoun filii naturalis dicti Jo. W., per eum a dicta quondam Mariota conquestum ; et regi devenit per decessum dicti Tho. bastardi, aut tanquam ultimo heredi dicte Mar. :—TENEND. in libero burgagio :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 422.

622. Apud Edinburgh, 20 Feb.

REX concessit et de novo dedit PATRICIO

LANGLANDS juniori portionario de Collace et feodatario ejusdem, et AGNETI OGILVIE ejus sponse future, filie legitime quondam Joannis O. de Dyntrwne,—quarteriam terrarum de Collace cum manerie (quondam occupat. per Davidem Langlandis), quarteriam de Littill Buttirgask, vic. de Perth;—quarteriam terrarum de Brydingstoune (per Alex. Clark et Jo. Nicoll occupat.), vic. Forfare;—quas idem Pat., et Pat. Langlands senior portionarius de Collace ejus pater, resignaverunt:—RESERVANDO dicto Pat. seniori vitalem redditum solaris dimidietatis dicte quarterie de Brydingstoun:—TENEND. dictis Pat. juniori et Ag. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Pat. junioris quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 428.

623. Apud Edinburgh, 20 Feb.
REX confirmavit cartam Jacobi comitis Moravie dom. Abirnethie et Doun,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, ad feudifirmam dimisit MARCO DUNBAR de Grainghill, et ISSOBELLE FALCONAR ejus conjugi,—terras de Wester et Eister Dunduff, et Kincorthie, in comitatu Moravie, vic. de Elgeine et Forres:—TENEND. dictis Marco et Is. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Marci et assignatis quibuscunque, irredimabiliter, de dicto com.:—REDDEND. pro Wester Dunduff 14 libras, ½ martam, 2 muttones, 12 pultreas, 2 bollas avenarum, pro Eister Dunduff 9 lib. 6 sol. 8 den., ½ martam, 2 muttones, 12 pultreas, 2 bol. avenarum, pro Kincorthie 24 bol. hordei, 6 capones, 6 pultreas, 4 anseres (dictis victualibus deliberandis infra villam de Darnuay vel apud aquam de Findorne in optione dicti com.; et casu non tempestive deliberationis dict. victualium, solvendo pro eis pretia per commissarios de Murray secundum fora ejusdem modificata, preter 40 sol. pro unaquaque bolla pro damno et interesse); et relevando dictum com. de taxationibus dict. terrarum; et duplicando feudifirmam in introitu heredum; necnon prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia dicti comitatus, et comparendo in ceteris curiis ejusdem cum citati essent:—cum clausula warrantizationis, excepta solutione astrictarum multurarum molendino de Erlismylne vel alii molendino cui dicte terre astricte sunt:—cum precepto sasine directo Willelmo Falconar de Logie et Pat. Dunbar in Muretoun:—TEST. Hen. commendatario de Sanct-Colme, Hugone Falconar in Inverlochtie, Wil. Falconar in Logy, Alex. Done servitore dicti comitis (scriptore carte), Marco Mawer de Mawerstoun commissario de Murray, M. Samuele Falconar camerario dicti comitis:—Apud Darnuay, 2 Nov. 1608]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 429.

624. Apud Edinburgh, 20 Feb.
REX dedit literas remissionis JOANNI KELLO burgensi Vicicanonicorum, pro ejus vita duraturas,—pro interfectione Andree Portar sartoris burgen. dicti burgi subito A.D. 1611 commissa. P.R. i. 149.

625. Apud Edinburgh, 20 Feb.
REX confirmavit [1] cartam Alexandri Fairlie de Braid,—[qua concessit NICOLAE DUNDAS conjugi sue, in vitali redditu,—terras de Over Plewlandis alias Greinbank, terras de Nethir Plewlandis, 14 acras arabiles inter viam foralem et Plewlandis, in baronia de Braid, vic. de Edinburgh principali;—et hoc in plenariam contentationem juris quod dicta Nic. habuit ad terras de Blakfurde alias Champanyie (per Andream Neilsoun olim occupat.), in dicta baronia, virtute contractus matrimonialis inter se ab una, et Arch. Dundas de Fingask et Wil. D. ejus filium et heredem apparentem feodatarium ejusdem ab altera partibus, de data apud Edinburgh, 25 Jun. 1593:—REDDEND. regi unum den. albe firme:—TEST. Alex. Dalmahoy de eodem, Roberto Fairlie filio et herede apparente dicti Alex. F., Jo. Cleland burgen. de Edinburgh, Jac. Kynneir (scriptore carte) et M. Jacobo Wischeart servitoribus Henrici Bickartoun scribe signeto regio:—Apud Braid, 21 Jan. 1601]:—[2] aliam cartam ejusdem Alex. F.,—[qua concessit dicte Nicolae, in vitali redditu,—peciam terre de Braid, cum habi-

tationis domo, *lie steipstane* &c. (quam quondam Rob. Fairlie de Braid pater dicti Alex. F. Richardo Vernour in feudifirmam assedaverat), jacen. prope molendinum de Braid (intra bondas specificatas), in dictis baronia et vic. :—REDDEND. dicto Alex. F. unum den. albe firme :—TEST. et de data *ut sup.* :—carta scripta per M. Davidem Hay servitorem dicti Hen.] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 151.

626. Apud Edinburgh, 22 Feb.
REX confirmavit cartam quondam Alexandri Accannand de Kinlochie,—[qua vendidit JACOBO ACCANNAND fratri suo legitimo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—32 solidat. terrarum de Killochie, 16 sol. de Knoklie, antiqui extentus, in parochia de Balmaclellane, senesc. de Kirkcudbrycht :—REDDEND. regi servitium warde &c., necnon 3 sectas ad 3 placita capitalia dicti senesc. :—cum precepto sasine directo Jo. Gordoun de Troquhane :—TEST. Rogero Gordoun burgensi de Dumfreis, Davide G. ejus fratre, Wil. Hope burgen. de Dumfreis, Jo. Accannand filio Jacobi A. in Elderbog :—Apud Dumfreis, 16 Aug. 1588] :—PRETEREA dictas terras de novo dedit dicto Jac., et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ejus masc. quibuscunque, arma et cognomen de Accannane gerentibus, eorumque assignatis quibuscunque :—REDDEND. *ut supra* :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 435.

627. Apud Edinburgh, 25 Feb.
REX dedit literas remissionis ALEXANDRO SCOTT fratri Willelmi S. de Burneheid, pro ejus vita duraturas,—pro subita et inconsiderata occisione Joannis Lawthiane carbofodinarii in [Inveresk, 10 Feb. 1612 commissa. P.R. i. 147.

628. Apud Edinburgh, 27 Feb.
REX,—cum consensu &c. (135.),—concessit et quitteclamavit JACOBO COMITI DE ABIRCORNE dom. Paislay &c., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—8 mercat. terrarum de Monyhagane et Keymon (vel Keyrmone) antiqui extentus, in Kyle-regis, vic. Air :—que fuerunt quondam Joannis Mure olim de Auchindrane senioris, et quond. Jacobi M. olim apparentis de A. ejus filii natu maximi et heredis apparentis, vel eorum predecessorum ; et regi devenerunt ob forisfacturam dictorum Jo. et Jac. pro quibusdam proditoriis criminibus de quibus 17 Jul. 1611 convicti fuerunt, et ad mortem executi :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 425.

629. Apud Edinburgh, 27 Feb.
REX concessit et de novo dedit JOANNI COMRIE juniori filio natu maximo et heredi apparenti Joannis C. de eodem, et heredibus ejus masc. quibuscunque, nomen, (arma) et cognomen de Comrie gerentibus, —terras de Comrie, cum molendinis tam granorum quam fullonum, cum principali fortalicio earundem, et officio mari feodi senescallatus de Stratherne, cum crofta ejusdem de Foullis vocata *lie* Mariscroft (ex parte occidentali ville de Casteltoun), terras de Cur ex parte orientali aque de Lednoch, Croftvorie, Kingarth, Litle Kepland, Slouthmanievie, Slougnacoy, cum tenentibus &c., terras de Glenmayk, quartam partem terrarum de Megour, in senesc. de Stratherne, vic. Perth ;—quas dictus Jo. senior resignavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 430.

630. Apud Edinburgum, 27 Feb.[1]
REX confirmavit cartam Georgii marchionis de Huntlie com. de Enzie dom. Gordoun et Badyenoche,—[qua, cum consensu Georgii com. de Enzie dom. Gordoun filii sui senioris,—pro perimpletione contractus de data presentium, in libris concilii registrandi,—vendidit ALEXANDRO COMITI DE HOME dom. Jedburgh et Dunglas &c., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras de Eister Gordoun cum orientalibus et occidentalibus terris dominicalibus earundem, terras vocat. Rummiltounlaw, Lillerig, Middilthrid, Bellitaw, Huntliewodis, Forrestersaittis, cum

[1] Dated an. reg. 10 et 45. Placed here according to the A.D. The same discrepancy occurs in *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xci. fol. 102.

advocatione capelle de Huntlie et *lie* Chantorland ejusdem capelle, terras de Fogo, cum maneriebus et molendinis, vic. Beruik :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine directo Wil. Home de Hutounbell :—TEST. M. Alex. Haldune constabulario castri de Stirling, D. Thoma Ker de Hirtha milite, Alexandro Gordoun, Wil. Andersoun, Hen. Gibsone, servitoribus dicti marchionis, Wil. Sinclair notario publico :—carta scripta *ut in carta* 18 :—Apud castrum de Stirling et . . ., 1 Jun. et 2 Oct. 1610] :—PRETEREA suprascripta dicto com. de Home de novo dedit :—TEST. 99. 46. 92. 112. 72. 86. 49. 116. xlix. 226.

631. Apud Edinburgh, 3 Mar.

REX confirmavit cartam Georgii episcopi Dumblanen.,—[qua, cum consensu decani et capituli Dumblanen., ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit JACOBO MERSER de Clavage, filio legitimo natu maximo quondam Laurentii M., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Clavage, in regalitate Dumblanen., vic. Perth ; —que per quond. Wil. episc. Dumblanen. in feudifirmam locate fuerant quond. Jacobo Merser avo dicti Jac., et in quibus dictus Laur., filius et heres apparens dicti quond. Jac., per quond. And. episc. Dumblanen. virtute resignationis patris sui infeodatus erat ; et quas rex post actum annexationis dicto Laur. in feudifirma assedaverat :—REDDEND. dicto episc. 43 merc. ; cum presentiis ad 3 placita capitalia apud civitatem Dumblanen., et ad alias curias ibidem cum requisiti essent ; et in exercitu regis contra hostes et invasores regni pergendo cum dicto episc. sive ejus ballivo, unum equestrem armatum *with jak, knapiscall, speir and sword* et ceteris necessariis mittendo ; et 4 carreagia longa annuatim infra 30 miliaria a dicta civitate faciendo ; et si defecissent in solutione per duos terminos continuos, vel contra dictum episcopum arma gessissent, caderent a jure ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ; cum prohibitione alienandi dict. terras, saltem earum majorem partem, absque licentia dicti episc.:—cum precepto sasine directo Gilb. Adamesoun mercatori burgen. de Perth:—: TEST. M. Jac. Schaw (Gaw?) filio et apparente herede Tho. Gall burgen. de Perth, And. Rollok filio legit. quond. Andree R. de Duncrub, M. Geo. Ruthven notario burgen. de Perth :—Apud Perth, 26 Julii 1611 :—carta scripta per Geo. Banerman servitorem Antonii Quhyte scribe signeti regii ; et subscripta per capitulum (viz. M. Wil. Nairne de Kippen, Wil. Stirling de . . ., Jac. Burdowne subdecanum, . . Gaw archidecanum, M. And. Kirk de Glendovane, M. Jacobo Settowne de Logy, Geo. Callum de Comry, M. Davidem Drummound de Monzie) apud Dumblaneum, 30 Oct. 1611] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 434.

632. Apud Edinburgh, 3 Mar.

REX confirmavit cartam factam per M. Jac. Ros ministrum apud Forteviot, fratrem germanum M. Roberti R. de Cragie, cum consensu Margarete Cunynghame ejus sponse, et dicti Rob. ejus superioris terrarum principalium infrascript., necnon per dictum Rob. proprietarium terrarum warranti infrascript., cum consensu Margarete Eviot ejus sponse,—[qua, virtute contractus de data 18 Maii 1605, vendiderunt (quondam) ROBERTO KEIR mercatori burgensi de Perth, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—16 rigas *lie Inrigs* ex orientali parte torrentis de Cragie quas quond. Agnes Lyoun domina Forbes de Cragie ratione tertie occupavit et quond. Pat. Foullis burgen. de Perth in impignoratione habuit (interlocatas inter 16 rigas quas quond. Geo. Fleyming in alienatione habuit de quondam Jo. Ros de Cragie), cum ustrina, horto et domibus quas quond. Jo. Wricht occupavit, 7 rigas quas dictus quondam Pat. in alienatione habuit (inter dict. 16 rigas et terras de Pittheivles), cum pastura 40 ovium femellarum, 2 equorum sive equarum et 4 vaccarum cum sequelis, necnon cum privilegio cespites et glebas *lie turves, faill and divott* pro sustentatione domorum absque destructione lucrandi, in communi de Cragie ;—necnon, in speciale warrantum earundem, umbralem tertiam partem de *lie* Ovir Maynes de Malar (per dictum M. Rob., Davidem Philp, Walt. et Laurentium Dowie et Jac. Alexander occupat.),—in baronia de Cragie, vic. Perth :—

TENEND. de rege :—cum precepto sasine :—TEST. (ad subscriptiones dictorum M. Jac., M. Rob. et Marg. C.) M. Colino Ramsay filio legit. quondam Willelmi R. de Murie, Georgio Moncreif in Kirktoun-Malar, Alex. Laurie scriba in Perth, Tho. Gaw notario burgensi de Perth, Jacobo Tyrie scriba in Perth ; (ad subscriptionem dicte Marg. E.) dicto Geo. Moncreif, Jo. Ros filio legitimo Willelmi R. patrui dicti M. Rob., dicto Jac. Tyrie :—carta scripta per M. Jac. Gaw filium legit. dicti Thome:—Apud Perth et locum de Malar, 1 Jul. 1605] :—PRETEREA suprascripta JOANNI KEIR filio et heredi dicti Rob. K. quitteclamavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 436.

633. Apud Edinburgum, 3 Mar.

REX dedit literas remissionis ARCHIBALDO ARMESTRANG de Tarcu(n)e, pro ejus vita duraturas,—pro furto bovis per eum a Joanne Armestrang de Lyne sublati; et pro ceteris furtis ante diem date commissis. P.R. i. 152.

634. Apud Edinburgum, 3 Mar.

REX confirmavit cartam Jacobi M'Gill de Rankillour-Nedder,—[qua,—quia quum res sue in eo essent statu ut quo se verteret nescius esset, ANNA CLEPANE conjux sua (cum preter terras de Pinkie et Cars in dominio de Mussilburghe et regalitate de Drumfermling nihil fere ex dicto Jac. habuit) earum alienationi consensum facile prebuit,—in partem compensationis earundem, concessit dicte Anne, in vitali redditu,—terras de Nedir Rankilour, cum molendino, tenentibus &c., fortalicio et manerie, vic. Fyffe ; annuos redditus 100 merc. de magnis custumis burgi de Abirdeine et 40 librarum de firmis burgalibus et aquaticis dicti burgi, vic. Abirdeine :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine : —TEST. M. Jo. Paip scriba signeto regio, M. Jac. Inglis, Colino M'Kenzie, Tho. Bigholme (scriptore carte), servitoribus dicti Jo. :—Apud Edinburgh, 29 Feb. 1612] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 154.

635. Apud Edinburgh, 5 Mar.

REX confirmavit cartam Roberti Fethie de Foddismylne,—[qua, cum consensu Jonete Durie sponse sue,—pro perimpletione litere obligationis de data presentium,—vendidit JACOBO PRYMROIS portionario de Newlandis et SARE COLVEILL ejus sponse in vitali redditu, necnon JACOBO PRYMROIS eorum filio et heredi apparenti in feodo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—molendinum nuncupat. *the Foddismylne*, cum astrictis multuris viz. *insuckin* et *outsuckin*, viz. *the insuckin* de Grangia de Abircrumby ex 2 celdris *lie scheilling* unum batum *lie peck* cujuscunque bolle, et de 8 celdris firmarum monasterio de Culros de dictis terris persolvi consuetis pro 2 bollis unum *lie peck*, ac de ceteris frugibus unum pacum ex 5 modiis (*of ilk fyve firlottis ane peck*), ac de ceteris terris baronie de Abircrumby batum ex 5 modiis, cum acris et domibus suis, et 8 *lie sowmes-gras* in pastura dicte Grangie consuet., in dicta baronia, vic. Fyiff (intra bondas specificatas) :—REDDEND. Jacobo dom. Colveill de Culros 5 lib. 16 sol. 8 den., cum 12 caponibus, nomine feudifirme ; necnon 3 sectas ad 3 placita capitalia apud Culros ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ; et si deficerent in solutione per tres terminos continuos, caderent a jure :—cum precepto sasine directo Rob. Aitkyne burgen. de Dumfermling :—TEST. Rob. Aitkyne burgensi de Dumfermlyne, Jac. Kellok ibidem, Wil. Broun notario ibid., Jac. Currie in Crumbie, Alexandro Callender mercatore burgen. de Culros :—carta scripta *ut in carta* 49 :—Apud Foddismylne, 19 Feb. 1611] :—NECNON cartam dicti dom. Colveill de Culros,—[qua cartam suprascriptam confirmavit :—PRETEREA de novo ad feudifirmam dimisit dictis personis —dictum molend. &c. (*ut sup.*, usque ad multuram dict. 8 celdrarum), et de ceteris frugibus tam trunci quam de decimis terrarum et baronie de Abircrumbie (quia dicte decime nunquam a trunco separari solebant) ac de ceteris terris et pendiculis dicte baronie, viz. terris de Craigflour, Medofuird (vel Medowfurs), Wanlayislands, Walkmylne de Crumbie et horreis polentariis ejusdem (tam de frugibus ibi crescentibus quam invehendis), unum batum ex 5 modiis ; necnon terras et acras de Foddismylne, cum decimis garbalibus inclusis,

ustrinis, horreis et dictis *lie sowmes* :—REDDEND. *ut supra*, cum 3 sol. 4 den. pro dictis decimis :—cum precepto sasine directo Hen. Prymrois burgen. de Culros :—TEST. Walt. Sybbald, Jac. Callender, Geo. Swyne, Hen. Colveill, servitoribus dicti dom. :—carta scripta *ut in carta* 49 :—Apud Eister Weymis, 8 Oct. 1611] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 411.

636. Apud Edinburgh, 6 Mar.

REX,—cum consensu &c. (135.),—confirmavit et de novo dedit D. GEDEONI MURRAY de Elibank militi, uni dominorum secreti concilii Scotie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Flask alias Flaskholme, Howgill et Glendovane, Burnegraynis, Wolfishoipe, et Park alias Busis, cum fortaliciis, vic. de Drumfreis ; 53 solidat. 4 den. terrarum de Murthwme, 5 librat. de Gallasyde,[1] 40 sol. de Neis, 26 sol. 8 den. de Wattergraynis, 40 sol. de Brigholmes, 53 sol. 4 den. de Glencorff, antiqui extentus, que fuerunt partes terrarum de Wauchopdaill, necnon terras de Torronnane extenden. ad 3 librat. 6 sol. 8 den. ant. ext., cum salmonum et aliorum piscium piscariis, vic. Drumfreis ; —que regi devenerunt per forisfacturam Joannis olim dom. Maxwell, et concesse fuerunt Roberto vicecomiti de Rotchester, qui eas dicto Gedeoni disposuerat de se tenendas ; et quas idem Ged. in manibus regis, tunc superioris sui earundem per resignationem dicti Rob. ad remanentiam, personaliter resignavit :—INSUPER rex ratificavit duas cartas dicto Ged. desuper factas per dictum Rob. (in illis designatum D. Rob. Ker militem generosum intimi cubiculi regis), viz. [1] cartam de dictis terris de Flask &c. (usque ad Busis), de dicto Rob. tenendis pro uno den. albe firme ; de data apud curiam de Quhytehall, 26 Mar. 1610 ; [2] cartam de ceteris suprascriptis, de dicto Rob. tenendis pro uno den. albe firme ; de data apud Quhythall in Anglia, 27 Jan. 1611 :—PRETEREA rex omnia suprascripta incorporavit in liberam tenandriam de Glendovane, ordinando fortalicium de Glendovane principale fore messuagium ejusdem :—REDDEND. duos den. argenti nomine albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 431.

637. Apud Quhytehall, 10 Mar.

REX,—quia infrascripta per JOANNEM JOHNESTOUNE tunc de Graitney ejusque predecessores tanquam hereditarios feudifirmarios et rentallarios ultra hominum memoriam possessa erant, et quia, injuria temporis et ratione perturbationum limitum inter regna Scotie et Anglie, infeofamenta eorundem combusta, destructa et amissa fuerant,—cum consensu &c. (135.),—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit dicto Jo., et heredibus ejus masc. quibuscunque, quibus deficientibus, seniori ejus heredum fem. absque divisione,—terras de Graitney, cum maneriei loco, fortalicio, molendinis, terris molendinariis &c., in senesc. Vallis Annandie :—REDDEND. 20 libras ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. 99. 46. 93. 112. 72. 86. 49. 116. xlvi. 440.

ANNO REGNI 10 ET 45. ANNO DOMINI 1612.

638. Apud Edinburgh, 27 Mar.[2]

REX,—cum consensu &c. (166. 167.),—concessit D. PATRICIO HEPBURNE de Wauchtoun militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras ecclesiasticas in Eist Fortoun extendentes ad 10 terras husbandias (viz. 3½ terras husb. per Wil. Airth, 1½ ter. husb. per Jo. Heart, 1¾ ter. husb. per Jo. Loch, ¼ ter. husb. per Jo. Martine, terram husb. per Ric. Gudefellow, ½ ter. husb. vocat. Murelawfauld per Wil. Guidfellow, terram husb. per Tho. Gyller, ½ ter. husb. per Geo. Hudsone, olim occupatas), ½ terram husb. vocat. Finke(l)streat

[1] The *Novodamus* and following clauses insert "et Mekilholme."

[2] Dated an. reg. 45 et 9. Placed here according to the regnal year. The same discrepancy occurs in *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxxi. fol. 11.

(occupat. per quond. M. Hen. Hepburne) in Athelstanefuird, necnon terras ecclesiasticas *lie* Freirley in villa et territorio de Lintoun ex parte orientali de *lie* Querrellpott [vel Querrelbog] (olim occupat. per Geo. Arnot capellanum), molendinum fullonum de Houstoun cum 4 acris terrarum ei adjacen., terras eccles. de Hogisland et Taitley, in villa et territorio de Howstoun, terras eccles. de Wester Cracho annexas loco de Howstoun, in baronia de Wawchtoun, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh; cum officio ballivatus omnium terrarum dicto loco spectantium, cum feodis &c.;—quas idem Pat. personaliter resignavit;—necnon villam et *lie* Maynis de Howstoun, cum manerie, viridariis, cunicullariis, carbonibus, piscationibus salmonum et aliorum piscium in aqua de Tyne ad dict. locum pertinentibus, et pratis, in dictis constab. et vic.;—necnon, in speciale warrantum de Howstoun, binam partem terrarum et baronie et molendini de Niddrie-Marschell cum carbonariis, vic. Edinburgh;—quas Franciscus Wauchope de Niddrie-Marschell et Jac. Sandelandis de Slammanno milites et Walt. Henrysoun scriba, cum consensu Domine Margarete Sandelandis sponse dicti Franc., et Willelmi Sandelandis de Slamannans, resignaverunt:—INSUPER rex ratificavit omnes cartas de dictis terris principalibus concessas dictis Pat., Jac. aut Franc. et eorum predecessoribus per regem aut per ministrum et conventum de Peblis; et omnes cartas de Niddrie-Marschell dicto Franc. per dictum Jac. aut dictis Jac. et Franc. per Andream Edmonstoun de eodem aut Jo. E. ejus filium heredemque apparentem seu per regem concessas:—INSUPER,—in memoriam revocans diuturna servitia sibi et matri sue suisque progenitoribus per dictum Pat., ejus patrem et avum eorumque predecessores milites de Wauchtoun prestita, et pro compositione persoluta,—suprascripta dicto Pat. de novo dedit et ad feudifirmam dimisit; et omnia (preter Niddrie-Marschell) incorporavit in liberam tenandriam de Howstoun:—REDDEND. regi (loco ministri et conventus de Howstoun et S. Crucis de Peblis) pro 6½ terris husbandiis in Eist Fortoun, et pro Finkilstreat, 14 lib., 24 sol. pro 36 avibus domesticis, et 6 sol. 8 den. augmentationis, pro 3½ terris husb. olim per Wil. Airth occupatis 8 bollas frumenti, 8 bol. siliginis, celdram ordei, et ½ bol. ordei et ½ bol. siliginis in augmentationem rentalis, et duplum dictarum 15 lib. 10 sol. 8 den. in introitu heredum; pro Freirley 30 sol., pro molendino et acris 5 lib., pro Hogisland et Taitley 45 sol.; pro Westir Cracho et dicto officio 4 lib., et 40 sol. augmentationis, et duplum feudifirme in introitu heredum; pro Howstoun 51 merc., et duplum feudifirme in introitu heredum; cum ceteris de dictis terris debitis et consuet.; et observando &c. (*ut in carta* 4);—pro Niddrie-Marschell regi jura et servitia debita et consueta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 438.

639. Apud Edinburgh, 27 Mar.

REX dedit literas remissionis ANGUSIO M'CALLOUN VIKRONNALD incole in Drekie, pro ejus vita duraturas,—pro arte et parte interfectionis Gillimichaelis M'Inteir Vikilchoell, Nigelli M'Coneill Dow V'Keacharne et Eacharni M'Coneill Dow, servitorum quondam Angusii Makcallan Vikean in Ellentirrim, A.D. 1588 aut eocirca ex subito commisse. P.R. i. 156.

640. Apud Quhythall, 4 Apr.

REX,—quia beneficium archidiaconatus S. Andree, cum stipendio infrascripto, ad archiepiscopatum S. Andree annexum erat; et GEORGIUS ARCHIEPISCOPUS SANCTI ANDREE dictum beneficium, quoad spiritualitatem ejusdem, et dictum stipendium resignaverat,—consolidavit locale stipendium assignatum PAROCHIANE ECCLESIE CIVITATIS SANCTI ANDREE de redditibus prioratus Sancti Andree levandum (extendens ad 10 celdras 8 bollas victualis) ad dict. archidiaconatum;—et concessit dicto archiepisc., et ejus successoribus,—advocationem dicti beneficii quantum ad ejus spiritualitatem pertinuit, cum *lie mans*, et officiis conservatorie privilegiorum universitatis S. Andree et investiture personarum ad beneficia infra diocesim S. Andree presentat., cum ceteris privilegiis; cum potestate dicto archiepisc. presentandi qualificatas personas (que essent

actuales residentes ministri dicte ecclesie), et eorum literaturam, vitam et conversationem examinandi :—INSUPER promisit se hanc donationem in proximo parliamento ratificaturum. xlvi. 403.

641. Apud Edinburgum, 17 Apr.
REX confirmavit cartam Davidis Nairne de Sandfurd,—[qua, cum consensu Davidis N. filii sui natu maximi et apparentis heredis,—pro perimpletione contractus de data apud Ballinbreich et Cowper in Fyiff, 20 et 21 Mar. 1604, registrari ordinati in libris concilii et sessionis aut commissarii S. Andree,—vendidit Domine JONETE DURIE conjugi Andree com. de Rothes dom. Leslie, in vitali redditu, et GEORGIO LESLIE ejus legitimo filio primogenito hereditarie,—6 acras terrarum arabilium de Eister Newtoun nuncupatas Mertenisfeild alias Litill Newtoun (occupat. per quondam Alex. Ingrahame, et tunc per Marjoriam Millar ejus relictam et Wil. I. eorum filium), cum jure pascendi 8 animalia et 80 oves in communi pastura dict. terrarum de Newtoun, ac tenendi 2 equos pascendos in loco competente more solito, cum pasturagiis et proprietatibus,—necnon, in speciale warrantum earundem, annuum redditum 8 bollarum ordei cum charitate de terris suis de Sandfurd,—vic. Fyiff :—TENEND. dicte Jonete *ut supra,* dicto Geo. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Joanni L. ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Roberto L. eorum fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Patricio L. domino de Lundoris filio legit. ejusdem comitis, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, irredimabiliter, de rege :—REDDEND. pro terris &c. jura et servitia debita et consueta ; pro annuo redditu unum den. albe firme :—cum precepto sasine directo Jo. Ramsay in Ballinbreich : —TEST. Ludovico Creichtoun feoditario de Nauchtane, Jo. Patersone clerico vicecomitatus de Fyiff, Wil. Halkerstoun ejus servo, Patricio Glasfurd, Alex. Luklaw, Davide Patersone, And. Glasfurd (scriptore hujus carte), notariis publicis :—Apud Cowpar, 21 Mar. 1604] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 441.

642. Apud Burgum Edinburgi, 17 Apr.
REX,—pro se et tanquam administrator filio suo Henrico principi et senescallo Scotie principi de Waillis duci Rothesay com. de Carrik et Chester dom. Insularum et baroni de Renfrew,—confirmavit cartam Willelmi Edmistoun feodatarii de Duntreth, —[qua, cum consensu Issobelle Halden sponse sue,—pro impletione literarum obligatoriarum de data 16 Mar. et 21 Apr. 1609,—vendidit JACOBO EDMESTOUN de Newtoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—villam et terras de Drumeister, cum molendino, terris molendinariis &c., villas et terras de Busbie Meikill et Littill, Knokrivoch, Greithill, Sorbie et Sorbie-craigs, Eist et West Maynes de Ardrossane, ac Saltcoit-maynes, molendinum de Ardrossane, ejus terras &c., cum moris et pratis, in baronia de Ardrossane, balliatu de Cunynghame, vic. de Air ;—que per Hugonem com. de Eglintoun dom. Montgomerie et Kilwynning cum consensu Domine Margarete Montgomerie ejus sponse concesse erant dictis Wil. et Is. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus eorum masc. et assignatis quibuscunque, sub reversione 20000 librarum :—REDDEND. dicto principi servitium warde &c. :—cum precepto sasine directo Wil. Montgomerie in Kilwynning : —TEST. Jo. Striveling vicecomite deputato vicecomitatus de [Striveling, Jo. Williamsoun scriba ejusdem vic., Jo. Edmistoun filio legit. dicti Jac., Alex. Barclay notario (scriptore carte), And. Buchanane servitore dicti Jo. Williamsoun :—Apud Striveling, 29 Apr. 1609] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 442.

643. Apud Edinburgh, 18 Apr.
REX,—cum avisamento &c. (168.),—in feudifirmam locavit M. THOME HUCHESOUN filio legitimo quondam Thome H. de Lambhill, heredibus ejus et assignatis, —acram et 2 rigas terre intra territorium burgi Glasguen. in crofta *lie* Provandsyde (inter terras olim per quond. Jo. Mure occupat., terras capellanie S. Quintigerni, et Glasgow-burne) ;—que olim ad subdecanos Glasguen. pertinuerunt :—REDDEND.

13 sol. 4 den., et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 444.

644. Apud Quhythall, 29 Apr.

REX concessit DAVIDI DOMINO DE SCONE—terras de Ballinbla et utramque earum dimidietatem, cum *lie lone* et *suardearth* (intra bondas specificatas), ac tenementum terre in burgo de Falkland (juxta terras quondam Jo. Gairdner), maneriem de Nuthill, in dominio et senesc. de Fyiff; partem terrarum de Lawmonthes de Falkland vocatam Blakhillis et *lie Mures* de Falkland (intra bondas in originali carta specificatas), carbones tam magnos quam minutos infra bondas de *lie* Lawmonthis et moris de Falkland, et infra ceteras terras regie proprietatis eisdem adjacentes, decimas garbales et alias decimas et devorias tam rectorie quam vicarie ecclesie et parochie de Kilgour, partem terrarum de Falkland vocatam *lie* Newlandis tam ex orientali quam ex occidentali partibus aque de Mospie et ex occiden. manerie de Nuthill, acram *lie* Croftangrie alias Crystiescroft infra libertatem dicti burgi, fundum castri *lie Castelsteid* de Falkland, cum domibus olim ruinosis jacen. ex australi ejus parte (intra bondas specificatas), cum *lie grein wastis* et *schawis* eis adjacen. (intra bondas in originali carta specificatas), fundum et terram super quibus domus, tofta, stabulum et hortus Jacobi Seytoun olim situati erant juxta dictum burgum, cum horto tunc desuper edificato et muris circumdato (intra bondas specificatas) in senesc. et vic. de Fyiff; officium forrestrie de Falkland, silvarum et damarum *lie deir* earundem, cum proficuis, feodis, pasturis animalium et privilegiis, officium sustinendi muros saltus et silvarum de Falkland, cum proficuis &c., officium scrutandi *lie* Lawmonthis de Falkland, cum *lie spaid-silvir* pro lucrando *lie turvis* et *devottis*, et puniendi animalia desuper pasturantia, cum feodis &c., villam et ter. de Gospertie, villas et terras de Kilgour et Carnegat, vic. Fyiff; terras de Eister et Westir Casches, cum turre, loco manerie, molendino, terris molendinariis, tenentibus &c., in dictis senesc. et vic.; cum communi pastura et privilegio communitatis in *lie* Lawmonthis et moris de Falkland ad dictas terras de Kilgour et seqq. spectantibus; tertiam partem terrarum de Craighall cum manerie, terras de Scheires, Mugdrum, (Callenge), Westir Cassie, Herop, Drumduf, Pitscottie, Ramgallie, Pittillie, Kingarrak, Balquhy, tertiam partem terrarum et maneriei de Petferran, cum tenentibus &c., vic. Fyiff; decimas garbales et alias decimas et devorias tam rectorie quam vicarie ecclesiarum et parochiarum de Abirnethie et Stramiglo, vic. Fyiff et Perth; terras de Glendook cum earum terris dominicalibus et molendino, terris molendinariis &c., vic. de Perth; terras de Nather Freirtoun, cum decimis garbalibus inclusis, in dominio prioratus S. Andree, regalitate ejusdem, vic. Fyiff; terras de Bannagall cum molendinis et piscationibus, vic. Kinros; terras de Pittoncardie et Ladinurquhart-Eister, vic. de Fyiff; occidentale molendinum de Stramiglo cum ejus terris &c., 24 acras terrarum de Pitgormi (vel Pitgormo) ad dict. molendinum spectantes, jacentes contigue ad occidentalem finem de Stramiglo, in senesc. et vic. de Fyiff;—quas decimas &c. dict. ecclesiarum idem Dav. (cum consensu M. Jacobi Pitcarne, M. Archibaldi Moncreiff et M. Roberti Murray, rectorum et titulariorum ecclesiarum de Kilgour, Abirnethie et Stramiglo respective), terras de Westir Cashe . . . Bickartoun de Cashe, Bannagall D. Rob. Halkheid de Pitfirran miles cum consensu M. Josephi Halden de Briglandis, Pittoncardie et Ladinurquhart-Eister D. Rob. Balfour de Star miles cum consensu Roberti Arnote de Fairny et Stephani Patersoun clerici senescallatus de Fyiff, dict. occidentale molendinum et 24 acras Pat. Pitcarne de Pitlour, cetera idem Dav., resignaverunt; et quas rex, pro multifariis bonis servitiis, dicto Dav. de novo dedit, specialiter bondando dictas terras de Killegour et Carnegat, et includendo peciam terre *lie* Raecreuk contiguam ad Eister Casche, et peciam terre de Darnow jacen. ex orientali parte orientalis saltus et silve de Falkland, cum pasturis et privilegiis; et omnia incorporavit in liberum dominium et baroniam de Drumduff, ordin-

ando principale messuagium de D. principale fore messuagium dict. dominii &c. :—INSUPER ordinavit sufficientes ministros apud unamquamque dictarum ecclesiarum provideri, qui per regem nominarentur, et haberent stipendia subsequen., viz. minister apud ecclesiam de Kilgour 5 celdras 8 bollas victualium ($\frac{1}{3}$ hordei et $\frac{2}{3}$ farine avenatice), cum vicarie decimis, et sufficientibus mansione et *lie gleib* apud dictam ecclesiam; minister de Abirnethie 6 celd. victualium ($\frac{1}{3}$ hordei et $\frac{2}{3}$ farine); minister de Stramiglo 500 mercas, cum vicarie decimis &c. (*ut sup.*) :—TENEND. dicto Dav. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, D. Andree Murray de Balvaird militi et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., D. Quintigerno M. de Drumcairne militi et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Gilberto M. filio primogenito legit. Davidis M. de Balgonie, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus def., Andree M. filio legit. secundogenito dicti Dav. M. de B., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Willelmo M. filio legit. D. Quintigerni M. de Clairmonth militis, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., dicti domini heredibus masc. et tallie familie de Balvaird cognomen et arma de Murray gerentibus :—PROVISO quod non liceret dicto D. And., nec cuivis alteri heredi tallie, frangere dict. talliam, nec suprascripta aut aliquam eorum partem alienare aut impignorare, absque consensu reliquarum personarum tallie legitime etatis existentium; cum clausula irritante :—REDDEND. pro Ballinbla 9 lib. 6 sol. 8 den. feudifirme, et duplum feudifirme in introitu heredum (et sustinendo domos pro receptatione 24 hominum, cum stabulis pro eorum equis et pro eorum provisione in omnibus necessariis eorum propriis sumptibus, si rex infra burgum de Falkland resideret); pro Blakhillis et moris de Falkland et dictis carbonibus *ut in carta* 1355 *tomi precedentis* (vel 30 den. pro pretio oneris carbonum); pro tenemento in Falkland, Newlandis et Croftangrie servitium burgi debitum et consuet.; pro Castelsted 20 sol., pro dictis vasta terra et horto 3 sol., pro Raecruik 20 sol., pro *lie* Dornow 20 sol., feudifirme; pro Nathir Freirtoun unum den. sterlingorum nomine albe firme (quia tempore erectionis prioratus S. Andree in favorem Levinie ducis specialis reservatio facta fuit superioritatis dict. terrarum, antea in feudifirma tentarum, in favorem dicti dom.); pro dicto occidentali molendino 55 sol., cum 24 pultreis, pro dictis 24 acris 2 sol. 4 den., et caponem, nomine feudifirme; una cum duplicatione omnium feudifirmarum pecunie in introitu heredum; pro Cashes unum den. sterlingorum si peteretur tantum (quia feudifirme de Eister Cashe in parliamento tento apud Perth, 9 Jul. 1606, exonerate sunt in compensationem portionis de Eister Cashe circumvallate et adjuncte saltui regio de Falkland); pro ceteris 6 nummos argenteos monete *sterling* nomine albe firme (non obstante quod quedam earum antea tenebantur per servitium warde), et pro dictis officiis omnia officia ad eadem debite spectantia;—necnon dictis ministris &c. (*ut in carta* 9) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 78.

645. Apud Quhythall, 29 Apr.[1]

REX,—in memoriam revocans fidele servitium sibi prestitum tam in teneris annis suis quam continuo deinceps per 30 annos, —confirmavit DAVIDI DOMINO DE SCONE—principalem mansionem et maneriem loci abbatie et monasterii de Scone, cum domibus et aliis infra precincta ejusdem, cum domibus officialibus, columbariis et viridariis eidem adjacen., *lie* Maynes alias *lie* Hauchis de Scone cum pratis, villam, terras et acras de Scone cum annuis redditibus ejusdem, cum valle de Scone et salmonum piscariis ad eam pertinen. et aliis piscariis supra partem aque de Tay vocatam *lie Headis* de Scone, *lie* Brwme-parkis de Scone, muros de Scone, moros de Blair in Gowry et alios moros, *lie scheipsteidis*, pasturas, predia et privilegia pasturarum olim ad abbates de Scone pertinen.; terras ab antiquo baroniam de Gowrie tunc baroniam de Scone nuncupat. *Abone the water of Yla, Under the watter of Yla, Under the bray, in*

[1] Dated an. reg. 46 et 10. Placed here according to the A.D.

Angus, viz. terras de Ovir, Middil et Nather Cloquhat, *lie* Maynis de Crewquhy, Waltoun et Haltoun de Crewquhy, *lie* Maynes de Maues, Muretoun de Crequhy, Mekill Blair, Abden de Blair, *lie* Brewland de Blair, molendinum granarium de Blair, Newtoune de Blair et *lie* Brewland ejusdem, Parkheid et Waltoun de Blair, Littill Blair, Lochend cum lacu de Blair et ejus piscariis, Westir Banchrie, Morganstoun, Bochalyie (Rochalyie ?), Solzearie in Strathardle, cum proficuis salmonum piscarie de Keith, et *the Wodland* eis adjacen., omnes super aquam de Yla; terras de Fothrounes cum earum molendino fullonem, Kynnochtrie cum molendino, Craigmakerrane cum *lie Cuthill* earundem, Byris et Pitlochrie, Cambusmichell et earum molendinum granorum, silvam de Cambusmichell cum ejus solo et *lie Wodlandis*, piscariam salmonum de Cambusmichell et Pitlochrie, terras de Aikinheid, Ovir et Nether Collane cum salmonum piscariis, terras de Innerbus cum molendino granario et molendino fullonum, Lethindie, Ardgilzeane, Freirtoun, Barclayhillis, Newtoun vel *lie* Newmylne alias Bossindy, Gairdrumis, Schirestoun cum piscaria salmonum, Lochtoun, Bonhard, Boghall, Balgarvy, Poikmylne, Kincarraquhy cum molendino granario et fullonum, cum croftis et 4 acris ejusdem, terras de Balquhormok, Almerland, Chapelhill, Chapelyeard, croftam apud Schirestoun, Sconishaulch, Awchnapopill, Brako, *Markland and Hoill*, Sandiehill, Bernard, Sconiscroft, acras de Scone acras de Balluchtie (Balbuchtie ?) nuncupatas, Prioriscroft, Dowcatcroft, Guiscroft, James-Hendersonis-croft, domos conventuum in villa de Scone cum earum hortis, Schir-Jamescroft, *the croftis of Mr Andro Strang*, *the croft of Williame Monypenny*, *the croft of Andro Marschell*, *the croft of Johnne Carver*, *the Kingis-orcheyard*, Bredcroft, Schawiscroft, Wattirland, terras et *lie scheipsteidis* de Balluchtie (Balbuchtie ?), Lymepottis, Spoutwallis, Ovir et Nather Pitlouy *and Paunishill*, cum mansione vocata Lymepottis, omnes subtus aquam de Yla; terras de Craigtoun cum molendino granario et piscaria, terras templarias de Kinfawnis, secundas decimas de Kinfawnis, Segyden et Kirkstyll, terras de Incheschyris, *lie* Maynis de Clein, ceteras terras et acras de Clene, cum ruinosa mansione et manerie de Cleine, hortis capelle, *lie* Gairdnerisland, pratis, vivariis et marresia de Cleine, terras vocatas *the Hoill of Cleine*, molendinum granarium ville de Cleine cum pasturagiis &c., 11 acras ad idem molendinum pertinentes, cum privilegio bruerii *lie brewine* ville de Cleine, terras de Arnebathie et Ovir Fingask, terras ecclesiasticas de Reit, rigam terrarum ex australi parte dict. terrarum eccles. de Raitt (olim ad Joannem Scott in Fingask pertinen.), cum pastura 12 ovium et unius vacce in communi pastura de Raitt, peciam terre ex oriente cimiterii de Rait, cum *lie* Smiddiecrofte de R. ex boreali parte dict. terrarum eccles., secundas terras (decimas ?) de Rait, *lie keine-quhyte* de Glendowack et Inchemarteine, terras de Nather et Ovir Dourdie, molendinum de Dundaff, omnes jacen. sub ripa; terras et villam de Kirktoun de Liff, cum *lie* Brewland, *lie* Breghous et molendinum granarium earundem, terras de Nather et Eister Liff, Westir et Midill et Eister Gourdie, Pittelpi, Dryburgh, Blaknes, Balgey, Balgairtnay, Logy, Eister Invergowrie, Westir I. cum molendino granario et molendino fullonum, *lie* Deanemylne, *lie* Smithiecroft et *lie* Dargo, omnes in parte dicte baronie vocata Angus; 3 acras terrarum de Kintilloch, cum pasturagio 5 vaccarum et unius equi ad eas pertinen., cum terris de Drumharis et Sanct-Michellis-croft jacentibus apud burgum de Perth; terras, castra, piscarias, tenentes &c., que pertinuerunt ad temporalitatem prioratus insule de Lochtay; tenementa et terras in Perth, Scone, Clakmannane, Dundie, Edinburgh, Stirling, Inverkething, Sanctandrois et Abirdene ad dict. abbatiam pertinen., et annuos redditus de eisdem levandos; annuos redditus 3 librarum 3 sol. 4 den. de terris de Craigy, 3 librarum 15 solidorum 8 den. de terris de Balnahaglis, 13 sol. 4 den. de terris de Gokhilmure; necnon ceteras terras et alia que fuerunt dicte abbatie; cum decimis garbalibus aliisque decimis tot terrarum quot antea inibi incluse erant, et cum decimis numaliis omnium wardarum, releviorum et extractuum curiarum itinerum justiciarii et curiarum senes-

callatus, et eschaetarum &c. que ad regem infra vic. de Perth pertinerent, in quantum ad dict. abbatiam pertinuerunt; cum molendinis, forestis, carbonariis, tenentibus &c. omnium suprascriptorum, vic. de Perth et Forfar;—que ad regem devenerunt per forisfacturam quondam Joannis com. de Gowrie et Scone, et a corona dissoluta sunt in parliamento tento apud Edinburgh, 14 Nov. 1606;—necnon omnia suprascripta, cum decimis garbalibus aliisque decimis tam rectorie quam vicarie et devoriis ecclesiarum parochialium de Scone, Blair in Gowrie, Logyraitt, Ragortoun, Kispyndie, Raitt, Logy, Liff, Invergowrie, Cambusmicheall, Kinfawnis et Echt;—que regi devenerunt per dimissionem Stephani Patersoun commendatarii dicte abbatie tam ad temporalitatem quam spiritualitatem ejusdem provisi, conventu ejusdem tunc mortuo;—et que omnia etiam idem David resignavit;—et que rex incorporavit in liberum temporale dominium et baroniam de Scone, dando dicto Davidi titulum et honorem liberi baronis et domini parliamenti, DOMINI DE SCONE nuncupandi; et quod dict. dominium honoraretur cum insigniis et armis ut decet; et ordinavit dictum locum de Scone, Invergowrie vel locum de Clene fore principale messuagium:—INSUPER dictum monasterium suppressit; et ordinavit quod feudifirmarii et tenentes suprascripta de dicto Davide tenerent; et quod dict. dominium non inter terras ecclesiasticas sed cum baroniis et dominis temporalibus taxaretur; et renunciavit jus suum ad tertias &c.:—INSUPER ordinavit sufficientes ministros dictis ecclesiis provideri, qui per regem nominarentur, et haberent stipendia subsequentia, viz. minister apud ecclesiam de Scone 6 celdras 11 bollas victualium (⅔ farine avenatice et ⅓ hordei), cum vicariis, mansione et gleba dicte ecclesie; minister de Blair 500 mercas, cum vicaria, mansione &c. (*ut supra*); minister de Logyrate 400 mercas, cum vicaria &c. (*ut supra*); minister de Ragortoun 40 bol. victualium (⅔ farine et ⅓ hordei), cum vicaria &c. (*ut sup.*); minister de Kilspindie et Raitt 6 celd. victualium (⅔ farine et ⅓ hordei), cum vicaria ambarum ecclesiarum, mansione et gleba apud ecclesiam de Kilspindie (quoniam verbum Dei et sacramenta parochianis ambarum parochiarum ibi celebrata sunt); minister de Logy, Liff et Invergowrie 6 celd. victualium (viz. 2 celd. hordei et 4 celd. farine), cum vicariis dict. trium ecclesiarum, ac mansione et gleba apud Liff (quoniam verbum Dei et sacramenta parochianis dict. trium parochiarum ibi celebrata sunt); minister de Cambusmichaell 40 bol. victualium (⅔ farine et ⅓ hordei), cum vicaria &c. (*ut sup.*); minister de Kinfawnis 5 celd. victualium (⅔ farine et ⅓ hordei), cum vicaria &c. (*ut supra*); minister de Echt 200 merc., cum vicaria &c. (*ut supra*):—TENEND. dicto Davidi et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, D. Andree Murray de Balvaird militi et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., D. Quintigerno M. de Drumcairne militi et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Joanni M. de Reidkirk filio legit. quond. Caroli M. de Cokpuill, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Gilberto M. filio legit. natu maximo Davidis M. de Balgonie, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., And. M. secundo filio legit. dicti Dav. M. de B., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Willelmo M. filio legit. D. Quintigerni M. de Clairmonth militis, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti domini quibuscunque cognomen et arma de Murray domus de Balvaird gerentibus:—PROVISO &c. (*ut in carta* 644):—REDDEND. servitium liberi baronis et domini parliamenti, cum 1000 lib. albe firme; necnon dictis ministris &c. (*ut in carta* 9):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 79.

646. Apud Edinburgh, 8 Maii.

REX,—cum consensu &c. (135.),—concessit JOANNI M'KESOUN communi clerico burgi de Craill, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — tenementum terre cum horto in *lie Schoir-heid* burgi de Craill;—quod regi devenit per obitum Joannis Lesseillis burgensis de Craill, bastardi:—TENEND. in libero burgagio:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 400.

647. Apud Edinburgh, 8 Maii.

REX,—cum consensu &c. (135.),—con-

cessit et de novo ad feudifirmam dimisit JACOBO HOME fratri germano D. Joannis H. de Hutounhall militis, et KATHARINE HOME ejus sponse,—terras de Quhitchester, cum piscariis, molendinis, terris molendinariis &c., vic. de Beruik;—quas D. Rob. Ker de Ancrum miles personaliter resignavit:—TENEND. dictis Jac. et Kath. in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Jacobi quibuscunque:—REDDEND. 15 lib., et 3 sol. 4 den. augmentationis; et duplicando feudifirmam in introitu heredum; necnon observando &c. (*ut in carta* 4):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 415.

648. Apud Edinburgh, 8 Maii.

REX,—cum consensu &c. (149.),—concessit et de novo ad feudifirmam dimisit JOANNI STEUART de Corshill—libratam terre australis quarterie ville et terrarum de Auchtermuchtie (olim pertinen. ad quondam Jonetam Robertsoun filiam et heredem inter quondam And. R. portionarium de Auchtermuchtie et quondam Margaretam Spens ejus conjugem legitime procreatam, et ad Jo. Coupar pistorem burgensem de Falkland sponsum dicte Jon., et postea per Mich. Scott filium legit. quond. Davidis S. de Kintilloch portionarium de Auchtermuchtie conquestam), cum tofta et mansione ejusdem (olim per quond. Jonetam Richiesoun occupatis), 3 libratas dicte australis quarterie (antea ad And. Robertsoun pertinen., et ultime per dictum Mich. a D. Davide Murray de Gospertie milite [postea dom. de Scone] et a Jac. Robertsoun filio et herede quondam Andree R. conquestas), duodecimam partem dicte australis quarterie extendentem ad libratam terrarum (olim ad Steph. Laynge portionarium de Auchtermuchtie pertinen. et ab eo per dictum Mich. conquestam), cum pleno jure communie super montem de Auchtermuchtie et *lie* Quheitfeild (intra bondas specificatas), in senesc. et vic. de Fyiff;—quas dictus Mich. resignavit; et quas rex incorporavit in liberam tenandriam de Corshill, ut unica sasina apud partem dict. terrarum *lie* Corshill nuncupatam, principalem mansionem et maneriem ejusdem capienda pro omnibus staret:—TENEND. dicto Jo. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, seniori ejus heredum fem. absque divisione, et assignatis quibuscunque:—REDDEND. pro toftis &c. servitium burgi debitum et consuet.; pro ceteris *ut in carta* 2018 *tomi precedentis*, et pro quinta librata 3 pultreas, in toto 6 lib. 19 sol. 6 den., 11 bollas 1 firlotam tritici, 14 bollas 1 peccam ordei, 10 bollas 1 firl. 1 pec. avenarum, $6\frac{1}{4}$ anseres, 16 pultreas:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 445.

649. Apud Edinburgh, 12 Maii.

REX dedit literas remissionis ROBERTO BELL textori in Dalkeith, pro ejus vita duraturas,—pro arte et parte interfectionis Willelmi Ure in Stow, ex improviso mense Apr. 1594 commisse. P.R. i. 159.

650. Apud Edinburgh, 14 Maii.

REX,—cum consensu &c. (135.),—concessit familiari servitori suo JOANNI MURRAY de Ranepatrik uni generosorum intimi cubiculi sui, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Lochmaben (comprehenden. *ut in carta* 220);—quas Jo. Hume de Slegden, cum consensu D. Joannis Hume de Manderstoun militis, resignavit; et quas rex dicto Jo. M. de novo dedit, cum jure suo ratione forisfacture Joannis olim dom. Maxuell; et easdem incorporavit &c. (*ut in carta* 220):—REDDEND. *ut in carta* 220:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 443.

651. Apud Edinburgh, 15 Maii.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 228,)—confirmavit M. JOANNI CANT de Sanctgeliegrange, et KATHARINE CREICH ejus sponse,—terras de Sanctgeliegrange, cum manerie loco, molendinis, carbonibus, tenentibus &c., vic. Edinburgh;—quas idem Jo. 14 Maii 1612 resignavit:—TENEND. dictis M. Jo. et Kath. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jo. et assignatis quibuscunque, de Henrico principe:—REDDEND. unum

REX constituit ALEXANDRUM COMITEM DE DUMFERMLING, magnum cancellarium Scotie, — commissionarium suum vicemgerentem in parliamento apud Edinburgh 12 Oct. 1612 habendo, usque quo finem sortiretur;—cum potestate personam suam representare, et cetera ad dicti parliamenti perfectionem exercere tam legitime quam Lodovicus dux Lennoxie, quondam Joannes com. Montisrosarum aut Geo. com. Mariscalli commissionarii regis exercuerunt. xlvii. 39.

752. Apud Hamptoun-court, 25 Sept.

REX,—cum consensu &c. (135.),—ratificavit literas per se factas in favorem prepositi, ballivorum, consulum et communitatis BURGI DE EDINBURGH (No. 165 *supra*) :—INSUPER, pro causis *in carta* 165 *contentis*, de novo dedit dictis preposito &c.—custumam et excisam 4 lib. de qualibet tunna vinorum in parvis vendendorum infra dict. burgum et ejus jurisdictionem, et infra villam de Leith ex australi parte aque de Leith.

xlvii. 50. et 55.

753. Apud Edinbrugh, 29 Sept.

REX confirmavit cartam quondam Willelmi Airmistrang,—[qua vendidit GEORGIO HOME de Broxmouth, in vitali redditu, et GEORGIO HOME ejus filio et heredi apparenti, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, hereditarie, absque reversione,—terram husbandiam in villa et territorio de Mekle Pincartoune, comitatu Marchie, constab. de Hadingtoune, vic. de Edinburgh :—REDDEND. regi unam rosam rubeam nomine albe firme :—cum precepto sasine directo Willelmo Nesbit portionario de Newtounleiss :—TEST. Wil. Nesbit in Newtounleiss, Roberto Craig in Dunbar, Paulo Watt, Joanne Dow, Abrahamo Areusie Gallo, M. Willelmo Kellie (scriptore carte) :—Apud Pincartoune, 10 Maii 1596] :—PRETEREA dictam terram dicto Geo. juniori, tunc de Pincartoun denominato, de novo dedit; necnon,—cum consensu &c. (135.),—in feudifirmam dimisit et quitteclamavit eidem Geo., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Bunislie (vel Bownslie), 1⅓ terras husbandias terrarum de Mekle Pincartoun nuncupatas Wodesland, ⅓ terre husb. nuncupat. Crawisland in villa de Mekle Pincartoun, in dictis comitatu, constab. et vic. :—REDDEND. pro prima ter. husb. *ut supra*;—pro ceteris 6 libras 6 sol. 8 den.; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum; cum ceteris devoriis et servitiis consuet. :—TEST. 100. 46. 92. 118. 72. 119. 49. 116. xlvii. 57.

754. Apud Roystoun, 4 Oct.

REX, — cum consensu &c. (135.),—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit PATRICIO MURRAY filio legitimo natu maximo et heredi apparenti D. Gedionis M. de Elibank militis unius dominorum secreti concilii, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Dewscoir, Willieholme et Cruholme, Tounsteidis, Halyschaw, Sanct-Bryd-hill, Puttingstaneholme, Raeknowis, Glentenmonth(heid), Tannalie, Wattirholmes et Birslandis, Bloch, Brokinheidschoill, Blochburnefoot et Crosmungo, Erishauch, Thomishoill, Newlandis, Beckis, Birndlie (vel Brondlie), Calffeild cum ejus molendino, terris molendinariis &c., Middilholmes, Staikheuch, Stoibholme, Rowintrielie et Monkreiland, advocationem rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Vauchope, cum salmonum aliisque piscariis in aquis de Esk et Wauchope, omnes in Wauchopdaill, terras de Bliss in Ewisdaill, terras de Park, Craigislandis, Carruthers-croft, Crosie, Craigis, Hottcroft et Middingknowis, Betuix-the-watters, Tannasyid,

Quhytleyis, Boigthroppill, *lie* Chappell, Patrikholme, omnes in Carruthers, cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Carrutheris, terras de Dryisdaill et Pengaw, cum fortaliciis, maneriei locis, molendinis, piscariis, tenentibus &c., vic. Drumfreis; extendentes in integro ad 77 librat. 10 sol. terrarum :—que regi devenerunt &c. (*ut in carta* 613);—et quas rex incorporavit in liberam tenandriam de Calffeild :—REDDEND. 800 libras; necnon duplicando dict. feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xlvii. 83.

755. Apud Edinburgh, 9 Oct.

REX confirmavit cartam Alexandri dom. de Fyvie (postea com. de Dumfermeling dom. Fyvie et Urquhart), et quondam Lilie Drummound ejus sponse,—[qua ad feudifirmam dimiserunt DAVIDI DUMBAR de Bynnes, et MARGARETE MAWER ejus conjugi, — occidentalem dimidietatem ville et terrarum de Ovir Bynnes, extenden. ad quartam partem de Ovir et Nather Bynnes, in baronia et regalitate de Urquhart, vic. Elgin et Forres; —cujus unam dimid. idem Dav., alteram Geo. D. ejus frater germanus, personaliter ad remanentiam resignaverunt :—TENEND. dictis Dav. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Davidis quibuscunque, de dicto Alex. :—REDDEND. 3 lib. 6 sol. 8 den., 5 bollas victualium aride multure, 2 bol. avenarum custumalium, 2 muttones, 12 capones, 12 pultreas, et 6 sol. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et prestando annuatim duos messores 12 diebus tempore messis, et duos equos 12 diebus in carriagiis dicti Alex., et cetera servitia que ceteri feudifirmarii dicte baronie prestabant; necnon 3 sectas ad 3 placita capitalia dicte baronie; cum prohibitione alienandi absque consensu superioris :—cum precepto sasine directo Alex. Dumbar de Meftis :— TEST. . . portionario de Urquhart, M. Jacobo Guthrie ministro ibidem, Geo. Dumbar in Kynireddour, Geo. Sutherland notario publico (scriptore carte) :—Apud Elgin et Edinburgh, 24 Sept. et 2 Feb. 1600 et 1599] : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 74.

756. Apud Roystoun in Anglia, 15 Oct.[1]

REX,—cum consensu &c. (166.),—concessit et de novo dedit WILLELMO ARNOTE de Colbrandspeth, heredibus ejus et assignatis, irredimabiliter,—dimidium terre husbandie in Cokburnespeth (ad Jo. Ellem de Buttirdane pertinens), vic. Berruick;—quam dictus Jo. apud Edinburgum resignavit;—necnon hereditarium officium forestarie et custodie de *lie* Cokburnespeth-park, cum pastura 24 summarum animalium inter Glenphin et mare, cum silvarum gallinis *lie wode-hennis* et aliis proficuis dicti officii, vic. Berruik;—quod Georgius Lyle senior de Stanypeth cum consensu Agnetis Hammiltoun sponse sue et Geo. Lyle eorum filius natu maximus similiter resignaverunt;—necnon terras de (Ovir) Edmerisdenes et Nathir E., cum tenentibus &c., vic. Berruik;—quas Pat. Monypenny de Pilrig similiter resignavit : —PRETEREA rex fecit VILLAM DE COKBURNESPETH, ad dictum Wil. pertinentem, vic. de Beruick,—in liberum burgum baronie; dando incolis potestatem vendendi et emendi &c.; cum liberis portubus maritimis naviumque introitibus infra omnes bondas terrarum et baronie de Cokburnespeth (inter Dowglas-[vel Dunglas-]burne et torrentem descendentem a turre de Cokburnespeth); cum potestate dicto Wil. A. creandi ballivos, burgenses &c., tenendi curias burgales, forum hepdomadatim die Jovis, et diem nundinarum annuatim in festo Divi Petri ad Vincula (*Lambes-day*), 1 Aug., et per duas dies sequentes, cum custumis &c.;—et omnia suprascripta incorporavit in liberam tenandriam de Ovir Edmerisdenis, ut unica sasina apud maneriem de Ovir E. capienda pro omnibus staret :—REDDEND. pro dicto burgo 2 sol. albe firme;—pro ceteris jura et servitia aliasque devorias consuet.; tax-

[1] Dated A.D. 1602. Placed here according to the regnal year, which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxxi. fol. 76.

ando wardam &c. ad 26 lib. 13 sol. 4 den., et maritagium ad 100 lib. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 46.

757. Apud Roystoun, 21 Oct.

REX confirmavit et de novo dedit WILLELMO DOMINO KEITH MAGISTRO DE MARSCHELL, filio legitimo primogenito Georgii com. Mariscalli dom. Keith et Altrie,—dominium et baroniam de Inverugye (comprehenden. terras, dominium et baroniam de Keith-Marschell cum fortalicio et manerie, terras de Ovir Keith olim nuncupat. Keith-Symounis cum villa et terris earundem, villam et terras de Nather Keith ab antiquo vocat. Keith-Marschell, cum parcis, forestis, pratis dict. terrarum de Keithis, officium mariscallatus regni Scotie, cum privilegiis, feodis &c., cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie de Keith-Marschell, molendinis, piscariis, tenentibus &c., in constab. de Hadingtoun, vic. de Edinburgh ; terras et baroniam de Owres cum pendiculis, viz. terras et villam de O., molendinum ejusdem, terras molendinarias &c., Cratoun cum piscaria alborum piscium in mari et salsis aquis, nonam partem terrarum de Inverbervie *lie* Brounsyd nuncupatam, cum crofta *lie* Mylnedaill in villa de Inverbervie, terras de Brountoun et Johnnestoun, cum salmonum et aliis piscariis super aquis de Cowye et Berwye, cum castris, maneriebus, molendinis, piscariis, advocationibus beneficiorum, tenentibus &c., terras et baronias de Strachin et Cowpershauch cum pendiculis, viz. Auchinyeauch, Wodend, Balbrydie, Meikill Bairnis, Newtoun, Blairndryn, molendinum ejusdem, Mullo, Eslie, Knokhill, Knokmynenie, Auquhorsk, Gellund, *lie* Hauch de Gelland, molendinum de Cammy, molendinum fullonum de Gelland, Potredy, Tempiltoun, Brumehauch, Murehauch, Dulthro, Heddriehauch, Spittelburne, Niytihauch, pontem de Die, Hunthillak, Glendye, molendinum ejusdem, Colleiscors, Tullyquhumbrie, Badelphin, Schannell, Strathy, Bawblyth, Mureailhous ex australi parte aque (de) Feuch, Dilbrek, *lie* Hillokis ejusdem, Newhauch, molendinum ejusdem, Fyngleneis, Mauldscheill, Craigcuthill, cum salmonum piscariis ejusdem super aquis de Dee et Dye, Fewche et Aven, villas et terras de Collannach, Boig, molendinum fullonum ejusdem, Tirrylude, Getsyde, Blakhall, Ardlewar, Schampher, Balquhairne, Kirktoun, Larachmoir, Tilligownie, Ovir Tillilair, Mureailhous ex parte boreali aque de Fewche, *lie* Ailhouscroft, Smiddiecroft et Mylnecroft ejusdem, molendinum ejusdem cum ejus terris &c., cum tenentibus &c., vic. Kincardin ; terras et baronias de Kintoir et Eister Skene cum pendiculis, viz. *lie* Maynes de Halforrest cum fortalicio, Hairthhillis, Hairtwolstrypis, Blaeris, Schippertcroft, Rochhill, molendinum de Halforrest, Furdtoun, Leyludge, Tillibut [Tillibin ?], Drumnaheicht, Wombilhilhill, Fornett, Lachintully, Auchquhorsk, Auchrany, Torcowy [Tartowy ?], Auchincloich, Birsakismylne, Garlogy, molendinum de G., molendinum fullonum ejusdem, Werdres, Auchquhertin, Strary, *lie* Mylnecroft, Mylneboy, *lie* Kirtoun de Skene, Edwardiscroft, Smithiscroft, *lie* Hill de Keir, Liddach, Schiphirdiscroft, Mylnefurd, Ord, molendinum ejusdem, Blakhillis, *lie* Hill de Kilmwndie, *lie* Hilend, Duncansoneshill, Cairny, Feddye, Tynmondie [Kynmondie ?], *lie* Hill de Auchrany, Wairdheid, molendinum, multuras et piscarias earundem, cum advocatione capellanie *lie the Ladye-altar* infra ecclesiam de Kyntoir, cum castris, molendinis, piscariis, tenentibus &c., vic. de Abirdene ; terras et baroniam de Awden, cum fortalicio, *lie* Maynis, manerie et pendiculis, viz. Crechie, Conyeik, Awden, Smiddelandis, Slowgeiscroft, molendinum de Awden, Brighous, Myneclay [Mynetlay ?], Langmure, Auchtedonald, *lie* Smiddeland ejusdem, Auchley, Dumpstoun, Fortre, Rora, molendinum ejusdem, *lie* Browstercroft, Quhytesyde, Cortheis, Corthebray, Salterhillis, *lie* Auldtoun de Auchereis, *lie* Newtoun de Auchereis et croftam ejusdem, *lie* Camtirtir [Camcatir ?], molendinum ejusdem, *lie* Ailhouscroft, Cardno, Torwathie, Inverquhumbrie, *lie* Ailhouscroft et *lie* Browstercroft ejusdem, molendinum de Inverquhumbrie, Yokkishill, Auchtiga, Blakburne alias Coklaw, Invernetie, molendinum ejusdem, Coitburne alias Littill Boddwme, Mekill Boddwme, cimbas pis-

cariasque de Boddwmes, Inchemoir, *lie* Schippartiscroft et Smyddeland et Volumescroft et Cattelliscroft de Invernytie, Dorne cum fortalicio, Auchinhampers cum fortalicio, molendino et multuris, Trowp, Pettindrum, Petblie, Newcroft, Northfeild, Pratstoun, Trwvie [Cruvie ?], Hwnieshillis, Techinmwrie, cum castris, molendinis, piscariis, advocationibus, tenentibus &c., vic. Abirdene et Bamff; terras et baroniam de Inverrugie cum castro et pendiculis, viz. molendinum de I. cum ejus terris &c., *lie* Inglismylne nuncupatum, *lie* Smithiscroft, cum piscaria salmonum ac *lie cruves* super aqua de Wgye, *lie* Lowsydehillok, *lie quhyte-boittis-fisching* earundem, Ovir Kinloch, West-ailhous, Eist-ailhous, Nathir Kinloch, Scottistoun, Williscroft, Blakwattir, *lie quhyte-fisching* cum cimbis ejusdem, Pettinheicht, *lie quhyt-fisching* cum cimbis ejusdem, North et Middil et South Essie, Newsait, Turtarne [Curcarne ?], Bearhill, Wobsteriscroft, Kenny [Edny ?], molendinum de Erthlie, Gallowhill, molendinum fullonum de Huthie, Hwthye, molendinum et *lie* Mylnetoun de Gavell, Gavell, Auchreny, terras et baroniam de Straloch, Newsait et Ailhous, cum fortalicio et manerie, advocationibus rectorie et vicarie de Fettirangus ac vicarie de Longlen [Longley ?], cum castris, molendinis, piscariis, advocationibus beneficiorum et capellaniarum, tenentibus &c., vic. Banff; tertiam partem terrarum de Duffus cum castro, cum advocatione duarum vicissitudinum [*tua turnis*] rectorie de D., et integre vicarie de D., vic. Elgin et Forres, et per annexationem infra vic. de Banff; dimidietatem terrarum et baronie de Strabrok, cum tenentibus &c., advocatione rectorie et vicarie ecclesie parochialis ejusdem, vic. Lynlithgow, et per annexationem infra vic. de Banff); dominium et baroniam de Donnotter (comprehenden. terras et baroniam de D., cum castro, manerie, molendinis, piscariis tam in aquis dulcibus quam salsis [viz. a *lie* Cratoun-nes ad *lie* Garrown de Cowy], cum tenentibus &c., advocatione rectorie et vicarie ecclesie ejusdem, et pendiculis, viz. Gallatoun, Lochburne, Lochsyde, *lie* Fuird de Bradie, terras de Stanehyve cum libero portu, *lie hevinsilvir*, parvis custumis, anchoragiis &c., Sanct-Ninianis-den, molendinum de Stanehyve, Sanct-Ninianis-chappell, molendinum de Glaslo, Newburleyis [Newtounleyis ?], Toddelhoillis, Newtoun, Chappeltoun, villam et terras de Corterstoun [Torterstoun ?], Butlaw, Scottismylne, montem *lie* Raviniscraig cum fortalicio et manerie, terras de Downiehillis, Denis, Ailhoushill, terras et baroniam de Bordland de Rattrie, Rathnaquhy, Carnglas, Cardnes, *lie* Mylnehill, molendinum de Crawmond cum ejus terris &c., cum castris, molendinis, piscariis, advocationibus beneficiorum, capellaniarum et altaragium, tenentibus &c., terras et baroniam de Fortiresso, cum castro et manerie, tenentibus &c., advocatione rectorie et vicarie ecclesiarum ejusdem, cum pendiculis, viz. piscariam baronie de F. super aquis de F. et Cowy, terras de Ravintsnak [Ravinsnab ?], Glentoun, Rwtoun, Rummulyeoun, Auchquhilye, Smalburne, Cowtoun, cum molendino, Begfairne, Tillisuanlie, Westir et Eister Chene, Farrachye, molendinum granorum de Forrett [Forrest ?], Kirkburne, Fedders, Towchis, Glaslo, Ovir Cragie, Nather Cragy, Clochnahill, Blakbaik, Elphill, Graynes, *lie* Bray de Fettiresso, Hoibschaw, Briggis, cum castris, molendinis, piscariis, advocationibus beneficiorum, capellaniarum et altaragium, tenentibus &c., ter. et baroniam de Garvok, cum piscariis super aqua de Bervy, fortalicio, terris dominicalibus, manerie, et pendiculis, viz. villas et terras de Artherus, Scheillis, Thenstoun [Chenstoun ?], Tullerdo [Cullerdo ?], Tullo, Raidfuird, Bradystoun, Balhagardy, Ravinschaw, Smiddiehill, Barnthill, Bruntoun, Falconisleyis, Johnnestoun, Unthank, Clettoun, Craig, Pettye et molendinum earundem, Dava, cum molendino de Garvok, Steyne de Bennwme, Arberny, Budertoun [Brudertoun ?], Muretoun, cum castris, molendinis, piscariis, advocationibus ecclesiarum, beneficiorum et capellaniarum, tenentibus &c., hereditaria officia vicecomitatus de Kincardin et constabularie de Kincardin, Cowye et Durris, cum eorum privilegiis, feodis &c., cum castris [croftis ?], domibus, terris et tenementis infra et circa villam de Cowie ubicunque jacen., cum foresta de Cowy vocata foresta de Month, villam,

terras, tenementa et croftas de Kincardin, Gallahilstoun et Palfraymanstoun, cum advocatione capellanie Dive Catharine, cum potestate liberi burgi de Kincardin, vic. de Kincardin);—quas dicti Geo. et Wil. apud Edinburgum resignaverunt:—RESERVATO dicto Geo. libero tenemento dict. terrarum infra bondas de Mar et Mernis jacentium, secundum tenorem contractus de data apud Edinburgh, 20 Feb. 1608:—INSUPER rex univit advocationem rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Benholme, vic. Kincardin, ad dominium et baroniam de Donotter, constituendo dictum Wil. hereditarium patronum ejusdem:—TENEND. dicto Wil. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, reversuras dicto Geo. et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., D. Roberto Keith de Benholme militi et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Gilberto Keith de Trowp et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Geo. cognomen et arma de Keith gerentibus quibuscunque:—REDDEND. *ut in* Registro Magni Sigilli, A.D. 1580–1593, *carta* 2176:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 45.

758. Apud Roystoun, 21 Oct.

REX confirmavit WILLELMO DOMINO KEITH MAGISTRO DE MARSCHELL, filio legitimo primogenito Georgii comitis Mariscalli dom. Keith et Altry,—terras, dominium et baroniam de Altrie, comprehendentes terras et alia ab antiquo ad monasterium de Deir spectantia (viz. maneriem de D. ab antiquo monasterium de D. nuncupat., cum domibus et aliis infra clausuram et precinctum dicti loci, cum terris dominicalibus, *lie* Cirthill [Cuthill?] nuncupat., terras de Clerkhill, Quartailhous et molendinum fullonis earundem, molendinum de Creichie cum ejus terris &c., terras de Dennis, Meikill Auchrydie, Auchmwnigell, Carnebannoch cum molendino et multuris, Littill Auchrydie, terras de Craigmylne, cum molendino, terris molendinariis &c., terras de Auchlek, Aucherk [Autherb?], Gleukriach, Littill Elrig, Auldmad cum molendino, terris molendinariis &c., terras de Badforskie cum molendino, terris molendinariis &c., terras de Criallis, Skillimarny, Auchmacher, Altre, Byffie, *lie* Raw de B. et *lie* Parkhous de B., Brucehill, molendinum de Bruxie cum multuris, cum novo molendino de B. super aqua de Inverugy, terras de Skroghill, Kirktoun de Deir, Benwall, Meikill Elrik cum molendino, terris molendinariis &c., Fechill, Monkishill, Grange de Rahill, *lie* Fischertoun de Petirheid cum portubus, anchoragiis et piscariis, terras de Caikinche, Monkisholme, Ovir et Nather Alterlandis de Foverne, annuos redditus 3 lib. 6 sol. 8 den. de terris de Tulloch, 33 sol. 4 den. de Towkis, 40 sol. de Sauchope de Kinmondie, tenementa et domos infra burgum de Abirdene ab antiquo ad dictum monasterium spectantes, salmonum piscariam de Inverugye in aqua salsa et recenti, molendinum monasterii de Deir infra parietes ejusdem, *lie* Kirktoun de Deir, vic. Abirdene; terras de Barry, vic. Banff; cum tenentibus &c., feudifirme firmis, decimis garbalibus et aliis decimis et proficuis ecclesiarum parochialium de Deir, Pettirugye, Foverne et Kynedward, et terrarum infra parochias ejusdem, infra diocesim et vic. de Abirdene; cum portu et burgo baronie de Keithinche alias Kaikinche, cum *lie heavinsilvir*, parvis custumis, anchoragiis &c., cum advocatione rectoriarum dict. ecclesiarum parochialium); terras templarias (vel ecclesiasticas) de Donottir et Fettiresso, terras de Clerkinscheillis, Tulliquhillie, Mallamuk et croftas in Banchrie, vic. Kincardin; tertiam partem molendini *lie* Schirrefmylne cum multuris, vic. Elgin et Forres; cum molendinis, piscariis, tenentibus &c.; necnon terras, croftas, tenementa, annuos redditus et alia olim Fratribus Predicatoribus et Carmelitanis *lie Blak and Quhyte Freiris* burgi de Abirdene spectantia (ad longum enumerata [1]);—que omnia dicti Geo. et Wil. resignaverunt;—et que rex dicto Wil. de novo dedit, cum advocatione vicarie de Pettirugy et prebendarie de Deir infra ecclesiam cathedralem de Abirdene, cum decimis garbalibus aliisque decimis terrarum de Fechill, antea ad dominium

[1] The enumeration is simply repeated from *Regist. Magni Sigilli*, A.D. 1580–1593, No. 2175.

de Altrie annexis; et de novo annexuit ad dictum dominium dictam vicariam de Pettirugy cum ejus terris, decimis &c. (per M. Jac. Mairtyne vicarium ejusdem cum consensu dictorum Geo. et Wil. ejus patronorum resignatam):—PRETEREA rex voluit quod unica sasina apud Altrie pro dominio et baronia de Altrie, sasina apud terras ecclesiasticas de Feddiresso pro terris eccles. de Donotter &c. (usque ad Schirreffismylne), sasina apud fundum ubi principalia messuagia dict. Fratrum situata erant pro terris &c. dict. Fratrum, sufficientes essent:—TENEND. *ut in carta* 757:—REDDEND. pro terris &c. dictorum Fratrum 40 lib., pauperibus hospitalitatis de Abirdene applicandas prout rex dirigeret; pro ceteris *ut in* Regist. Magni Sigilli, A.D. 1580–1593, *carta* 2175:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 48.

759. Apud Edinburgh, 27 Oct.

REX ad feudifirmam dimisit D. JOANNI HOME de Northberruick militi, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—acram *lie* Lady-aiker cum domo et horto ejusdem, jacen. infra bondas de Gleghorne, in parochia de Northberuik, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—que olim ad altare B.V.M. in ecclesia parochiali de Northberuik pertinuit:—REDDEND. 3 sol. 4 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 60.

760. Apud Edinburgh, 27 Oct.

REX confirmavit cartam Jacobi episcopi Lesmoren.,—[qua,—pro 1200 libris persolutis pro relevamine suo ac relevatione bullarum suarum episcopatus Lesmoren. ac bullarum intentionis (vel retentationis) subdiaconatus Glasguensis, et bullarum Magistri Willelmi Cunynghame super diaconatu Brichinen. cum pensione super (sub)diaconatu Glasguen. predicto, ac pro solutione taxe partis 10000 lib. domine regine concess., et pro relevamine dicti episcopi ad manus creditorum,—cum consensu capituli Lesmoren., ad feudifirmam dimisit JACOBO DUCI A CHASTELLARAULT com. Aranie dom. Hammiltoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—4 mercatas terrarum de Saddell *lie* Maynes de S., 3 mercat. de Corscadle (Tortastill?), 20 sol. de Leffenchoraucht, 20 sol. de Leffenbeg, mercatam de Ulladill, mercatam de Kilmichell, 2 merc. de Leffenmoir, 2 mercat. de Giristill (Guistill?), 20 sol. de Iffernane, 20 sol. de Bradifernane, 20 sol. de Monychwill, 2 merc. de Uggadle, 2 mercat. de Kildonane, mercatam de Ormissaray, 8 sol. de Kellable, 2 mercat. de Knokchantibeg, 2 mercat. de Lessenwork, ½ mercat. de Elleindawar, 2 mercatas de Ballewachane, 2½ mercatas de Knokingor, 2½ mercatas de Drummalay, mercatam de Bordadow, 4 mercat. de Kilmory, 3 merc. de Auchinleskin, 20 sol. de Drumnamwkloch, in integro extenden. ad 48 mercat. terrarum antiqui extentus, infra limites de Kintyre, vic. de Tarbert;—quas univit ut unica sasina apud dictas 4 mercatas de Saddell capienda pro omnibus staret:—INSUPER constituit dictum ducem—capitanum, constabularium et custodem hereditarium maneriei seu fortalicii dict. terrarum de Saddell; cum potestate deputatos constituendi, qui tenerentur recipere dictum episc. et ejus successores tanquam dominos quoties ibi remanerent:—REDDEND. dicto episcopo 48 merc., et 13 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Jo. Hammiltoun in Bothuile:—TEST. M. Wil. Hammiltoun rectore de Cambuslang canonico Glasguen., D. Tho. Knox notario publico, Wil. Craufurd, M. Arch. Barrie vicario (pensionario) de Hammiltoun:—Apud Dunnon, 16 Maii 1556]:—NECNON aliam cartam ejusdem episc.,—[qua,—pro 1200 libris &c. (*ut supra*),—cum consensu capituli Lesmoren., ad feudifirmam dimisit dicto duci, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Caskane (vel Ceskane) in insula Aranie, vic. Bute:—REDDEND. dicto episcopo 40 merc., et 13 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando &c. (*ut supra*):—cum precepto et TEST. *ut supra*:—Apud Dunnone, 6 Maii 1556]:—INSUPER suprascripta quitteclamavit JACOBO MARCHIONI DE HAMMILTOUN com. Aranie dom. Evane &c. et Abirnethie (Abirbrothok?):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 61.

761. Apud Edinburgh, 27 Oct.

REX confirmavit cartam Davidis Lindsay de Edzell,—[qua,—cum consensu D. Davidis Carnegie de Kynnaird militis, D. Willelmi Grahame de Claverhous militis, Davidis episc. Rossen., M. Jeromie Lindsay de (Dynunno), D. Joannis Ogilvy de Inverquharitie militis, Davidis O. de Kynnaltie ejus fratris germani, M. Alexandri Lindsay de Canterland et Davidis Lindsay de Balgayis,—pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit DAVIDI COLLACE de Birkhill (vel Kirkhill), heredibus ejus et assignatis quibuscunque, absque reversione,—terras de Balhall, tam umbralem quam solarem earum dimidietatem, cum terris de Leichescroft ac novo molendino granorum de Balhalvell, terris molendinariis &c., cum manerie et loco de Balhelvill, advocationem rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Menmure, in parochia de Menmure, vic. Forfar:—Reservatis terris de Bogtoun et Mylnetoun de Balhelvill, et antiquo molendino de B., ad dictum Dav. Lindsay de Edzell et Tho. Collace de Pitforky spectantibus:—Reddend. regi 2 den. albe firme:—cum precepto sasine:—Test. M. Alex. Ramsay notario, M. Jo. Dugatt servo dicti Dav. L. de E., Jo. et Davide Ogilvie servitoribus dicti D. Jo. Ogilvie, Alex. Melvill servitore dicti Dav. Carnegy, Geo. Campbell de . . ., Jo. Ramsay commissario Brechinensi, M. Georgio Grhame et Walt. G. filiis dicti Wil. G., Jo. Noray in Brechin (scriptore carte):—Apud Edzell, Inverquharratie, Brechin, Claverhous et Leyth, 19, 21, 23 et 25 Maii 1612]:—Preterea suprascripta quitteclamavit:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 65.

762. Apud Edinburgh, 27 Oct.

REX dedit literas remissionis JACOBO BLAIR de Brucetoun, pro ejus vita duraturas,—pro arte et parte interfectionis Jacobi Kynneir in Brustoun, 13 Dec. 1602 commisse. P.R. ii. 114.

763. Apud Edinburgum, 30 Oct.

REX,—cum consensu &c. (135.),—concessit JACOBO ROBERTOUN de Ernock et ALISONE HAMMILTOUN ejus sponse in conjuncta infeodatione, et JACOBO ROBERTOUN eorum filio natu maximo hereditarie,—superioritatem terrarum de Eister Moderwell, cum maneriebus et piscationibus, extenden. ad 5 libratas terrarum antiqui extentus, in dimidia baronia de Dalzell, vic. de Lanerk;—quam Robertus Neisbit de Dalzell resignavit;—et quas terras rex dictis personis de novo dedit, tam superioritatem quam proprietatem earundem:—Tenend. dictis Jac. seniori et Alisone *ut supra*, dicto Jacobo juniori et heredibus masculis ejus de corpore procreandis, quibus deficientibus, Joanni R. ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Archibaldo R. eorum fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., heredibus masculis dicti Jac. senioris de corpore procreandis, quibus def., Bartillomeo Robertoun filio legitimo Joannis R. burgensis de Hammiltoun et heredibus masculis ejus de corpore procreatis, quibus def., dicto Joanni ejus patri[1] et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., M. Jacobo R. filio quondam Archibaldi R. in Stanehill et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., heredibus masculis et tallie dicti Jacobi R. de E., irredimabiliter:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 53. et 94.[2]

764. Apud Palatium de Quhythall, 30 Oct.

REX confirmavit servitori suo JOANNI MURRAY de Dundrenane, generoso cubiculi dormitorii sui, heredibus ejus masculis quibuscunque et assignatis,—baroniam de Dundranane (comprehenden. *ut in carta* 35), et terras et baroniam de Lochmabane (comprehenden. *ut in carta* 220, necnon appreciatas terras de Smalgillis *et cetera in carta* 683 *sequentia*);—quas idem Jo. apud Tibbollis resignavit; et quas rex ei, pro servitio semper ab ejus infantia prestito, ac pro compositione persoluta, de novo dedit, cum jure suo ratione forisfacture Joannis olim dom. Maxuell (Jun. 1609), et cum advocatione rectorie et vicarie

---

[1] So in *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxxi. fol. 76 verso. The Great Seal Register reads *fratri*.

[2] The former copy only contains the earlier part of the charter.

ecclesie parochialis de Lochmabane; que baronie et advocatio a corona dissolute fuerunt in parliamento tento Oct. 1612;—et quas omnes rex incorporavit in liberam baroniam de Lochmabane, ordinando locum et fortalicium de L. principale fore messuagium:—et,—quia suprascripta in diversis jurisdictionibus naturaliter jacuerunt, viz. infra senesc. de Kirkcudbrycht et Annanderdaill et vic. de Drumfreis et Wigtoun, tunc vero ratione unionis infra senesc. de Annanderdaill et vic. de Drumfreis,—ordinavit quod liceret brevia ex cancellaria regis pro deservitione heredum obtinere dirigenda vicecomiti de Drumfreis vel senescallo Vallis Annandie ad optionem dictorum Joannis et heredum:—REDDEND. pro baronia de Dundranane 40 libras albe firme; necnon ministris ecclesiarum ejusdem stipendia in prioribus infeofamentis specificata; ac perimplendo cetera inibi contenta;—pro antiqua baronia de Lochmabane feudifirme devorias in prioribus cartis contentas; deducendo 40 libras 13 sol. 4 den., et 32 *lie mairtis*, pro feodo custodie castri de L.;—pro ecclesia de Lochmabane 10 solidos albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 66.

765. Apud Quhythall, 30 Oct.

REX confirmavit et de novo dedit D. THOME HAMMILTOUN de Byris militi, secretario suo,—terras et baroniam de Byreis &c. (*ut in carta* 71); necnon terras et baroniam de Bynnie (comprehenden. terras de West Bynnie, cum fortalicio, maneriei loco, molendinis, terris molendinariis &c., et carbonibus, unam bovatam in Eister Bynnie olim per Rob. Hammiltoun de Briggis occupat., cum tenentibus &c.; peciam terre et peciam prati adjacen. nuncupat. Damflat et Lochheidis, in territorio de Trovin [vel Tortrevin], baronia de Melvill, vic. Edinburgh; terras de Orchardfeild, cum tenentibus &c., vic. Edinburgh; terras ecclesiasticas de Eister et Westir Bynnie et Braidlaw alias Middil Bynning nuncupat. *the Nunlandis*, cum tenentibus &c. et feudifirmis, terras ecclesiasticas vicarie de Bynning, cum advocatione dicte vicarie, terras de Braidlaw et Hingandsyde alias Middil Bynning cum manerie, cum terris ecclesiasticis dicte vicarie extenden. ad 40 acras arabiles, terras ecclesiasticas in Middil Bynning olim ad monasterium de Elcho spectantes extenden. ad 4 bovatas aut eocirca, vic. Lynlythgow); villam et terras et terras dominicales de Drumcroce, cum molendino granario de D., ejus terris &c., 2 quarterias terrarum de Northfeild de Drumcroce *lie* Knok et Middil-quarter nuncupat., cum privilegio lucrandi glebas et focalia in marresiis de Drumcroce cum libero introitu cum *lie cairtis* et *waneis*, in dominio et vic. de Linlithgow;—quas idem Tho. resignavit; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Byreis, ordinando castrum de B. principale fore messuagium; et quod brevia per heredes impetranda pro eorum introitu vicecomiti de Hadingtoun dirigerentur et ad crucem foralem burgi de Hadingtoun tantummodo deservirentur; et permutando antiquam firmam tenendi partem dict. terrarum, que antea in taxata warda tenebatur, in albam firmam secundum tenorem acti parliamenti desuper confecti:—TENEND. *ut in carta* 71:—REDDEND. pro antiqua baronia de Byreis unum par calcarium deauratorum, pro West Bynning, Braidlaw, Hingandsyd et ceteris antea in taxata warda tentis unam rubram rosam, nomine albe firme;—pro Nunlandis 22 merc., et 22 merc. in introitu heredum, nomine feudifirme; et faciendo cetera in antiquis infeofamentis contenta;—pro dictis terris vicarie 4 merc. feudifirme; et duplicando feudifirmam in introitu heredum;—pro dicta advocatione unam albam rosam nomine albe firme;—pro villa &c. de Drumcroce 15 lib. 15 sol., pro dictis 2 quarteriis 3 lib. 12 sol., feudifirme; et duplicando &c. (*ut sup.*); et sustentando politiam solo corresponden.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 77.

766. Apud Edinburgh, 3 Nov.

REX concessit et de novo dedit GEORGIO COMITI DE CAITHNES dom. Sinclair &c., et Domine JEANNE GORDOUN comitisse de Caithnes ejus sponse,—dimidietatem terrarum de Aikergill cum castro, cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Dwnett, dimid. terrarum de Reis, terras de Subuster, quartam partem de

Myrelandnorne, dimid. de Wesbister et de Harland, dimid. molendini de Auldweik, 2 denariat. terrarum in villa de Weik, cum una parte aque de Weik et piscariis ejusdem, terras de Lyneaiker, Congilfit, quartam partem de Tane, dimid. de Stangergill cum quarta parte molendini de S., binam partem de Nethersyd-Olrik, dimid. de Sordell, quartam partem de Clarieden, solarem quartam partem de Murkill, 2 den. de Ratter, quartam partem de Thurso cum quarta parte aque et piscariis earundem, cum castris, maneriebus locis, molendinis, piscariis, tenentibus &c., terras de Burrestoun, dimidietatem terrarum et molendini de Lybister, terras de Lowrarie, 5 den. de Farsequhair, dimid. et 2 den. terrarum de Greistane, cum crofta nuncupata Boilkaik, terras de Scottiscalder cum molendino, terras de Nornecalder, 32 den. terrarum in villa de Skaill, dimid. de Bannaskirk, 7 den. in villa de Dwne, tertiam partem de Brabisterdurhaine, quartam partem de Ernelie, Burland-Murkill et Subamister, 7 den. de Dwnett, 2 den. de Halland, dimid. de Hallandmak, cum obulato et *lie ferdingland* in villa de Ratter, sextam partem de Corsbauk, cum quarta parte molendini earundem, dimid. de Holme, terras de Sunzie cum molendino, terras de Brabisterne, Sleiklie, dimid. de Ulbister, terras de Fors cum castro, cum castris, molendinis, tenentibus &c., ab antiquo infra vic. de Invernes et per annexationem infra vic. de Banff, tunc vic. de Caithnes; cum ceteris terris, tenementis et aliis jacen. infra villas de Thurso, Weik et Dwnett et infra bondas, diocesim et vic. de Caithnes, Georgio com. Mariscalli et Willelmo dom. Keith ejus filio eorumque predecessoribus spectantibus (exceptis terris de Stranaver) ;—quas dictus Wil., cum consensu patris sui, D. Roberti Keith de Benholme militis et Joannis com. de Mar dom. Erskine &c., resignavit; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Aikergill, ordinando castrum de A. principale fore messuagium :—TENEND. dictis Geo. com. de C. et Jean. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. et assignatis dicti com. de C. quibuscunque :—REDDEND. jura et servitia debita et consueta; taxando wardam ad 100 merc., et maritagium ad 500 merc. (respectu taxationis warde dominii et baronie de Inverrugie, ex quo terre suprascripte fuerunt partes, ad 600 mercas, et maritagii ejusdem ad 4000 merc.) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 69.

767. Apud Edinburgh, 3 Nov.

REX confirmavit cartam quondam Jacobi dom. Ros de Halkheid et Melvill,—[qua, —pro perimpletione contractus de data apud Edinburgh, 25 Feb. 1577, necnon pro 2140 merc. persolutis, — cum consensu Domine Jeanne Sempill conjugis sue,—vendidit (quond.) JACOBO COMITI DE MORTOUN domino de Dalkeith, regenti Scotie, heredibus ejus et assignatis,—terras et villas de Moshousis Ovir et Nather cum pendiculis, viz. villas et terras de Hericorne et Bowhousis, in dominio et baronia de Melvill per annexationem, vic. de Edinburgh :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine directo Jo. Ros de Nuik : —TEST. Rob. Grahame de Knokdoliane, Wil. Montgomerie de Hasilheid, Jacobo Stewart juniore de Ardgowane, Willelmo Wallace juniore de Johnnestoun, Jo. Ros de Nuke, Ric. Baillie :—Apud Edinburgum, 4 Mar. 1577] :—NECNON cartam (dicti) Jac. com. de Mortoun dom. de Dalkeith &c., magni admiralli Scotie,—[qua concessit JONETE SCHAIRP servitrici sue, in vitali redditu, et (quondam) WILLELMO DOWGLAS filio naturali suo hereditarie, —terras suprascriptas : — TENEND. dicte Jonete *ut supra*, dicto Wil. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Jacobo Dowglas commendatario prioratus de Pluskarden et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Archibaldo D. de Pettindreich etiam filio suo naturali et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Georgio D. (postea M. Geo. D. nuncupato) eorum fratri naturali et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., dicto comiti et heredibus suis masc. et tallie, in nova infeodatione comitatus de Mortoun contentis, et assignatis quibuscunque reversuras, de rege :—cum precepto sasine : —TEST. Geo. Awchinlek de Balmanno, Josepho Dowglas de Pumphrestoun, Alex.

Jardane cubiculario dicti comitis, Alex. Lawsoun, Jo. Forsyith, notariis publicis: —Apud Abirdour, 6 Aug. 1580]:—INSUPER dictas terras dicte Jonete in vitali redditu, et dicto JACOBO DOWGLAS de Spott et heredibus tallie antedictis hereditarie, de novo dedit:—TEST. 99. 46. 93. 118. 72. 119. 122. 121. xlvii. 73.

768. Apud Edinburgh, 3 Nov.

REX,—cum consensu &c. (135.),—intelligens BURGUM DE TAYNE, in comitatu Rossen., vic. Invernes, ex antiquo per progenitores suos in burgum regium erectum fuisse,—et considerans necessitatem dicti burgi non solum pro receptatione inhabitantium insularum et terrarum montanarum Scotie verum etiam pro educatione eorum liberorum in virtute, civilitate et doctrina, —ratificavit omnia infeofamenta per se et progenitores suos in favorem dicti burgi concessa: — INSUPER rex de novo dedit preposito, ballivis, burgensibus, inhabitantibus, consulibus et communitati dicti burgi, et eorum successoribus,—dictum burgum, cum ejus terris, tenementis, molendinis, terris molendinariis &c., moris, marresiis, communiis, pastura *lie* Badis et Raainche, *gressingis*, ut per dictos prepositum &c. possesse et perambulate fuerunt annuatim, infra quatuor cruces angulares *lie girth-croces* jacen. circa dict. burgum, et specialiter terras de Inverrathie, Gortingis, Clerkisland et Preistisland, tanquam partes communium terrarum dicti burgi ultra hominum memoriam possessas, cum earum tenentibus &c., portum marinum navium aliorumque vasorum, et litus dicti burgi territorio adjacen., cum anchoragiis, parvis custumis, *lie schoir-silvir* &c., cum salmonum aliorumque alborum piscium piscariis tam in aquis dulcibus quam salsis, concharum petram conchasque *lie mussi-scape* et *mussillis* in conspectu dicti burgi et territorii ejus nuncupat. Sanct-Duthois-scape, cum *lie sey wrak* et *wair* infra dict. bondas aut maris arenas adjacen.;—de novo concedendo dictis preposito &c. potestatem eligendi prepositum, ballivos, decanum gilde, thesaurarium, consules &c., burgenses et gilde fratres creandi, acta pro republica dicti burgi statuendi, curias tenendi, cum privilegio de *lie pit* et *gallous* infra libertatem dicti burgi; necnon jus tenendi annuas nundinas, viz. *Midsomer* vel festum S. Joannis 26 Jun., diem S. Barquhani 4 Aug., S. Duthosi 30 Dec., festum S. Duthosi in quadragesima 6 Mar., et festum S. Makharboch 20 Nov., et forum hepdomadatim die Saturni; et emendi et vendendi &c., *lie pack* et *peill*, cum teloniis &c.:—necnon concessit et mortificavit dictis preposito &c. —omnes terras, tenementa, annuos redditus, *lie daill-silvir*, obitus et alia ad quascunque capellanias, altaragia, prebendas aut aliud quodcunque beneficium situat. infra dict. burgum et ejus jurisdictionem spectantia: —et voluit quod unica sasina apud crucem foralem dicti burgi semel capienda pro omnibus staret imperpetuum: — REDDEND. 5 libras nomine census burgalis; necnon servitium burgi debitum et consuetum:— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 150.

769. Apud Edinburgh, 3 Nov.

REX confirmavit cartam Willelmi domini Keith magistri Mariscalli, — [qua, — cum consensu Georgii com. Mariscalli domini Keith et Altrie patris sui, liberi tenementarii subscriptorum, — pro perimpletione contractus de data apud Edinburgh, 20 Feb. 1608, — concessit Domine MARGARETE OGILVIE comitisse Mariscalli, sponse dicti Geo., pro ejus vita,—*lie* Maynis de Halforrest, terras de Furdetoun et Wombilhill, molendinum de Garlogy, terras molendinarias *lie* Mylnecroft et astrictas multuras ejusdem, terras de Aucquhirtin, Strery, Kirktoun de Skene, Liddauche, Kinmundie, Carnedny (vel Cardny), Blakhillis, Feddie, molendinum de Bryssak, ejus terras &c., in parochiis de Skene, Kintor et Kynnellar, vic. Abirdene; —et hoc in plenariam contentationem dicte Marg. juris vitalis redditus quod habuit ante datam dicti contractus, necnon clausule in dicti Wil. infeofamento feodi terrarum et comitatus Mariscalli quod liceret dicto Geo. infeodare ejus sponsam in vitali redditu in tanta portione dictarum terrarum que annuatim extenderet ad 40 celdras victualium ($\frac{2}{3}$ farine avenatice et $\frac{1}{3}$ ordei), necnon bonorum et rerum quarumcunque que per decessum dicti Geo. dicte

Marg. devenire potuissent:—TENEND. de rege :—cum clausula warrantizationis quod suprascripta valerent annuatim dictas 40 celdras, preter decimas garbales, custumas et alia de illis debita : — cum precepto sasine directo Wil. Ogilvie in Wras :—TEST. Jo. com. de Mar domino Erskyn et Gareoch &c., Jo. Levingstoun de Dunypace, M. Rob. Irving de Moncoffer, Hen. Dow servitore dicti com. de Mar, Alex. Irwing de Drum, D. Alex. Falconer de Halkertoun milite, M. Jacobo Keith de Wodstoun, Leonardo Bruce in Staneheavin (scriptore hujus carte) :—Apud Fischerschaw, 12 Jul. 1612] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

P.R. i. 183.

770. Apud Edinburgh, 6 Nov.

REX,—cum avisamento &c. (135.),—concessit et de novo dedit JOANNI LEVINGSTOUN de Baldorane, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Manwell cum pertinentiis nuncupat. *lie* Haningmaynis et pendiculis earundem vocat. *lie* Parkhill, Hilsyde alias Toftis, Weitschott, cum terris de Madustoun, Nicholstoun, Gillanderisland, Manuelrig, Gilmudieland, Eister et Westir Ballinbreich, cum molendinis de Manuell et Ballinbreich, eorum terris &c., cum fortaliciis, maneriebus, *lie wardis, parkis,* piscationibus, carbonibus, cunicullariis, molendinis, feudifirmariis aliisque devoriis et servitiis earundem, cum communitatibus, communibus pasturagiis, tenentibus &c., vic. Stirling ;—que fuerunt M. Jacobi Hammiltoun advocati ; et quas dictus Jac., Alex. Levingstoun feodatarius de Haning, Joneta Henrysoun ejus sponsa, Wil. Cleland de Knowhobillhill, Andreas Polwart filius legit. quondam Jacobi P. de Cowstoun, et D. Geo. Levingstoun de Ogilface miles, cum consensu Thome Levingstoun olim de Haning, Eliz. Forrester ejus conjugis et Joannis Levingstoun de Donypace, resignaverunt ; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Haning, ordinando fortalicium de Haning principale fore messuagium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 47.

771. Apud Edinburgh, 10 Nov.

REX,—cum consensu &c. (135.),—confirmavit cartam Willelmi Ker de Mersingtoun,—[qua, cum consensu Issobelle Ker conjugis sue,—pro perimpletione contractus matrimonialis inter dictos Wil. et Is. et JACOBUM KER filium suum et heredem apparentem ab una, et Rob. Edyear de Wodderlie et Mariam Dowglas ejus sponsam et Margaretam E. eorum filiam legit. ab altera partibus, de data apud Edinburgh et . . . , 21 et . . . Maii 1607, in libris dominorum concilii registrandi,—concessit dicto Jacobo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —terras de Mersingtoun, cum fortalicio et manerie, in comitatu Marchie, vic. Beruik :—RESERVANDO dicto Wil. liberum tenementum omnium (exceptis 7½ terris husbandiis limitat. per *lie* Fordellawis ex orientali et *lie* Fischergait ex australi, jacen. in boreali latere ville de Mersingtoun, cum domo *lie* Chappelhous, horreo et ustrina eis spectan., in quibus dicti Jac. et Marg. infeodari debuerunt) ; et dicte Is. vitalem redditum 5½ terrarum husbandiarum in quibus infeodata fuit :—REDDEND. regi unum den. albe firme :—cum precepto sasine directo Davidi Edyear in Wodderlie :—TEST. M. Tho. Henrysoun uno commissariorum burgi de Edinburgh, Geo. Wauchope de Cleghorne, Thoma et Alex. Haitleyis servitoribus D. Archibaldi Dowglas senatoris collegii justitie et domini secreti concilii :—carta scripta per Rob. Fortoun scribam :—Apud Edinburgh, 21 Nov. 1607] :—NECNON cartam Jacobi Ker feodatarii de Mersingtoun, tunc etatis 21 annorum completorum, — [qua, pro perimpletione dicti contractus, vendidit dicte MARGARETE EDYEAR sponse sue affuture, in vitali redditu,—12½ terras husbandias de Mersingtoun, viz. 7½ ter. husb. supradictas, et 5 ter. husb. (occupat. per Robertum Blak, Arch. Youngar et Tho. Studehoip) ex australi latere ville et terrarum de M., cum fortalicio et manerie, et domo *lie* Chappelhousis, vic. Berruick :—REDDEND. dicto Jac. unum den. albe firme: —RESERVANDO vitalem redditum fortalicii et maneriei de Mersingtoun dicto Wil., et 5½ terrarum husbandiarum ex dictis 12½ ter. husb. dicte Is.: —cum precepto sasine directo Rob. Haitlie in Pleualand :—TEST. Wil. Edyear fratre germano dicti Rob. E.,

Joanne Wode sartore, Rob. Donaldsoun in West - maynis-of-Quhittinghame, Roberto Wode sartore ibidem :—carta scripta per Geo. Simpsoun filium Alexandri S. notarii in Hadingtoun :—Apud Mersingtoun, 17 Aug. 1607] :—PRETEREA suprascripta dicto Jacobo de novo dedit :—REDDEND. unum den. albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 84.

772. Apud Edinburgh, 12 Nov.

REX,—cum consensu &c. (150.),—concessit et de novo dedit THOME TURNBULL de Mynto, in vitali redditu, et JOANNI TURNBULL ejus filio legitimo natu maximo, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, dicti Thome propinquioribus et legit. heredibus masc. et assignatis quibuscunque, hereditarie,—binam partem terrarum dominicalium de Mynto cum fortaliciis et maneriebus, 5 terras husbandias in villa et territorio de Mynto, cum tenentibus &c., vic. Roxbrugh;—quas idem Tho. resignavit: —PROVISO quod liceret dicto Tho. durante ejus vita (assignatis seclusis) suprascripta redimere a dicto Jo. per solutionem *ane rois-nobill* (aut 10 lib.) super premonitione 8 dierum in ecclesia parochiali de Mynto, aut ejusdem consignationem in manibus responsalis hominis in dicta parochia; et quod liceret dicto Thome durante ejus vita suprascripta alienare sub reversione 5000 mercarum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 52.

773. Apud Edinburgh, 12 Nov.

REX,—cum consensu &c. (135.),—concessit et de novo dedit MARGARETE HEREOT sponse Thome Ogilvie de eodem, in vitali redditu,—in plenariam contentationem ejus conjuncte infeodationis et tertie,—terras terrasque dominicales de Eister Powrie, cum maneriei loco, fortalicio, molendinis, terris molendinariis &c.,—necnon, in speciale warrantum earundem, ceteras terras terrarum et baronie de Ogilvie, cum manerierum locis, molendinis, terris molendinariis &c.,—vic. Forfar;—necnon dicto THOME OGILVIE, et heredibus masculis inter eum et dictam Margaretam legitime procreatis, uibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. et assignatis dicti Thome quibuscunque,—dictas terras et baroniam, comprehenden. dictas terras de Eister Powrie cum molendinis, quartam partem ville et terrarum de Balkello, tertiam partem (extenden. ad 2 aratra terre) ville et terrarum de Lumlephan, vic. Forfar;—quas omnes idem Tho. resignavit; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Ogilvie, ut unica sasina apud maneriei locum de Ogilvie capienda pro omnibus staret :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 108.

774. Apud Edinburgum, 12 Nov.

REX confirmavit cartam quondam Joannis dom. Abirnethie de Saltoun, et Domine Margarete Stewart domine Saltoun liberetenementarie infrascriptorum,—[qua,—virtute contractus de data apud Rothemay, 11 Maii 1612,—vendiderunt GEORGIO BISSET de Lessindrum, in vitali redditu, et M. ROBERTO BISSET (scribe) ejus filio, et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masculis dicti Geo. et assignatis quibuscunque, hereditarie, absque reversione,—villam et terras de Kirktoun de Drumblate, cum molendino, terris molendinariis &c., cum privilegio glebarii *lie mos*, et lucrandi glebas et focalia infra bondas medie tertie partis davate terrarum de Comalegie, vic. Abirdene :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine :—TEST. Pat. Livingstoun de Daldres, M. Pat. Andersoun in Lessindrum, Alex. Fordye in Knychtsmylne, Jac. Andersone in Dumbenan :—carta scripta per dictum Rob. :—Apud Rothemay, 5 Jun. 1612] :—INSUPER,—cum avisamento &c. (150.),—suprascripta dictis personis de novo dedit, et ad tenandriam de Lessindrum annexuit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 118.

775. Apud Edinburgum, 13 Nov.

REX concessit et de novo dedit ANDREE SCOTT mercatori burgensi de Edinburgh, et EUPHAMIE HARLAW ejus sponse, —terras de Techindad, extendentes ad 10 solidat. antiqui extentus, cum molendinis, piscationibus, carbonibus, in parochia de

Cleisch, baronia de Moncreif per annexationem, vic. Fyff;—quas David Murray de Balgony, cum consensu Agnetis Moncreif conjugis sue et Gilberti M. ipsorum filii natu maximi et heredis apparen., irredimabiliter resignavit, pro ratificatione literarum obligatoriarum de data apud Carraill et Kippo, 31 Aug. et 21 Oct. 1612, in libris dominorum concilii registrat.:—TENEND. dictis And. et Euph. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Andree quibuscunque:—REDDEND. *ut in carta* 1944 *tomi precedentis*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 62.

776. Apud Edinburgh, 19 Nov.

REX,—cum consensu &c. (135.),—confirmavit [1] cartam Georgii archiepiscopi S. Andree,—[qua, cum consensu decani et capituli S. Andree, confirmavit et de novo ad feudifirmam dimisit (quondam) D. JACOBO HAY de Kingask equiti aurato, computorum regis rotulatori, et Domine MARGARETE MURRAY ejus sponse,—terras de Kingask et *lie* Newbigging de Kingask, in regalitate S. Andree, vic. de Fyff;—quas idem Jacobus resignavit:—TENEND. dictis Jac. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masculis dicti Jacobi, cognomen et arma de Hay gerentibus, et assignatis quibuscunque:—REDDEND. dicto archiepisc. 14 lib. 6 sol. 8 den., 6 capones, 6 pultreas; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum; necnon prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia apud S. Andream:—cum precepto sasine:—TEST. D. Geo. Prestoun de Craigmillar milite, M. Gavino Nisbett ejus servitore, M. Davide Wod camerario dicti archiepisc., Anthonio Quhyte scriba Edinburgi:—carta scripta per Geo. Sutherland servitorem dicti Ant.:—Apud Edinburgh, 10 Dec. 1608]:—[2] aliam cartam ejusdem archiepisc.,—[qua, cum consensu capituli S. Andree, concessit et de novo ad feudifirmam dimisit JACOBO CORSTORPHIN de Balcaithlie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—dictas terras;—quas Jacobus dom. Hay de Sala (filius et heres dicti D. Jacobi) in ejus favorem resignavit:—REDDEND. *ut supra*:—cum precepto sasine:—TEST. M. Arch. Gledstanes archidiacono S. Andree filio primogenito dicti archiepiscopi, M. Davide Wod servitore dicti archiepiscopi, M. Davide Lindsay ministro, M. Thoma Hog ludimagistro de Leyth, Rob. Greinlay notario publico:—carta scripta per Geo. Keyth servitorem Joannis Gilmour scribe signeto regio:—Apud Leyth, 3 Aug. 1612]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 51.

777. Apud Edinburgh, 19 Nov.

REX concessit et de novo dedit D. ANDREE KER de Hietoun militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Maxuelheuch &. (*ut in carta* 503);—quas D. Jacobus Ker de Ovir Crallieng miles resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 63.

778. Apud Edinburgh, 19 Nov.

REX ratificavit instrumentum sasine sub signo et subscriptione Alexandri Henrisone notarii publici, de data 27 Jun. (registratum in registro secretarii vic. de Edinbrugh 25 Jul.) 1608,—quo quondam M. Jo. Layng de Spittellis, signeti regii custos, propriis manibus dedit quond. Adamo Couper de Gogar actornato D. ANDREE HAMMILTOUN de Reidhous militis, unius senatorum supremi senatus, et Domine JEANNE LAYNG ejus sponse, filie legitime et heredis dicti Joannis, sasinam terrarum de Reidspittell alias Vester Reidspittell, Eister Spittell alias Eister Reidspittell, et Coittis, cum maneriebus, fortalicio, molendino, terris molendinariis, in constab. de Hadingtoun, vic. de Edinbrugh;—RESERVATIS vitalibus redditibus dicto Joanni Layng et Rebecce Dennenstoun ejus sponse:—cum decreto dominorum concilii et sessionis pronunciato ad instantiam M. Joannis Hammiltoun fratris germani dicti And., de data . . Jul. 1612, decernendo dictam Jean. suprascripta dicto And. et ipsi disponere:—NECNON duas cartas per dictam Jean. cum consensu dicti And. factas dictis And. et Jean. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus

heredibus et assignatis dicti And. quibuscunque,—unam de dictis terris de Eister Spittell cum manerie, tenendis de rege, alteram de ceteris, tenendis de Roberto Trotter tanquam prebendario de Reidspittell in ecclesia collegiata de Dunglas :—PRETEREA confirmavit et de novo dedit dictis And. et Jean.—dict. terras de Eister Spittell cum manerie ;—quas eadem Jean. resignavit :—REDDEND. unum den. argenti si peteretur tantum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 67.

779. Apud Edinburgh, 19 Nov.

REX concessit D. JACOBO BRUCE de Powfowlis militi, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—3 bovatas terrarum nuncupat. Powfoullis, 2 bovat. terrarum de Bothkenner, cum fortaliciis et manerierum locis, vic. Striviling ;—quas idem Jac. personaliter resignavit ;—necnon bovatam de Bothkenner vocat. Dalbaith, vic. de Striviling ;—quam Jac. Leverance de Bothkenner filius et heres quondam Jo. L. resignavit ;—necnon 7 bovatas de *lie* Hauchis alias *the Hallis of Airth*, in parochia de Airth, dominio et vic. de Striviling ;—quas Wil. Levingstonn, filius legit. natu maximus et heres apparens quond. Alexandri L. portionarii de Hallis de Airth, resignavit :—INSUPER rex ratificavit cartam per dictum Alex. L. dicto Willelmo factam de dictis 7 bovatis, de rege tenendis, de data 22 Aug. 1611 ;—et omnia suprascripta dicto D. Jac. de novo dedit, cum *lie ferrie-boit* de Powfowlis super aqua de Foirth, *lie ferrie-boit* de Dalbayth super aqua de Carroun, et cum *the haill Seygrenis* dict. terrarum ; et omnia incorporavit in liberam baroniam de Powfowlis, ordinando fortalicium et maneriei locum de P. principale fore messuagium :—TENEND. in feudifirma :—REDDEND. pro Powfowlis 5 libras 4 sol., 6 capones, cum carreagiis et areagiis consuet. ; et duplicando feudifirmam pecunie in introitu heredum ; cum ceteris (si que essent) in antiquis rentalibus contentis ; et faciendo et reservatis *ut in carta* 476 ;—pro 2 bovatis de Bothkenner 3 lib. 9 sol. 4 den., 4 bollas hordei, 4 capones, cum areagiis et careagiis consuet., et 2 bol. frumenti abbati et conventui de Cambuskenneth ; necnon duplicando &c. (cum ceteris *ut sup.*);—pro Dalbaith 34 sol. 7 den., 2 bol. hordei, 2 capones, cum arreagiis et carreagiis consuet., et 1 bol. frumenti dictis abbati &c. ; ac duplicando &c. (cum ceteris *ut sup.*) ;—pro Hallis de Airth 11 lib. ; necnon duplicando feudifirmam &c. (cum ceteris *ut in carta* 545) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 80.

780. Apud Edinburgh, 23 Nov.

REX,—cum consensu &c. (135.),—concessit et de novo dedit D. WILLELMO LEVINGSTOUN de Kilsyith militi, uni senatorum supremi senatus Scotie, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, —terras de Kinkaid et Birdistoun, cum fortaliciis, manerierum locis, molendinis, piscationibus, tenentibus &c., in parochia de Campsie, vic. Striviling, et antiquitus infra vic. de Dumbartan ;—quas D. Arch. Striviling de Keir miles cum consensu Jacobi S. filii sui et heredis apparentis resignavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 180.

781. Apud Edinburgum, 1 Dec.

REX,—cum consensu &c. (175.),—confirmavit cartam quondam D. Gulielmi Stewart de Howstoun equitis aurati,—[qua,—pro pecuniarum summis sibi per Dominos Pat. Hepburne de Lufnes militem fratrem Domine Issobelle H. sponse sue, et Tho. S. de Galstoun fratrem suum, persolutis,—vendidit FREDERICO STEWART filio suo (postea dom. de Pittinweme), heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —acras, croftas, terras, tenementa, salinas villarum et terrarum de Pittinweme et Anstruther ex occidentali parte torrentis ejusdem, partem terrarum de Grangemure ad Petrum Borthuik pertinentem, Milnetoun de Pittinweme, terras de Lingo, Trainbriggis (Crainbriggis ?), *lie* Insche, Pettotter, Lochend, insulam de Maii, croftam de Carraill, vic. de Fyiff ; terras et baroniam de Eister et Westir Ryndis, cum cimbis et piscariis super aquam de Tay, vic. de Perth ; terras de Mayscheillis et Barro, vic. de Edinburgh ; cum feudifirmis et aliis devoriis earundem, et ceterarum terrarum temporalium ad prioratum de

Pettinweme spectantium; cum potestate intrandi tenentes et vassallos dict. terrarum et villarum de Pettinweme et Anstruther, et recipiendi extraneas personas que aliquam partem earundem emerent:—RESERVATO libero tenemento dicto Gul.:—REDDEND. regi unum den. apud monasterium de Pittinweme nomine albe firme:—PROVISO quod quandocunque dictus Gul. in vita sua persolveret unum nummum aureum *lie rois-nobill* in ecclesia parochiali S. Egidii de Edinburgh super premonitione 6 dierum, haberet regressum ad suprascripta:—cum precepto sasine:—TEST. Walt. Henrysoun scriba signeto regis, Jo. Young servitore dicti Gul., Rob. Lawder fratre Thome L. in Northberruick (scriptore carte):—Apud Leyth, 10 Jul. 1595]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 82.

782. Apud Edinburgum, 3 Dec.

REX,—cum consensu &c. (175.),—concessit et de novo dedit THOME DISCHINGTOUN de . . . , et ELIZABETHE SCOT ejus conjugi,—dominium de Pittinweme (comprehenden. *ut in carta* 11);—quod Fredericus dom. de Pittinweme cum consensu Domine Issobelle Hepburne domine Pittinweme matris sue resignavit; et quod rex de novo incorporavit in liberum dominium de Pittinweme, ordinando maneriei locum de P. principale fore messuagium:—TENEND. dictis Tho. et Eliz. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Tho. et assignatis quibuscunque:—REDDEND. 20 merc. albe firme; ac solvendo ministris ecclesiarum dicti dominii annuas devorias in infeofamento dicto Fred. desuper concesso contentas, et inveniendo panem &c. (*ut in carta* 9):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 81.

783. Apud Edinburgh, 3 Dec.

REX confirmavit cartam quondam Georgii Ker de Fadounsyde,—[qua,—pro impletione contractus matrimonialis inter D. Georgium Home de Wedderburne militem, Davidem H. ejus filium et heredem apparentem et Eliz. H. filiam legit. dicti D. Geo., ab una, dictum Geo. K. et Walt. K. filium suum et heredem apparentem ab altera partibus, de data apud Wedderburne et Colingtoun, 27 Mar. et 4 Apr. 1611, et respectu matrimonii inter dictos Walt. et Eliz. conficiendi,—concessit dicto WALTERO KER, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Stevinsoun, cum fortalicio, molendino, piscariis super aquam de Tyne, et moro earundem, cum advocatione capellanie altaris *lie Halyblude* in ecclesia collegiata de Hadingtoun, infra constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh:—RESERVATO vitali redditu dicto Georgio Ker:—REDDEND. regi unum den. argenti nomine albe firme:—cum precepto sasine directo Jac. Mertein servitori dicti Geo. K.:—TEST. M. Hen. Strivling servitore dicti D. Geo., Rob. Lawder scriba signeto regio, Niniano Chirniesyde servitore dicti Geo. K., Davide Thomesone in Hadingtoun:—carta scripta per Alex. Crystesone notarium publicum:—Apud Stevinstoun, 11 Apr. 1611]:—TEST. 99. 46. 93. 118. 72. 119. 49. 121. xlvii. 175.

784. Apud Edinburgum, 3 Dec.

REX concessit M. HENRICO CHARTERIS primario collegii de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—10 solidatas terrarum ecclesiasticarum de Dunrode, cum decimis garbalibus inclusis, in parochia de Dunrod, senesc. de Kirkcudbrycht;—que fuerunt Thome M'Clellane de Balmae; et 19 Nov. 1612 (comparente dicto Hen. cum M. Tho. Hope ejus prolocutore), dicte terre &c. (cum quibusdam aliis terris et decimis) appreciate fuerunt[1] pro 2200 lib. dicto Hen. debitis, et pro 110 lib. pro feodo Joannis Weir

[1] Names of assize:—Robert Tod (chancellor), David Mitchell, Gilb. Achesone, Mr Hector Rae, Tho. Creichtoun, Jas. Achesoun, Wil. Cunynghame, John Mitchelhill, Samuel Somervell, Hugh Charteris, John Maissoun, Rob. Maissoun, John Harbertsoun, all merchant burgesses of Edinburgh, Rob. Wardlaw lawful son of umquhile Mr Jas. W. advocate, Alex. Craig notary in Edinburgh. By bond dated at Edinburgh, 23 July 1610 (recorded in the books of council 17 Aug. 1612), Sir William M'Clellane of Auchlane knight, and the said Thomas M'Clellane and others as his cautioners, were bound to pay the said Henry £2000, with £200 expenses.

nuncii, senescalli in hac parte :—TENEND. de rege, virtute acti annexationis, in feudifirma :—et voluit rex quod dictus Tho., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dict. summas cum expensis presentis carte persolverent infra septennium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
P.R. i. 231.

785. Apud Edinburgh, 4 Dec.
REX,—cum consensu &c. (176.),—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit JOANNI THOMSOUN in Mylneheid, filio naturali quondam Joannis T. in M., heredibus ejus et assignatis,—duas dimidias mercatas terrarum de Brumerig et Speird antiqui extentus, cum earum salmonum piscatione super aquam de Nyth nuncupat. Cairnis-skar (olim possessas per quondam Robertum et Jo. Cairnis, tunc per Hugonem Cairnis et Tho. Edyer ibidem), in baronia de Halliwod, vic. Drumfreis ;—que olim ad abbatiam de Halliwod pertinuerunt :—REDDEND. pro terris 32 solidos 4 den., pro piscaria 6 solidos 8 den., et 3 sol. 4 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ; et observando unam trium capitalium curiarum dicte abbatie :—RESERVANDO regi multuras molendinis de Halliwod debitas :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 64.

786. Apud Edinburgh, 4 Dec.
REX,—cum consensu &c. (175.),—confirmavit cartam Roberti vicecomitis de Rotchester,—[qua,—quia infrascripta ad D. And. Ker de Phairnyhirst militem, fratrem dicti Roberti, et ejus predecessores ultra hominum memoriam pertinuerant, tenta de dominis de Maxwell pro 7 lib. et una rubra rosa nomine albe firme,—ratificavit omnes cartas dicto And. et ejus predecessoribus concessas de terris nuncupat. Sanct-Thomaschappell, dimidietate terrarum de Maxwellheuch cum integro earum prato, dimid. molendini de M., et medietate multure dominii de Maxwellfeild ;—et de novo dedit dicto D. ANDREE KER in vitali redditu, et D. ANDREE KER de Oxinhame militi ejus filio, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, hereditarie et irredimabiliter,—dimidietatem terrarum et baronie de Max well, comprehenden. suprascripta, necnon terras de Penikilhill et Westir Wowden existen. partes dicte dimid. baronie, vic. de Roxburgh :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine directo Geo. Ker de Softlaw : —TEST. M. Pat. Hammiltoun filio legit. Thome H. de Preistfeild, Rob. Maneris, Mondegio Edwardis, servitoribus dicti vicecomitis :—carta scripta *ut in carta* 395 :—Apud Windisouer, 22 Jul. 1611]:—INSUPER suprascripta dictis personis de novo dedit : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 85.

787. Apud Edinburgum, 17 Dec.
REX,—pro se et tanquam administrator filii sui Caroli principis et senescalli Scotie, —cum avisamento &c. (166. 177.),—concessit et de novo dedit M. JACOBO SCOTT, filio legitimo quondam M. Roberti S. de Knychtispottie cancellarie directoris, et MARIOTE SCOTT ejus sponse in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Jacobi quibuscunque,—annuum redditum 1000 merc. de terris et baronia de Cragie, et terris et baronia de Newtoun olim nuncupat. baronia de Sanquhar-Hammiltoun, in baronia et vic. de Renfrew et bar. de Kyle-stewart, vic. Air, respective ; —necnon dicto Jac., et heredibus &c. suprascriptis,—ann. red. 500 merc.[1] de eisdem terris et baroniis ;—quos ann. red. D. Jo. Wallace de Carnell miles resignavit :—REDDEND. dicto principi 2 den. albe firme : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 179.

788. Apud Edinburgh, 22 Dec.
REX,—cum consensu &c. (175.),—concessit et de novo dedit D. WILLELMO LIVINGSTOUN de Kilsyith militi, uni senatorum collegii justitie, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Harbertschyre, viz. in proprietate castrum de H., terras de Heidis (excepta earum parte per Wil. Synclair de

[1] So in the *Quequidem* and *Tenendas* clauses, and in *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxxi. fol. 106. The dispositive and *Novodamus* clauses read "50 merc."

Rosling ordinata specialiter bondari, per Wil. Baird et Jo. Cuthill in Heiddis occupata), terras de Cuthiltoun, Lilliscleiff, Litle Dennie, Mylntoun, terras jacen. inter *lie dammis* molendini fullonum de Harbertschyre, cum terris molendinariis et predio *lie mailling* hujusmodi, molendinum granarium de Harbertschyre cum ejus terris &c., terras *lie* Dira-aiker, Hornismailling alias *lie* Maynis, terras de Risk, Thornieknowis, Halhous (vel Hoilhous), Herbland, Fyveaikeris, Barniego, Stane-inch, Brigland, Buckiesyde, Bairdis (vel Bordis), Braidley, Northfeild, *lie* Quarter, *lie* Brayis, Drummelzearislandis, Rulye, Duchielaig, Over et Nather Burnhousis, Croftfute, Brumehill, Tyketheugh, Garcoshe, cum advocatione omnium ecclesiarum, capellaniarum et beneficiorum dicte baronie, cum molendinis et piscationibus, necnon superioritatem dimidietatis terrarum de Litle Denoven (per relictam et proles quondam Joannis Forrester fratris D. [Jac.] F. de Gardin militis, et olim per . . . Campbell occupatarum), superioritatem terrarum et molendini de Gonnerschaw, superioritatem terrarum de Quarrell (per Alex. dom. Elphingstoun, et ex antiquo per . . Bissett de Quarrell et ejus predecessores occupat.), superioritatem de Stanehous, in dicta baronia, vic. Striveling; cum privilegio libere foreste infra omnes dict. bondas;—quas Alex. com. de Linlythgow dom. Livingstoun et Kallendar, cum consensu Domine Helenore Hay comitisse de Linlythgow sponse sue et Alexandri dom. de Livingstoun filii sui legit. natu maximi et heredis apparentis, resignavit; et quas rex de novo incorporavit in liberam baroniam de Harbertschyre :—REDDEND. unum den. argenti, et unum par alborum calcarium (aut 8 den.), apud crucem foralem burgi de Edinburgh nomine albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 181.

789. Apud Edinburgum, 22 Dec.

REX dedit literas remissionis ROBERTO STIRK burgensi de Inverkething, pro ejus vita duraturas,—pro adulterio per eum commisso cum Margareta Merschell filia Willelmi M. burgensis de Inverkething A.D. 1605, tempore matrimonii inter eum et . . . ejus sponsam; ex qua Marg. dictus Rob. masculum Jo. Stirk nuncupatum progenuit. P.R. i. 184.

790. Apud Regiam Maneriem de Quhythall in Anglia, 28 Dec.

REX,—cum consensu &c. (138. 185.),—concessit servitori suo JACOBO BAILLIE de Osualdene, heredibus ejus et assignatis, —terras de Flemyngtoun appellat. Nether Ayttoun, Reidhall, Nethirbyre, Brounsland et Gunnisgrene, cum molendinis granorum et fullonum, terris molendinariis &c., pascuis et pratis, in baronia de Coldinghame, vic. de Beruick;—que regi devenerunt ob forisfacturam heredum quondam Roberti Logane olim de Restalrig; et quas rex dicto Jac. de novo dedit, cum earum piscationibus tam in mari quam in aquis dulcibus, et cum decimis garbalibus et aliis decimis quibuscunque rectorie et vicarie in mari et in terra earundem (in parochia de Aytoun jacen.), cum decimis quorumcunque piscium et piscariarum in mari et aqua de Ey;—que decime ad prioratum de Coldinghame pertinuerunt; et regi devenerunt per resignationem ecclesiarum de Coldinghame et Aytoun reliqueque spiritualitatis dicti prioratus factam per Alex. dom. Home olim commendatarium ejusdem, et per suppressionem dicti prioratus in parliamento tento apud burgum de Perth mense Jul. 1606 : —SOLVEND. 30 lib., cum ceteris (si que essent) debitis et consuetis, feudifirme : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 176.

791. Apud Edinburgum, 31 Dec.

REX confirmavit cartam Jacobi Ogilvie de Boyne,—[qua,—pro perimpletione contractus inter And. O. fratrem suum, filium secundogenitum quondam Alexandri O. de B., cum consensu D. Walteri Ogilvie de Findletter militis, ab una, et dictum Jac. ab altera partibus, de data apud Cullen, 24 Jan. 1604,—ad feudifirmam dimisit dicto ANDREE OGILVIE, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—villas et terras de Dullacheis Ovir et Nethir, in thanagio de Boyne, vic. de Banff :—REDDEND. dicto Jac. (et heredibus masculis inter eum et Issobellam Ogilvie ejus conjugem legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masculis dicti Jac. de corpore postea legit.

procreandis, quibus def., heredibus masc. vel assignatis dicti Jac. quibuscunque) 20 lib. si peterentur tantum :—cum precepto sasine directo Jac. Stewart in Ordingis :—PROVISO quod liceret dicto Jac. O., et suis heredibus &c. predictis, suprascripta redimere per solutionem vel consignationem 10000 mercarum in ecclesia parochiali de Fordyce super premonitione 40 dierum :—TEST. Jac. Ogilvie de Birnes, Walt. Ogilvie de Reidhythe, M. Geo. Chalmer clerico vicecomitatus de Banff, Geo. Scherund ejus servitore (scriptore carte) :—Apud Culfin, 22 Nov. 1610]:—ULTERIUS suprascripta quitteclamavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 68.

792. Apud Edinburgum, 31 Dec.

REX,—cum consensu &c. (175.),—confirmavit cartam D. Henrici Lindsay de Carreldstoun militis, et D. Joannis L. de Kinphawnis militis ejus filii et heredis apparentis,—[qua,—pro se et pro Dominabus Margareta Schaw sponsa dicti Hen. et Jeanna Abirnethie sponsa dicti Jo.,—pro perimpletione cujusdam contractus, vendiderunt ADAMO RAE mercatori burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras et dominium de Kinphawnis et Pitsindie, cum mansione, maneriei loco, molendino, terras de Guktoun, Tyllehow et Rybnow, cum piscariis in aqua de Tay, tenentibus &c., vic. de Perth ;—necnon, in speciale warrantum earundem (et terrarum de Craigtoun, cum brasina, terris brueriis, piscariis nuncupat. Pilgartheuche, Cambuspuill et Cruik, cum ceteris piscariis in aqua de Tay inter *lie* Woddyke de Kynnoul et limites de Littill Segyden, in dominio de Scona, vic. Perth, per se virtute dicti contractus dicto Adamo alienat.), terras de Carreldstoun nuncupat. Furdtoun, cum fortalicio et maneriei loco, terras de Nather Carreldstoun cum granorum et fullonum molendinis, terras de Littill Wattirstoun, Braklaw et Bollehillok, cum tenentibus &c., vic. Forfar :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine :—TEST. M. Alex. King, M. Thoma Nicolsoun, M. Tho. Hope, M. Rob. Leirmonth, advocatis coram concilii dominis :—carta scripta per M. Franciscum Hay servitorem Jacobi Kynneir scribe signeto regio :—Apud Edinburgh, 29 Dec. 1612] :—INSUPER suprascripta dicto Adamo de novo dedit, et in liberam baroniam de Pitsindie de novo incorporavit, ordinando maneriei locum de P. principale fore messuagium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 86.

793. Apud Edinburgum, 31 Dec.

REX,—pro se et tanquam administrator Carolo Magne Britannie, Francie et Hibernie principi duci de Rothesay com. de Carrik dom. Insularum baroni de Renfrew senescallo Scotie filio suo,—cum consensu &c. (175.),—confirmavit cartam Georgii Dowglas junioris de Pennyland,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit WILLELMO REID mercatori burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, sub reversione,—mercatam terre de Nather Pennyland antiqui extentus nuncupatam Watterside, cum fortalicio, tenentibus &c. (per Geo. D. seniorem patrem suum, Adamum Broun, Mich. et Geo. Swannis occupat.), in baronia de Auchinleck, balliatu de Kyli-stewart, vic. de Air :—REDDEND. Henrico Magne Britannie principi et senescallo Scotie 2 merc. albe firme :—cum precepto sasine directo Jo. Reid filio legitimo quondam Davidis R. burgensis de Air :—TEST. Tho. Crombie scriba Edinburgi (scriptore carte), Jacobo Gordoun ejus servitore, Alexandro Hagye, Alex. Yuill, servitoribus Georgii Abirnethie advocati :—Apud Edinburgum, 24 Nov. 1610]:—PRETEREA suprascripta dicto Wil. de novo dedit :—REDDEND. *ut supra* :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 95.

794. Apud Edinburgum, 31 Dec.

REX concessit WILLELMO SMYTH servo M. Joannis Skene junioris, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—10 mercat. terrarum de Meikill Syipland, 5 mercat. de Litill S., in parochia et senesc. de Kirkcudbricht ;—que fuerunt D. Roberti M'Clellane de Bombie militis ; et (dicto Rob. apud ejus habitationis locum in burgo de Kirkcudbrycht, et aliis per Jo. Weir et Thomam Lamb nuncios citatis), 27 Sept. 1612 (comparente Thoma Smyth mercatore

burgensi de Edinburgh, fratre dicti Wil., cum Georgio Abirnethie ejus prolocutore), appreciate fuerunt et dicto Wil. vendite pro 700 merc. dicto Thome S. debitis[1], et pro 35 merc. pro feodo dicti Jo. W., vicecomitis in hac parte :—et voluit rex quod dictus Rob., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dict. summas persolverent infra septennium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 187.

ANNO DOMINI 1613. ANNO REGNI 46 ET 10.

795. Apud Edinburgum, 7 Jan.[2]
REX,—cum consensu &c. (175.),—concessit et de novo dedit D. ROBERTO ARBUTHNOT de eodem militi, et Domine MARIE KEYTH ejus sponse,—terras de Cowlye cum multuris, in parochia de Fordoune, vic. Kincardin ;—quas D. Joannes Wishart de Pittarro miles, cum consensu M. Jacobi W. de Glenfarquhar et Georgii W. fratrum suorum germanorum, resignavit :—TENEND. dictis Roberto et Mar. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masculis dicti Rob. et assignatis quibuscunque :—REDDEND. jura et servitia debita et consueta ; taxando wardam &c. ad 10 libras, et maritagium ad 100 libras, respectu taxationis contente in carta concessa D. Joanni Wishart de Pittarro militi qui ultimo obiit et Domine Jeanne Dowglas ejus sponse (No. 1456 *tomi precedentis*) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 193.

796. Apud Edinburgum, 7 Jan.
REX,—cum avisamento &c. (166. 177.),—concessit et de novo dedit D. ROBERTO ARBUTHNOT de eodem militi—nonam partem terrarum de Inverbervie nuncupat. *lie* Brounsyid, cum crofta *lie* Mylndaill in villa, burgo et territorio de Inverbervie, vic. Kinkardin ;—quas Geo. com. Mariscalli dom. Keyth et Altrie &c. et Wil. Mariscalli magister ejus filius legitimus primogenitus resignaverunt :—TENEND. dicto D. Rob. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Rob. quibuscunque cognomen et arma de Arbuthnot gerentibus :—REDDEND. jura et servitia warde &c. ; taxando wardam &c. ad 10 libras, et maritagium ad 100 libras, respectu taxationis contente in carta terrarum et baronie de Inverugy de quibus suprascripta fuerunt pars (*vide* Registrum Magni Sigilli, A.D. 1580–1593, *cartam* 2176) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 194.

797. Apud Edinburgh, 14 Jan.
REX concessit et de novo dedit ALEXANDRO MENTEITH, servitori Joannis Napeir de Marchestoun,—terras de Cammuslittill alias Cammus-Macray, 40 solidatas terrarum de Cammusbeg-Wester vocatas Ballichallon, cum salmonum piscaria in aqua de Tethe coram dict. terris, cum piscationibus et communi pastura consuet., in dominio et senesc. de Menteith, vic. Perth ; —quas Arch. Edmonstoun de Ballintone et Marjoria Edmonstoun ejus sponsa et Jo. E. eorum filius natu maximus et heres apparens resignaverunt :—TENEND. dicto Alex. et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus,

[1] By bond dated 1 Sept. 1611 (recorded in the books of council 5 June 1612), Herbert M'Clellane of Gregorie, and the said Sir Robert and John M'Michell merchant burgess of Edinburgh (son of Tho. M. merchant burgess there) as his cautioners, were bound to pay Nic. Forsyith merchant burgess of Edinburgh 600 merks, with 100 merks liquidate expenses ; which obligation said Nic. assigned to said Thomas Smyth, 4 June 1612. Names of assize :—Hugh Chairterous (chancellor), Mr Wil. Cunynghame, Wil. Hammiltoun, Joh. M'Cawlay, all merchant burgesses of Edinburgh, Jas. Ridoch tinsmith there, Jas. Pringill fishmonger burgess there, Jas. Edyar tailor, Wil. Stratoun goldsmith, burgesses there, And. Dalrymple writer there, Joh. Freir stabler there. Jas. Stalker writer there, Adam Allane tailor burgess there, Alex. M'Mirrie and Tho. Hidilstane tailors there, James Quentence in the Newtoun of Air. Clerk of process, Joh. Ros notary public writer to the king's signet.

[2] Dated A.D. 1603. Placed here according to the regnal year, which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxxi. fol. 165 verso.

Joanni Menteith in Boquhappill ejus fratri seniori, et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., Malicio M. fratri juniori germano dicti Alex., et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., heredibus et assignatis masc. dicti Alex. quibuscunque, in feudifirma :—REDDEND. pro Cammus-littill 52 sol. 8 den., cum parte marte correspondente, pro Ballichallin 5 libras 6 sol. 8 den., cum parte marte corresponden., pro piscaria et *lie cruve* 13 sol. 4 den., et 3 sol. 4 den. nove augmentationis ; cum arreagio, servitio et carreagio consuetis ; et habendo bonum largum hortum &c. (cum ceteris *ut in carta* 360, nisi quod licuit suprascripta alienare sub reversione) : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 91.

798. Apud Edinburgh, 14 Jan.[1]

REX,—cum consensu &c. (175.),—confirmavit cartam D. Andree Murray de Balwaird militis,—[qua,—pro perimpletione litere obligationis de data apud civitatem S. Andree, 11 Sept. 1611,—vendidit D. QUINTIGERNO MURRAY de Clairmonth militi, et Domine MARGARETE CREICHTOUN ejus sponse, matri sue, in vitali redditu, et WILLELMO MURRAY eorum filio primogenito et heredi apparenti, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, hereditarie, sub reversione,—annuum redditum 600 merc. de terris et baronia de Kippo, in parochia de Carraill, vic. Fyiffe ; incipientem post decessum dicti D. And. : —REDDEND. regi unum den. albe firme :— cum precepto sasine directo And. Balcanquhell apparenti de eodem :—TEST. Steph. Patersone de Myris, And. Balcanquhell apparente de eodem, Alexandro Marchall notario publico servitore dicti Steph., Jo. Arnott clerico commissariatus S. Andree, Davide Skynner notario publico, Martino Blak in civitate S. Andree (scriptore carte) : —Apud civitatem S. Andree, 19 Oct. 1611]: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 160.

799. Apud Edinburgum, 14 Jan.

REX,—cum consensu &c. (175.)—confirmavit cartam D. Henrici Lyndsay de Carreldstoun militis, et D. Joannis Lyndsay de Kinphanes militis ejus filii et heredis apparentis, — [qua, pro perimpletione literarum obligatoriarum de data presentium, concesserunt Domine JEANNE ABIRNETHIE sponse dicti Jo., in vitali redditu,—villam et terras de Eister Balnabreich, cum maneriei loco et fortalicio, terras de Nather Carreldstoun cum granorum et fullonum molendinis, terris molendinariis &c., terras de Litle Watterstoun,— necnon, in speciale warrantum earundem, *lie* Maynis de Over Carreldstoun, cum maneriei loco, parcis, piscariis,—vic. Forfare ;—et id in plenariam contentationem villarum et terrarum de Coktoun, Ribnay, Tullichowe, Windiedge, Schiphirdseate, Muirhall, Kin(g)sweillis, Deuchneis, et terrarum de Over Kinphanes, cum salmonum piscaria de Ribnay super aquam de Tay, in baronia de Kinphanes et Pitsindie, vic. de Perth (in quibus dicta Jean. in conjuncta infeodatione infeodata extitit, virtute contractus matrimonialis inter Davidem com. de Crawfurd dom. Lyndsay et dictos Hen. et Jo. ab una, et quondam Jo. dom. Abirnethie de Saltoun, Dominam Margaretam Stewart dominam de Saltoun ejus matrem, et dictam Jean., ab altera partibus, de data apud Edinburgh et . . . , 8 Dec. 1607 et . . .), necnon in plenariam contentationem ejus tertie : — TENEND. de rege : — cum precepto sasine :—TEST. M. Wil. Livingstoun fratre germano Patricii L. de Dalders, Jac. Kynneir scriba signeto regio, Jo. Ker, Geo. Murray (scriptore carte), servitoribus ejus :—Apud Edinburgh, 14 Jan. 1613] : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 186.

800. Apud Edinburgum, 15 Jan.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 793),—cum consensu &c. (175.), — concessit et de novo dedit GEORGIO HAMMILTOUN de Blaikburne, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Strathoir (per Dominam Issobellam Leslie magistram de Synclair a D. Andrea Balfour de Strathoir milite conquestas), vic. de Fyife ; —necnon dicto

[1] Dated A.D. 1610. Placed here according to the regnal year, which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxxi. fol. 145.

Geo. et CATHARINE SYNCLAIR ejus conjugi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Geo. et assignatis quibuscunque, — sextam partem terrarum de Wester Strathoir et Michelstoun et portus vocati West-heavin, cum molendino de Hetpett, ejus terris &c., et carbonariis (olim ad Geo. Airth de Dura spectantes, et ab eo ad instantiam Roberti Hay burgensis de Kirkcaldie appreciatas, et dicte Is. judicialiter adjudicatas), jacen. apud occidentalem finem ville de Dysart, vic. Fyiffe;—quas omnes dicta Is. resignavit;—necnon terras de Meikill Blaikburne &c. (*ut in carta* 497);—quas idem Geo. resignavit;—et quas omnes rex incorporavit in liberam baroniam de Blaikburne, ut unica sasina apud turrim et locum de Poddokschaw capienda pro omnibus staret:— TENEND. Mekle Blaikburne et seqq. de Carolo principe, ceteras de rege :—REDDEND. pro Strathoir ¼ libre piperis in ecclesia parochiali de Cowper nomine albe firme; pro ceteris jura et servitia debita et consueta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 186.

801. Apud Edinburgum, 19 Jan.

REX confirmavit cartam Henrici Annan de Orchardtoune, — [qua, — cum consensu Alexandri Annan de Orchardtoun, Jacobi Annan servitoris comitis Orcadensis, M. Jacobi Annan fratris germani dicti Hen., Joannis Gordoun de Lentusche vicecomitis deputati de Abirdene, Georgii Stevin filii et heredis quondam M. Jacobi Stevin in Orchardtoun,—pro impletione contractus de datis apud Abirdene et . . . , 2 et 9 Nov. 1612,—vendidit ARTHURO SEYTOUN in Abirdene, in vitali redditu, et GEORGIO SEYTOUN de Schethin, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, absque reversione,—villam et terras de Orchardtoun, cum manerie, *lie smiddie* et Smiddiecroft, in parochiis de Logybuchane et Udnie,—necnon, in speciale warrantum earundem, villam et terras de Ullaw de Essilmonth, in parochia de Elloun,—vic. Abirdene :—REDDEND. regi 2 den. albe firme :—cum precepto sasine :—TEST. M. Rob. Paip advocato, Wil. Blakhall burgen. de Abirdene, Wil. Cheine in Scheitland, Ronaldo Thessour (Chessour?) burgen. de Abirdene, Gavino Cruikschank, Willelmo Cordinar Aberdoneis commorante (scriptore carte), notariis :—Apud Abirdene et . . . , 17 et . . Nov. 1612] :—PRETEREA suprascripta dictis personis de novo dedit: —REDDEND. *ut supra* :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 70.

802. Apud Edinburgh, 19 Jan.

REX concessit DAVIDI SYMPSONE burgensi de Dysert, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—tertiam partem terrarum de Blair, Mitchelstoun et Strathoir, et de *lie* West-heavin de Dysert, cum annuis redditibus, molendinis, stationibus *lie heaveningis*, carbonariis, tenentibus &c., vic. Fyffe;—quas, per D. Pat. Hepburne de Wauchtoun militem et ejus predecessores ultra hominum memoriam occupatas, dictus Pat. resignavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 190.

803. Apud Edinbrugh, 21 Jan.

REX,—cum avisamento &c. (178. 155.),—ad feudifirmam dimisit et de novo dedit DAVIDI CHIRNESYD burgensi Glasguensi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—tenementum terre in burgo et civitate Glasguensi ab australi parte *lie* Gallowgait (inter terras Michaelis Mayne, Geo. Lyoun et quondam D. Martini Reid); —quod olim fuit dicti D. Martini, unius sacerdotum Nove ecclesie burgi Glasguen., tanquam pars patrimonii subdecanatus Glasguen. :—REDDEND. 7 merc., et 6 sol. 8 den. augmentationis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 178.

804. Apud Edinburgh, 21 Jan.

REX,—cum consensu] &c. (179.),—confirmavit cartam D. Andree Balfour feodatarii de Balledmonth militis,—[qua,—cum consensu Domine Euphamie Inglis conjugis sue, Joannis Hay de Sandfurd, M. Jacobi H. ejus filii et heredis apparentis atque heredis quondam Davidis H. ejus fratris germani,—pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit DAVIDI NARNE feodatario de Sandfurd, et CATHARINE SKRYMGEOUR ejus

conjugi,—dimidietatem suam terrarum de Sandfurde, cum salmonum piscationibus nuncupat. Bredheuch aliisque earum piscationibus quibuscunque, in baronia de Nauchtane, vic. de Fyife :—TENEND. dictis Dav. N. et Cath. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Dav. N. quibuscunque, de rege :—RESERVATIS impignorationibus et alienationibus in dicto contractu exceptis : —cum precepto sasine :—TEST. Jac. Sybbald de Rankelour, Davide Balfour de Balbuthie, Jac. Sybbald servo dicti Jac., M. Samuele Cunynghame in Sanctandrois, M. Jac. Wedderburne filio Alexandri W. in Cowper, M. Joanne Dunmure notario (scriptore carte) :—Apud Sandfurde, 17 Jun. 1612]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 189.

805. Apud Edinburgh, 21 Jan.

REX,—cum consensu &c. (138. 186.),—confirmavit [1] cartam Willelmi Young, filii et heredis quondam Jacobi Young in Belheavin,—[qua,—cum consensu Cristine Corsbie sponse sue, necnon Alexandri Corsbie et Roberti Watsoun burgensium de Dumbar ad quorum instantiam interdictus est,—pro impletione contractus de data presentium,—vendidit GEORGIO PURVES, filio et heredi apparenti (quondam) Jo. P. burgensis de Dumbar,—*lie rig* extenden. ad decimamsextam partem terrarum et ville de West Barnes, in dominio de Dumbar, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh :—TENEND. dicto Geo., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, absque reversione, de rege in feudifirma :—SOLVEND. *ut in carta* 487 *precedentis tomi* :—TEST. Wil. Kellie thesaurario burgi de Dumbar, Roberto Craig et Wil. Corsbie burgensibus ibidem, Geo. Richertsone sartore ibidem, Matheo Broun nuncio ibid. :—carta scripta per Wil. Swane servitorem M. Willelmi Kellie scribe :—Apud Dumbar, 10 Dec. 1599] :—[2] cartam Joannis Storie[1] (filii quond. Patricii S.) favorabilis tenentis et feudifirmarii infrascriptorum, et Mariote Storie ejus matris domine vitalis eorundem,—[qua,—cum consensu Willelmi Lawder in Belheavin et Willelmi Kellie senioris in Dumbar,—vendiderunt Georgio Purves, burgensi de Dumbar,—rigam seu decimamsextam partem dict. ville et terrarum :—TENEND. et SOLVEND. *ut sup.* :—cum precepto sasine :—TEST. Jo. Achesone burgen. de Dumbar, Arch. Falconer ibid., Joanne Watsoun ibid. :—carta scripta per dictum Geo. :—Apud Edinburgh, 22 Maii 1612] :—[3] cartam Willelmi Achesone burgensis de Dumbar favorabilis tenentis et feudifirmarii infrascriptorum, Joannis A. et Cristine Craw ejus parentum dominorum vitalium eorundem,—[qua, cum consensu Andree Manderstoun burgensis de Dumbar, vendiderunt dicto Geo. Purves—rigam seu decimamsextam partem dict. terrarum et ville :—TENEND. et SOLVEND. *ut supra* :—cum precepto sasine :—TEST. Hen. Lauder, M. Jo. Achesone preposito burgi de Dumbar, Davide Liddell in West Barnis, Geo. Bog fratre germano Roberti B. de Lochend : —carta scripta per dictum Geo. P. :—Apud Dumbar, 21 Aug. 1612] :—PRETEREA rex suprascripta dicto Geo. Purves de novo dedit, cum eorum pratis, lacubus, pasturagiis in cuniculario *lie lynkis* :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 191.

806. Apud Edinburgum, 26 Jan.

REX,—cum consensu &c. (175.),—concessit BEATRICI GRAHAME sponse Henrici Drummond de Balloche, in vitali redditu,—terras de Cultballoche cum manerie loco et fortalicio, terras et villas de Glaschorie, Duntarvie et Cultquhattin, in senesc. de Stratherne, vic. Perth ;—necnon dicto HENRICO DRUMMOND—terras de Bordland de Balloche cum *lie Hill* earundem, molendino et lacu, dictas terras de Cultballoche &c. (*ut sup.*), cum manerierum locis, fortaliciis, molendinis, terris molendinariis &c., et piscariis, in dictis senesc. et vic. ; astrictas multuras dictarum terrarum de Bordland nuncupat. *lie* Maynis de Eister Balloche ; terras et alia subscripta jacen. infra libertatem burgi de Ochtirardour, viz. croftam *lie* Killcroft ex boreali parte dicti burgi (juxta *lie* Maynis), 3½

[1] In introductory clause styled "de Myresyde."

croftas ibidem, croftam vocat. Quarrellcroft ibid., 2 croftas *lie* Gutteriscroftis ibid., per Jac. Cardin occupat. (inter terras aquaticas ex orien. et communitatem dicti burgi ex occidentali), croftam per Jo. Darnelinge juniorem occupatam, ex australi parte dicti burgi, nuncupatam Culquhalzeiscroft (juxta aquam de Lochtie), croftam ibid. per Hen. Johnstoun occupat., olim nuncupat. Donaldsouniscroft, 2 croftas et domum tegulatam et ejus hortulum ibid., per Jac. Grahame et Wil. Fentoun occupat., vocat. Sklaitercroft, annuos redditus 5 sol. ex terris quondam Finlai Fultounis vocatis Auldferciesland ibid. (inter Mallochisland ad Rob. Grahame de Panhollis spectan., *lie commoun-mure* et aquam de Lochtie), 8 sol. de 2 croftis ibid. nuncupat. Mallochiscroftis, 6 sol. de tofta et crofta quond. Jo. Donaldsone ex boreali parte dicti burgi tunc ad Wil. Grahame de Callender spectan., et 13 sol. de crofta dicti Jo. D. ex australi parte dicti burgi (inter capelle terram, et terram quond. Willelmi Drummond avi dicti Hen. D. vocat. Dougalliscroft tunc per Hen. Johnstoun occupat.), duas *lie deallingis* in *lie* Milntoun in *lie outfeildis* ex australi parte dicti burgi (inter *lie* Hairdyk ex boreali et aquam de Ruthven ex australi partibus), unam *lie dealling* ibid. (juxta aquam de Lochtie); terras de Pet, cum parte vocat. tennendria sive quarteria earundem, terras et villam de Concraig, cum manso et horto apud castrum de Doune in Menteith, in senesc. de Stratherne et Menteith respective, vic. Perth (que olim pertinuerunt ad altare sive capellaniam S. Phillani infra dict. castrum); terras ecclesiasticas vicarie ecclesie parochialis de Strageith (exceptis vicarie manso ex australi parte cemiterii dicte ecclesie [adjacen. novis domibus et domo habitationis And. Drummond ex occiden., *lie* Dornik ex orien., et pomerio dicti And. ex australi], et 4 acris designatis ministris dicte ecclesie secundum actum parliamenti), in senesc. de Stratherne, vic. Perth;—quas astrictas multuras, partes astrictarum multurarum molendini de Nab, Patricius Drummond de Milnab et Eliz. Drummond ejus sponsa, ceteras idem Hen. Drummond personaliter, resignaverunt; et quas rex dictis Beatrici et Hen. D. respective de novo dedit, cum lacubus de Bordland de Balloche et earum piscariis (exceptis salmonibus, *lie kipper* et *smoultis*), cum potestate capiendi pisces cum cimbis, retibus aliisque ingeniis, cum wardis, et cum omnium suprascriptorum fortaliciis, manerierum locis, cunicularis, carbonibus, commoniis, molendinis, terris molendinariis &c., et piscariis; et omnes incorporavit in liberam baroniam de Balloche, ut unica sasina apud maneriei locum de B. capienda pro omnibus staret:—TENEND. dicto Hen. D. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Jacobo D. ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Patricio D. de Galdwaldmoir et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Joanni D. camerario de Stratherne ac fratri germano dicti Pat., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Willelmo D. fratri germano ejusdem Pat., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Jacobo D. filio quondam Walteri D. in Baldove, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masculis dicti Hen. D., cognomen et arma de Drummond gerentibus, et assignatis quibuscunque:—REDDEND. pro Bordland 17 lib. 6 sol. 8 den., cūm martis consuetis, nomine feudifirme, cum ceteris *ut in* Regist. Magni Sigilli, A.D. 1424–1513, *carta* 3465;—pro dictis astrictis multuris 10 sol., pro Cultballoch 5 lib., cum martis consuetis, pro Glaschorie 6 lib. 13 sol. 4 den., cum martis consuetis, pro Duntarvie *ut pro Glaschorie*, pro Cultquhattan 4 lib., cum martis consuetis, pro dictis terris &c. de Ochtirardor 6 solidos 8 den., pro Pet, Concraig et dicto manso 40 merc. 3 sol. 4 den., pro terris vicarie de Strageth 3 merc., feudifirme; et duplicando feudifirmas in introitu heredum; necnon observando &c. (*ut in carta* 4):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 71.[1]

[1] This charter has the following additional names of adjoining owners and occupiers in or near Ochtirardour:—umquhile Issobella Ros, umq. Sir David Cardin (chaplain), David Grahame, lord Montrois, Rob. Grahame, umq. Hen. Donaldsoun, Wil. Grahame of Geddachie, Alex. Cardin, Joh. Grahame of Urchill, John Millar son of umq. Lyon M., Rob. Henrisone, John lord Murray of Tullibardin, Patrick Grahame, lord Drummond, David Gall, David Hiltoun.

807. Apud Edinburgh, 28 Jan.

REX ratificavit cartam per Davidem Kynninmonth de eodem, cum consensu Patricii K. ejus filii et heredis apparentis, Marie Seytoun sponse dicti Dav., Georgii Clepane de Carslogye et M. Thome Abircrombie de Cragy, confectam ROBERTO DOMINO LYNDSAY, heredibus ejus masc. et assignatis,—de bina parte terrarum de Craighall, tertia parte de Craighall cum fortalicio et maneriei loco, bina parte de Seres, cum carbonibus, cum advocatione altaris S. Niniani infra ecclesiam parochialem de Seres, tertia parte de Seres, terris de Wester Pitscottie cum molendino, terris molendinariis &c., tertia parte de Bartullie et Kingarrok, cum fortaliciis, manerierum locis, molendinis, piscationibus, tenentibus &c.,—necnon, in speciale warrantum earundem, de terris de Kynninmonth cum carbonibus, terris de Baldynnie cum molendino, terris molendinariis &c., terris de Ladeddie, Lymlandis, Nather Magask, in regalitate S. Andree, et terris de Callingsche cum carbonibus,—vic. de Fyiffe ;—TENEND. de dicto Dav. in feudifirma ;—de data 3, 5 et 19 Dec. 1610 :—NECNON cartam factam per Davidem dom. de Scone, superiorem tertie partis de Craighall et Seres, de data 22 Jan. 1613, confirmando dict. alteram cartam quoad dict. tertias partes :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 182.

808. Apud Edinburgh, 28 Jan.

REX confirmavit cartam Roberti Aschennane de Dunjope,—[qua, cum consensu Joannis A. filii sui et heredis apparentis,—pro observatione obligationis sue,—concessit ROBERTO ASCHENNANE, filio inter se et Margaretam Charteris conjugem suam legitime procreato,—mercatam terre vocat. *the Blakmark* antiqui extentus ex terris de Torhous-M'Kie, in parochia et vic. de Wigtoun :—TENEND. dicto Rob. juniori et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Jacobo A. ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., heredibus dicti Rob. junioris quibuscunque et assignatis, irredimabiliter, de rege :—cum precepto sasine :—RESERVATIS libero tenemento dicto Rob. seniori, et rationabili tertia dicte Marg. cum contingeret :—TEST. And. Arnott de Barcapill, Jo. Gordoun de Beoch, Davide Arnott de Chapell, Alex. Lauchlane in Culquha, Rob. Edyear notario, Jo. M'Nab juniore in Kirkcudbrycht :—carta scripta per Jo. Mekill notarium publicum :—Apud Tungland, 2 Dec. 1611] :—PRETEREA rex suprascripta dicto Rob. Aschennane juniori de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 188.

809. Apud Edinburgum, 2 Feb.

REX,—cum consensu &c. (184.),—in feudifirmam disposuit et quitteclamavit JOANNI RATRAY alias BAIT, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—officium, jus et privilegium cimbe transportatorie de Kynclevin super aquis de Tay et Ila, cum domibus et hortis, et terris vocat. Baitland extenden. ad 2 acras, cum pasturagiis et feodis, in baronia de Kynclevin, senesc. de Stratherne, vic. Perth ;—de quibus pater, avus aliique predecessores dicti Jo. fuerant nativi tenentes multis seculis elapsis absque interruptione :—REDDEND. 6 sol. 8 den., et 16 den. augmentationis, si peterentur :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 183.

810. Apud Edinburgh, 2 Feb.

REX,—cum consensu &c. (175.),—concessit et de novo dedit SUSANNE HAMILTOUN filie legitime natu maxime Jone H. de Coitquot, in vitali redditu,—terras *lie* Commounhauch de Rommannois (per Eliz. alias *Bessie* Dowglas relictam Georgii Dowglas de Spittlehauch occupat.), dimidietatem ville de Rommannois et terrarum ejusdem (viz. ¼ per Wil. Murray de Rommannois et antea per Jac. Allane et Tho. Richartsone, ⅛ per Jac. Porteous, ⅛ per Walt. Purdie occupat.), cum commoniis, pasturis, pratis, dimid. molendini de R., ejus terrarum &c. et *lie soumes gers*, vic. de Peiblis ;—necnon dicto WILLELMO MURRAY, et AGNETI NESBIT ejus conjugi, in vitali redditu,—ceteras terras de Romannois, cum maneriei loco, molendino, terris molendinariis &c. ;—necnon JACOBO MURRAY filio legitimo et heredi apparenti dicti Wil., et heredibus masc. inter eum et dictam Sus. ejus sponsam promissam legitime procreandis, quibus

deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti Jac. quibuscunque cognomen et insignia de Murray gerentibus, in feodo,—integras dict. terras &c.;—quas omnes idem Wil. cum consensu dicte Ag. resignavit:—REDDEND. jura, servitia et devorias debitas et consuet.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 184.

811. Apud Edinburgh, 2 Feb.

REX concessit HELENE et JONETE KYNLOCHIS, executricibus quondam Francisci Kynloch mercatoris burgen. de Edinburgh earum patris, heredibus earum et assignatis,—villam et terras *lie* Mylntoun de Moynes, terras de Erlissait, vic. de Narne;—que fuerunt Roberti Dumbar feodatarii de Moynes et Marjorie Dumbar ejus sponse; et (dictis Rob. et Mar. citatis apud maneriem seu locum de Moynes), 16 Jan. 1613 (comparentibus dictis Helena et Jon., M. Petro Kynloche de Alderstoun scriba uno curatorum dicte Jon., et M. Jo. Dicksone procuratore pro Davide Kynloche fratre dictarum Hel. et Jon. et altero curatore dicte Jon., cum M. Tho. Hope advocato eorum prolocutore, necnon M. Jo. Dampster advocato procuratore pro . . . Dumbar seniore de Moynes), appreciate fuerunt pro 1086 mercis dictis Hel. et Jon. debitis,[1] et pro 54 merc. 4 sol. pro feodo Walteri Smyith nuncii, vicecomitis in hac parte:—et voluit rex quod dicti Rob. et Mar., heredes eorum et assignati, haberent regressum quandocunque dictas summas cum expensis hujus carte persolverent infra septennium:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 190.

812. Apud Edinburgh, 2 Feb.[2]

REX [concessit Domine MARGARETE DOWGLAS domine Carmichaell, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Wistoun et Littill Galla, vic. Lanerk;—que fuerunt D. Hugonis Carmichaell de eodem militis; et appreciate fuerunt] 17 Nov. 1612, pro 5000 merc. dicte Marg. debitis,[3] et pro 250 merc. pro feodo Roberti

---

REX,—cum avisamento &c. (180.),—confirmavit [1] cartam Joannis Creichtoun de Strathurd,—[qua,—pro perimpletione contractus de data presentium, ac pro 2400 merc. persolutis,—vendidit WILLELMO CREICHTOUN fratri suo germano, heredibus ejus et assignatis,—sub reversione 2400 mercarum,—dimidietatem terrarum de Pitlandie (per Silvestrum Bell et Jo. Creichtoun occupat.), cum tofta et crofta vocat. *Niniane-Richies-croft-and-land* (per dictum Nin. occupatis), in baronia de Rogartoun, vic. Perth:—TENEND. de rege: —cum precepto sasine directo Geo. Narne

apparenti de Muckarsie :—Test. Patricio Creichtoun fratre germano dicti Jo., Laurentio Merser in Ragortoun, Jac. Ruthwen ibidem, Willelmo Merser notario in Perth (scriptore carte), Jacobo Creichtoun fratre ejusdem Jo. :—Apud Rogartoun, 3 Maii 1609] :—[2] cartam dicti Wil. Creichtoun, —[qua,—pro perimpletione contractus de data presentium,—cum consensu dicti Jo., vendidit WILLELMO MANY in Bruntie, et SIBILLE DRUMMOUND ejus sponse, in vitali redditu, et WILLELMO MANY juniori eorum filio, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, hereditarie,—(dictam) dimid. de Pitlandie (per Jo. et Abrahamum Creichtounis occupat.) :—Tenend. de rege : —cum precepto sasine :—Test. Petro Balmanno et Davide Duncane burgensibus de Perth, Jo. Schaw notario :—carta scripta per Jac. Many filium legit. Willelmi M. in Bruntie :—Apud Perth, 16 Maii 1612]:—Preterea dictas terras dictis personis de novo dedit :—Test. *ut in aliis cartis* &c.

xlvii. 111.

860. Apud Edinburgum, 17 Jun.

REX confirmavit cartam Rodolphi Ker de Dalcoyffe,—[qua,—pro perimpletione contractus de data 6 Jun. 1612, et pro 8000 merc. persolutis,—vendidit THOME CARMICHAELL filio legitimo Joannis C. sartoris burgen. de Edinburgh, et ELIZABETHE MACMATH ejus sponse, filie legitime quondam Willelmi M. mercatoris burgen. de Edinburgh,—annuum redditum 800 merc. de 9 terris husbandiis (noviter per se a D. Patricio Hepburne de Wauchtoun milite conquestis), cum molendinis, in territorio de Litill Newtoun, balliatu de Lawderdaill, vic. Beruick :—Tenend. dictis Tho. et Eliz. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Tho. quibuscunque, de dicto Rod. :—Reddend. unum den. albe firme :—cum precepto sasine :—Test. Jac. Ker de Chatto, Edw. Ker sartore burgen. de Edinburgh, And. alias *Dand* Ker fratre dicti Rod., Jo. Ker scriba Edinburgi :—carta scripta per Antonium Quhyte scribam Edinburgi :—Apud Litill Newtoun, 29 Aug. 1612] :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 164.

861. Apud Edinburgh, 17 Jun.

REX confirmavit cartam D. Joannis Home de Coldingknowis militis, et D. Jacobi H. de Quhytrig militis ejus filii et heredis apparentis,—[qua,—cum consensu Domine Beatricis Ruthwen sponse dicti Joannis, et Domine Anne Home sponse dicti Jac.,—pro perimpletione contractus de data apud Edinburgh, 10, 12 et 14 Jun. et 11 Jul. 1612, ac pro 30000 lib. per Jac. Nasmyith de Posso persolutis,—vendiderunt JOANNI NASMYITH chirurgo regis, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—sub reversione 30000 lib.,—annuum redditum 3000 librarum de terris et baronia de Ersiltoun (viz. terris et villa de E., cum fortalicio, molendinis, terris molendinariis, tenentibus &c., terris de Broderstanis et Quhytrig cum earum molendino, 5 librat. terrarum de Mertoun nuncupat. Mundwellislandis, 10 librat. de Todrig, ac villa de Erslintoun ab antiquo in burgum baronie erecta), vic. de Beruick :—Reddend. regi unum den. si peteretur :—cum precepto sasine directo Hen. Home de Moreistoun : —Test. Jac. Murray mercatore burgen. de Edinburgh, Henrico Home de Moreistoun, Alex. Hume de Rentoun, Marco Hume servitore dicti D. Jac., Jac. Baillie servitore dicti D. Jo., Daniele Melvill servitore Adami Lawte scribe (scriptore carte), M. Alex. Hopper servitore dicti D. Jo., Rob. Mitchelsoun servitore dicti D. Jac. :—Apud Edinburgh et Knowdounknowis, 11 et 12 Jul. 1612] :—Test. *ut in aliis cartis* &c.

xlvii. 169.

862. Apud Edinburgh, 18 Jun.

REX,—cum consensu &c. (166. 180.),—concessit M. THOME MEINZIES de Balgonye, in vitali redditu, et THOME MEINZIES ejus filio natu maximo et heredi apparenti hereditarie,—binam partem ville et terrarum de Balgony, tertiam partem terrarum de Balgony seu Briglandis (per Pat. Leslie burgen. de Abirdene occupatam) nuncupat. *lie* Yondertoun, binam et tertiam partes villarum et terrarum de Westfeild et Murkur, molendini granarii de Balgony alias Cathokismylne, ejus terrarum &c., molendini fullonis de Balgony cum ejus croftis &c., cum multuris et

lie knaifschipis omnium dict. terrarum, cum moris, pratis, communibus pasturis, communitatibus, campis, tenentibus &c., cum advocatione capellanie S. Dominici in ecclesia cathedrali Veteris Abirdonie, in baronia de Balgony, parochia de Sanct-Macharis, vic. de Abirdene;—quas binas partes idem M. Thomas, tertias partes (cum advocatione alternatis vicibus dicti altaris S. Dominici) D. Pat. Hepburne de Wachtoun miles, resignaverunt; et quas rex dictis personis de novo dedit, extenden. in toto ad 7 librat. terrarum, cum privilegio cimbas piscatoriales *lie fischer-boittis* super aqua de Done ad dict. terras adjacente habendi ad capiendum *lie quhyt-fisches* in mari, cum libero introitu ex utraque parte dicte aque et ad portus et loca ubi cimbe aptius jacere possent; et omnes incorporavit in liberam baroniam de Balgony :—TENEND. dicto M. Thome *ut supra*, dicto Thome juniori et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Alexandro Meinzies filio legitimo secundogenito dicti M. Thome, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Willelmo M. ejus filio legitimo tertiogenito, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., dicto M. Thome, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter :—REDDEND. servitium warde &c. : —RESERVATA dicto M. Thome, quocunque tempore ejus vite, potestate partes per ipsum resignatas impignorandi sub reversione 10000 merc., et easdem assedandi pro 5 annis post ejus obitum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 168.

863. Apud Edinburgum, 24 Jun.

REX confirmavit cartam Joannis Erskine de Balhagartie junioris,[1]—[qua,—virtute contractus matrimonialis inter quondam Joannem Gordoun de Cluny pro ipso et MARJORIA GORDOUN ejus filia ab una, et Jo. Erskine patrem suum et se ab altera partibus, necnon specialis pacti inter se et D. Tho. Gordoun de Cluny militem fratrem dicte Mar.,—ad feudifirmam dimisit dicte Marjorie, tunc conjugi sue, in vitali redditu,—in plenam contentationem ejus conjuncte infeodationis, vitalis redditus et tertie baronie de Balhagartie,—villas et terras de Conglas, Drumdurno et Dorlethin, cum manerie de Dorlethin, focalibus et communi pastura, cum ballivatus officio suprascriptorum, in parochiis de Inverurie et Logidorno, et comitatu de Abirdene :—RESERVATIS dicto Joanni juniori, heredibus suis masc. et assignatis, croftis de Chapeltoun de Garioche :—REDDEND. dicto Jo. 20 lib., si peterentur tantum :—cum precepto sasine directo Thome Tulloche :—TEST. M. Rob. Paip advocato, Gulielmo Leith fratre germano Joannis L. de Harthill, Joanne Meldrum famulo dicti Joannis E. junioris, M. Thoma Chalmer Abirdonie commorante (scriptore carte) :—Apud Abirdene, 22 Mar. 1604] :—PRETEREA rex suprascripta quitteclamavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 114.

864. Apud Edinburgh, 24 Jun.

REX,—cum consensu &c. (180.),—confirmavit cartam factam per Laurentium dom. Oliphant, cum consensu Jacobi dom. de Madertie et Joannis magistri de M. ejus filii,—[qua,—pro perimpletione contractus inter se cum consensu dicti Jac. ab una, et Pat. Oliphant tunc in Nather Turingis ab altera partibus, de data apud Brechin, 4 Apr. 1609, necnon contractus inter se cum consensu dictorum Jac. et Jo. ab una, dictum Pat. et Laurentium O. ejus fratrem germanum ab altera partibus, de data apud Edinburgum, 11 Jun. 1609 (registrati in libris concilii et sessionis 1 Jun. 1610), necnon contractus inter se ab una, dictum Pat. pro ipso et dicto Laur. O. ab altera partibus, de data apud Edinburgum, 2 Jun. (registrati in dictis libris 7 Jun.) 1610, necnon decreti arbitralis per dominos concilii et sessionis lati inter se pro ipso et pro dictis Jac. et Jo. ab una, dictos Pat. et Laur. O. ab altera partibus, de data apud Edinburgum, 4 Jul. 1611 (registrati in dictis libris eodem die),—vendidit dicto PATRICIO OLIPHANT olim in Nather Turingis, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras de Over Turingis cum maneriei loco, in parochia de Roscobie, partem terrarum de

[1] The word *junioris* is omitted in the introductory clause.

Nather Turingis nuncupatam Quhinnydrum, in parochia de Abirlemno, cum piscariis, tenentibus &c., partes existen. terrarum et baronie de Turingis et Drymmie, vic. de Forfar:—REDDEND. regi unum den. argenti super solo terrarum de Drymmie, nomine albe firme:—cum precepto sasine:—TEST. Laurentio Oliphant de Forgundenny, M. And. Aytoun advocato, Rob. Kirkwod scriba signeto regio, Davide Rollok, notariis, M. Jac. Muirheid servo dicti dom. O.:—carta scripta per Jac. Laurie servitorem dicti Roberti:—Apud Edinburgh, 19 Aug. 1611]:—NECNON cartam Laurentii Oliphant de Nather Turing,—[qua,—pro perimpletione litere obligationis et dispositionis de data apud Edinburgum, 19 Aug. 1611, et alterius litere ratificationis de data presentium,—concessit Patricio Oliphant de Over Turing fratri suo, et JEANNE OGILVIE ejus conjugi,—terras de Drymmie cum piscariis, in parochia de Roscobie, vic. Forfar:—TENEND. dictis Pat. et Jean. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masc. et assignatis dicti Pat. quibuscunque, de rege:—REDDEND. unum den. argenti albe firme:—cum precepto sasine:—TEST. Rob. Kirkwode scriba signeto regio, Jac. Laurie ejus servo (scriptore carte), Georgio Ker sartore burgen. de Edinburgh:—Apud Edinburgum, 21 Jun. 1613]:—PRETEREA suprascripta dictis personis respective de novo dedit, cum orientali mora de Over Turing jacente inter Surdach et Quhinnydrum, cum communi pastura et privilegio lucrandi focalia, glebas et cespites super moram vocatam Backmure jacentem ex boreali latere de Turinghill, et super Murewmond, dictis terris de Turingis secundum usum, et cum piscariis omnium dictarum terrarum super lacum de Roscobie:—REDDEND. *ut supra*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 383.

865. Apud Edinburgh, 26 Jun.
REX,—cum consensu &c. (180.),—concessit et de novo dedit JOANNI BUCHANAN de eodem, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque, absque reversione,—terras de Polgareis, Kilfassatis et Ballindalloch, terras de Keirhill, cum castro, manerie, molendinis, piscationibus, cuniculariis, pratis, vic. Stirling;—quas D. Jac. Cunynghame de Glengarnok miles resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 166.

866. Apud Edinburgh, 28 Jun.
REX,—cum consensu &c. (180.),—dedit literas remissionis PATRICIO PURVES filio quondam Davidis P. in Johnnesheavin, pro ejus vita duraturas,—pro adulterio per eum cum Euphamia Ramsay filia naturali quondam Joannis R. in A(r)birnaye commisso. P.R. i. 202.

867. Apud Edinburgh, 29 Jun.
REX confirmavit cartam Thome Reidpeth de eodem, et Thome R. ejus filii et heredis apparentis,—[qua, pro impletione obligationis de data presentium, vendiderunt GUALTERO CLINKSKAILL, in vitali redditu, et THOME CLINKSKAILL ejus filio et heredi apparenti, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, hereditarie et irredimabiliter,—6 mercat. ville et terrarum de Ottirburne, vic. de Beruick:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine:—TEST. Rob. Cockburne in Stobiswod, Wil. Edingtoun in Gerig, Geo. Thomesone notario (scriptore carte), Jo. T. ejus filio, Rob. Spottiswod filio quondam M. Joannis Spottiswod:—Apud Duns, 7 Nov. 1611]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 89.

868. Apud Edinburgh, 29 Jun.
REX,—cum avisamento &c. (180.),—concessit et de novo dedit familiari suo D. WILLELMO OLYPHANT de Newtoun militi, advocato regio et uni senatorum collegii justitie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—tres octavas partes ville et terrarum de Kyldonyng (per eum occupat.), jacen. in Forteviot, vic. Perth;—quas D. Jac. Cunynghame de Glengarnok miles cum consensu Domine Katharine Cunynghame domine de Glengarnok sponse sue resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 173.

869. Apud Edinburgum, 1 Jul.
REX,—cum consensu &c. (180.),—con-

firmavit cartam D. Joannis Wod de Fettircarne militis, — [qua, — cum consensu Domine Jeanne alias *Jeane* Lyndsay sponse sue, necnon Issobelle Forbes matris sue,—pro adimpletione contractus de data presentium,—concessit M. DAVIDI RAIT primario collegii regalis Veteris Aberdonie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, sub reversione,—terras et villas de (Over et Nather) Balmaqueinis, cum communibus, communi pastura, piscaria salmonum piscium super aqua de Northwatter, in thanagio de Fettircarne, parochia de Abirluthnott, vic. Kincardin:—REDDEND. regi 10 lib. feudifirme; et perimplendo cetera in infeofamentis dicti Jo. et ejus predecessorum contenta:—cum precepto sasine:—TEST. M. Rob. Rait fratre germano dicti Dav., Rob. Symer filio domini de Balzordi, Davide Grahame filio Jacobi G. de Leuchland, Jo. Abirnethie servitore dicti D. Jo., Jo. Ramsay commissario Brechinen., Rob. Mill, And. Forfer, notariis publicis, Alex. Lyndsay:—carta scripta per Alex. Litster incolam Veteris Aberdonie:—Apud Balbigno, 1 Jun. 1613]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 170.

870. Apud Edinburgh, 3 Jul.

REX,—cum consensu &c. (175.),—concessit et de novo dedit D. WILLELMO LIVINGSTOUN de Kilsyith militi, uni senatorum collegii justitie ac vicecamerario Scotie, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, — superioritatem terrarum de Auchinhowie cum molendino, terris molendinariis &c., terrarum de Dowan, Blairiskeith, Branzett et Bankeir, Kirkmichell, Blairnarne, Eister, Wester et Middill Baldoranes (ad dictum Wil. ejusque subvassallos in proprietate spectantium), terrarum de Eister, Wester et Middle Kilvynnettis, Baluggis, Corshous, Eister et Wester Craigend, Blairtomok, Eister et Wester Hoill, cum molendino *lie* Greinmill (vel Glenmylne) de Craigbarnett, ejus terris &c., Eister Mugdok et Quylt, Parkistoun, *thre* Calpistounis (vel Calpmestounis), Balgrocheinis (vel Balcrochenis), Balglas, Lekkett et Culphadrik (ad Jo. Striviling de Craigbarnett ejusque subvassallos in proprietate spectan.), terrarum de Indertethie comprehendentium terras de Clochor, Boighous et Litill Baldou cum ceteris earum pendiculis, terrarum de Balcoroh, Corshous, Champmestoun, Burbenstounis (vel Birbenstounis) Eister et Wester alias Blancloich (vel Bancloich)[-Westir, cum molendino nuncupato Lennoxmylne, ejus terris &c. (ad Jac. Lennox de Wodheid ejusque subvassallos in proprietate pertinen.), terrarum de Bancloich et][1] *lie* Maynis earundem supra et subtus *lie calsay*, terrarum de Eister, Wester et Litill Mukcroftis, Tomfin, Baldou, Torrour, Tombuy, cum molendino de Bancloich, ejus terris &c. (antea ad D. Wil. Callendar de Bancloich militem, et tunc ad D. Wil. Livingstoun de Darnechester militem, in proprietate spectan.), terrarum de Eister et Wester Glorattis, cum *lie* Maynis de Gloratt, Blakglen, Eschinual, Murend, molendini de Gloratt cum ejus terris &c. (ad Jo. Stirling de Gloratt in proprietate pertinen.), cum privilegio et jurisdictione regalitatis infra omnes supradictas bondas, cum fortaliciis, maneriei locis, molendinis, terris molendinariis, forestis, piscariis, carbonibus, cunicularis, commoniis, pasturis, tenentibus &c., in ducatu et regalitate Lennocie, vic. Stirling et Dumbartan;—que Ludovicus dux Lennocie resignavit; et que rex incorporavit in liberam baroniam de Campsie, ordinando fortalicium de Ballincloich principale fore messuagium:—REDDEND. unum den. albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 145.

871. Apud Edinburgh, 3 Jul.

REX,—cum consensu &c. (175.),—confirmavit cartam Allani Camerone de Locheild, —[qua,—pro perimpletione contractus de data apud Ballemakain in Urquhart, vic. Invernes, 16 Aug. 1611,—ad feudifirmam dimisit DONALDO MAKANGUS de Glengarrie, heredibus ejus masc. et assignatis,—60 denariat. terrarum de Knockdort, extenden. ad 40 sol. terrarum antiqui extentus, cum *lie scheallingis*, *gressingis*, piscationibus, vic. Invernes:—REDDEND. dicto

[1] The words in square brackets are supplied from the *Novodamus* clause.

Allano 40 mercas; ac duplum feudifirme in introitu heredum; necnon sectam et presentiam ad duo placita capitalia super dict. terras sub premonitione 15 dierum; ac tenentes et inhabitantes prestando sectas et presentias in ceteris curiis ibidem; ac prestando fidele servitium et homagium dicto Allano, et cum eo partem capiendo contra omnes mortales (autoritate regia excepta), dictis tenentibus &c. ductis et accomitatis per unum filiorum legitimorum dicti Donaldi ejusque predictorum, vel per specialem generosum hominem familie seu gentis dict. Donaldi &c. ad faciend. dictum servitium:—cum precepto sasine directo Donaldo M'Ranald Vicallan in Daingin, legit. filio Ronaldi Mackallan de Lundi:—TEST. Jo. Grant de Glenmoriestoun, Wil. M'Intosch in Rait, Pat. Grant in Diviah, Donaldo M'Onleif servitore dicti Allani, Finlao Grant servitore dicti Jo., Alex. Duff notario publico burgen. de Invernes:—carta scripta per Jo. Donaldsoun notarium publicum, servitorem Joannis Grant de Frewquhey:—Apud Laggan in Achordrom, 21 Feb. 1612]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xlvii. 171.

872. Apud Edinburgh, 8 Jul.

REX concessit JOANNI DRUMMOUND de Inneryeldie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—villam et terras de Inneryeldie (viz. dimidietatem earundem olim ad Jac. Murray feodatarium de Strowane [postea de Strowane], et alteram dimid. olim ad quondam Carolum Murray de Williamstoun filium et heredem quond. Andree M. de Drumfyn pertinen.), in senesc. de Stratherne, vic. Perth;—quarum vitalem redditum Jo. comes de Tullybardin dom. Murray de Gask et Balquhidder, feodum Wil. dom. Murray magister de Tullybardin, resignaverunt; et quas rex de novo dedit dicto Jo. D., et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. ejus de corpore legitime procreat. absque divisione, quibus def., ejus heredibus masculis quibuscunque, cum dict. terrarum montibus, pasturagiis *lie grassingis, scheillingis*, piscariis:—REDDEND. 13 lib. 13 sol. 4 den., et 3 sol. 4 den. nove augmentationis, cum parte martarum consueta, nomine feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 133.

873. Apud Edinburgh, 8 Jul.

REX,—cum consensu &c. (181.),—confirmavit cartam Joannis Swyntoun filii et heredis apparentis Marci S. prepositi de Inverkething, et dicti Marci liberetenementarii infrascriptorum,—[qua, pro perimpletione litere obligationis de data presentium, vendiderunt ALEXANDRO FERMELINODUNI COMITI dom. Fyvie et Urquhart, magno cancellario Scotie,—locum, tenementum vel hospitium de Inverkething cum columbario et horto (inter terras Rob. Dempstertoun et Davidis Stanehous, et litus maris), in burgo de Inverkething:—TENEND. *ut in carta* 853:—REDDEND. 6 merc., et 13 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo M. Jo. Drummound de Wodcokdaill:—TEST. M. Jac. Raith, M. Jo. Hay, Wil. Inglis, Tho. Dryisdaill, servitoribus dicti comitis:—carta scripta per M. Jo. Paip scribam signeto regio:—Apud Inverkething, 2 Jul. 1613]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 139.

874. Apud Edinburgh, 8 Jul.

REX,—tanquam administrator Carolo principi Magne Britannie senescallo Scotie duci de Rothesay com. de Carrik dom. Insularum baroni de Renfrew filio suo,—confirmavit cartam D. Jacobi Cunynghame de Glengarnok militis,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit ROBERTO BOYDE de Portincors, heredibus ejus et assignatis,—5 mercat. terrarum de Arneill, in parochia de Kylbryde, balliatu de Cunynghame, vic. Air:—TENEND. de (quondam) Henrico principe:—cum precepto sasine directo Wil. Scott de Ardneill-Boyd:—TEST. Wil. Dunlope de Craig, M. Wil. Russall, Jo. Schaw, Alexandro Adam notario publico, servitoribus dicti Jac.:—carta scripta per Jo. Grenelies servitorem Thome Inglis notarii publici burgensis Pasleti:—Apud Ballindalloche, 7 Nov. 1612]:—INSUPER dict. terras dicto Rob. de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xlvii. 141.

875. Apud Edinburgh, 8 Jul.

REX confirmavit cartam Petri episc. Abredonensis,—[qua, cum consensu decani et capituli Aberdonensium, confirmavit et de novo ad feudifirmam dimisit GULIELMO SEYTOUN de Mownie, filio natu maximo quondam Joannis S. filii secundogeniti quond. Gulielmi S. de Meldrum, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—villas et terras de Pettinnown, cum *lie* Quhytmyre, Brounhillis et Grenefurd nuncupat., villam et terras de Petblane et Newcraig, cum molendino de Mownie, ejus terris, et astrictis multuris dictarum terrarum de Newcraig, Pettinnowne, Petblane, necnon villarum et terrarum de Auldcraig et ville ecclesiastice de Daviot consuetis, in schira et parochia de Daviot, vic. de Aberdene;—que per predecessores dicti episc. ad feudifirmam locate fuerant dictis quond. Gul. et Joanni, quond. M. Alexandro Seytoun cancellario Aberdonensi, Alexandro Gordoun filio naturali quond. Willelmi G. episcopi Aberdonen., Joanni G. ejus fratri, Margarete G. ejus sorori et Georgio Knowis ejus marito, postea M. Ricardo Irwing burgen. de Abirdene, respective; et quas omnes idem Gul. S. de M., qui in eis per predecessorem dicti episc. infeodatus fuerat, resignavit:—REDDEND. dicto episcopo pro Pittinnowne &c. (usque ad Grenefurd) 5 merc. monete, 2 celdras 2 bollas brasii cum bato cuilibet bolle (vel 6 sol. 8 den. pro qualibet bolla), 2 celd. 2 bol. farine (vel 6 sol. 8 den. pro bolla), 16 capones (vel 8 den. pro quolibet), 3 duodenas et 4 pultreas (vel 4 sol. pro duodena), 6 sol. 8 den. pro bondagio, 3 sol. 4 den. pro servitiis solitis, 13 sol. 4 den. loco gressume, et 3 sol. 4 den. augmentationis; pro Petblaine 3 lib. 13 sol. 4 den., 12 merc. pro qualibet celdra 4½ celdrarum farine et brasii per medium, 8 den. pro quolibet 16 caponum, et pro qualibet pultrea trium duodenarum pultrearum capitalium, 6 sol. 8 den. pro bondagiis et servitiis solitis, 14 sol. 8 den. loco gressume, et 3 solidos 8 den. augmentationis; pro dicto molendino 32 sol. 4 den., 8 sol. pro uno porco pasto, 8 den. pro qualibet pecia 12 caponum et 6 gallinarum domesticarum, 20 den. pro servitiis debitis et consuetis, et 20 den. augmentationis; pro Newcraig 40 sol., 10 sol. 6 den. pro qualibet bolla 36 bollarum farine et brasii cum bato cuilibet bolle brasii, 6 den. pro qualibet 30 pultrearum, 40 den. pro bondagiis, 8 sol. loco gressume, 5 sol. pro servitiis debit. et consuet., et 40 den. augmentationis; ac duplicando dictas pecunie summas in introitu heredum aut assignatorum; et faciendo 3 sectas ad 3 placita capitalia apud villam ecclesiasticam de Daviott; necnon prestando juramentum fidelitatis; et si defecissent &c. (*ut in carta* 686):—cum precepto sasine:—TEST. M. Rob. Paip advocato, M. Wil. Stratauchin famulo dicti episc., Jo. Setoun fratre dicti Gul., Wil. Cordiner servo dicti M. Rob. (scriptore carte), Geo. Merser, Tho. Davidsone, notariis publicis:—Apud Abirdene, 1 et . . Apr. 1608]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 143.

876. Apud Edinburgh, 8 Jul.

REX,—pro se et tanquam administrator Carolo Magne Britannie principi et senescallo Scotie filio suo,—cum consensu &c. (175.), — concessit et de novo dedit JOANNI DOMINO THIRLSTANE—terras de Bonyntoun, extenden. ad 10 librat. terrarum antiqui extentus, cum mansionibus, maneriei locis, molendinis, piscariis, feudifirme firmis, tenentibus &c., vic. de Edinburgh, et per annexationem in baronia et vic. de Renfrew;—quas Alex. Montgomerie com. de Eglintoun dom. Montgomerie, et D. Alex. Drummond de Meidhoip miles, cum consensu Joannis domini de Balmerinoch ejusque curatorum, resignaverunt:—TENEND. dicto dom. T. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, M. Roberto Maitland de Auchincreiff et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti dom. T. cognomen et arma de Maitland gerentibus reversuras, et eorum assignatis quibuscunque, de dicto principe:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta; et rex,—respectu taxationis warde &c. contente in carta per se quond. Jacobo dom. de Balmerinoch suo secretario et presidi facta de terris de Bonyngtoun et Piltoun (*carta* 2073 *tomi precedentis*),—taxavit wardam &c. de Bonyngtoun ad 46

lib. 13 sol. 4 den., et maritagium heredis ad 350 mercas :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 144.

877. Apud Edinburgh, 8 Jul.
REX,—tanquam administrator filio suo Carolo principi et senescallo Scotie et Waillis &c.,—confirmavit cartam D. Jacobi Cunynghame de Glengarnok militis,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit WILLELMO CUNYNGHAME de Caprintoun filio et heredi quondam Willelmi C. de C., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Glengarnok, cum castro, molendino, et lacu earundem Lochtancart nuncupato, continen. *lie* Burnis, Barhill, Damothland, Plewland, Auchinhwif, Unthank, Donholme et Brigend, 9 mercatas terrarum de Busbyes viz. *lie* Mot, Knockintibber et Halliethornis, 40 sol. de Chirrielandis, 5 mercatas vocatas Thridpairt de Ardnele, ½ mercat. *lie* Croce, ½ mercat. *lie* Hanganheuch, in balliatu de Cunynghame, vic. de Air :—REDDEND. dicto Jac. unum den. argenti nomine albe firme :—cum precepto sasine :—TEST. M. Wil. Cunynghame feodatario de Ruidlandis, Roberto Lauder scriba signeto regio, Alex. Adam servitore dicti Jac., Wil. Andersoun notario publico, et Roberto Broun notario publico servitore Alexandri Cunynghame scribe in Edinburgh (scriptore carte) :—Apud Dalrymylnes, 7 Jul. 1613] :—PRETEREA suprascripta dicto Wil. C. de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 172.

878. Apud Edinburgh, 8 Jul.
REX,—cum consensu &c. (175.),—concessit et de novo dedit ROBERTO LYCHTOUN de Ulisheavin, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—villam et terras de Dunnynald, cum fortalicio, portu et piscatione earundem, in parochia de Sanct-Skeoch, vic. Forfar ;—quas D. Geo. Hay de Nather Leiff miles et Petrus H. ejus filius legit. natu maximus et heres apparens, cum consensu Davidis Lyoun de Balgillie et Andree Gray filii legit. quondam Andree Gray de Dwnnynald qui ultimo obiit, resignaverunt :—REDDEND. 45 lib., et 23 sol. 2 den. augmentationis, nomine feudifirme ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ad suprascripta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 174.

879. Apud Edinburgum, 8 Jul.
REX dedit literas remissionis JOANNI ELPHINGSTOUN de Shank, pro ejus vita duraturas,—pro ferendo machinas *lie pistolettis*, et subito vulnerando Jo. Borthuick de Colelaw missione pulveris et plumbi ex una earundem. P.R. i. 203.

880. Apud Edinburgh, 9 Jul.
REX,—tanquam administrator filio suo Carolo duci de York et Albanie com. de Carrik dom. Insularum baroni de Ranfrew principi et senescallo Scotie,—concessit et de novo dedit DAVIDI KENNEDY in Maxwellistoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—5 mercatas terrarum de Arneluige alias Barbowir, cum fortalicio, manerie, molendinis, piscariis, in baronia de Kirkmichaell et parochia de Colmonell, —necnon, in speciale warrantum earundem, 10 libratas terrarum et baronie de Kirkmichaell antiqui extentus, cum fortalicio, manerie, granorum et fullonum molendinis, terris molendinariis, tenentibus &c.,—in comitatu de Carrik, vic. de Air ;—quas M. Lambertus Kennedy de Kirkmichaell resignavit 6 Jul. ;—necnon dictas terras et baroniam de Kirkmichaell tam proprietatem quam tenandriam, cum fortalicio &c. (*ut sup.*) ;—quas dictus Lamb. resignavit 8 Jul.: —TENEND. de dicto principe :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 136.

881. Apud Edinburgh, 12 Jul.
REX concessit D. GEORGIO HAY de Nather Liff militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de *lie* Kirklandis de Melginche, villam et terras de Bauchland, cum molendino, terris molendinariis &c., villam et terras de Bauchlandlache, terras et baroniam de Carnebaddy, cum molendino, terris molendinariis &c., villam et terras de Campsey, terras et baroniam de Rattray, vic. de Perth ; terras de Lunane alias Courthill, cum dimidio molendini ejusdem, terris molendinariis &c., vic. de Forfar ; cum fortaliciis, manerierum locis, molendinis, terris molendinariis &c.,

et piscationibus ;—que fuerunt Petri Hay de Kirkland, et Joannis H. ejus filii senioris et apparentis heredis ; et (dictis Pet. et Jo. citatis apud habitationis locum de Logyalmound, ubi dictus Petrus cum uxore, liberis et familia, et dictus Jo. innuptus et forisfamiliatus existens, residentiam habuerunt), 2 Jul. 1613 (comparentibus Roberto Lichtoun feodatario de Ullishevin cum M. Tho. Hoip et M. Tho. Nicolsoun ejus prolocutoribus, et M. Alex. King advocato procuratore pro dictis Pet. et Jo.), dicte terre &c. (cum villa et terris de Auchmagow tentis de Davide comite de Crawfurde, dimidio ville et terrarum de Craigmakirrane tento de Davide dom. de Scone, et cum jure assedationum et vitalium reddituum dimidietatis decimarum garbalium parochie de Melginche, piscatione de *lie Lin* de Campsey, et assedationibus decimarum rectorie et vicarie de *lie* Ovir et Nether Campseyis), appreciate fuerunt et dicto Geo. vendite pro 30140 merc. dicto Rob. restan. debitis,[1] et pro 1004 lib. 13 sol. 4 den. pro feodo Roberti M'Ghie nuncii, vicecomitis in hac parte :—et voluit rex quod dicti Pet. et Jo., heredes eorum et assignati, haberent regressum quandocunque dict. summas persolverent infra septennium: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 206.

882. Apud Edinburgh, 13 Jul.

REX,—cum consensu &c. (175.),—concessit et de novo dedit WILLELMO TYRIE de Drumkilbo, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Drumkilbo, terras de Logymegill Over et Nather, cum earum molendino, terris molendinariis &c., ex parte (australi) aque de Dene, cum piscariis super dict. aquam, cum fortaliciis, manerierum locis, piscariis, moris, marresiis, pratis, commoniis, tenentibus &c., in baronia et parochia de Megill, vic. de Perth ;—quas David com. Crafurdie dom. Lyndsay, David Currour de Logymegill, Stephanys C. ejus filius legit. natu maximus et heres apparens, et David C. junior filius et heres apparens dicti Steph. resignaverunt ; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Drumkilbo, ordinando maneriei locum de Drumkilbo principale fore messuagium :—REDDEND. unum den. albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xlvii. 137.

883. Apud Edinburgh, 13 Jul.

REX concessit THOME VICECOMITI DE FENTOUN dom. Dirltoun &c., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, —terras et baroniam de Kellie, cum molendinis, carbonariis, piscariis, fortaliciis, vic. Fyiff;—quas Laurentius dom. Oliphant, cum consensu Domine Lilie Drummond sponse sue, Jacobi dom. Madertie et Joannis magistri de M. ejus filii, resignavit ;—et quas rex dicto Tho. de novo dedit, comprehenden. terras dominicales de Kellie, cum fortaliciis, maneriebus, parcis, pratis, carbonibus, villas et terras de Over Kellie, Auchincroch, Bellistoun, Baldothow, Pitkeirie, molendina nuncupata Kellie-mylnis, tertiam partem terrarum de Greneside, Paikishoill et Cowishoill, et ceteras terras dicte baronie, cum molendinis, tenentibus

[1] By contract dated at Rattray, 21 May (recorded in the books of council 11 June) 1609, Sir Rob. Creichtoun of Cluny knight as principal, and the said Peter and John Hay, Sir David Hering of Glasclune knight, James Scrymgeour of Fardill, Tho. Nairne of Muckarsie and Geo. N. his elder lawful son and apparent heir as cautioners, were bound to pay to the said Robert Lichtoun within the new church of Dundie 12000 merks as the price of certain lands, and also other 12000 merks, at Whitsunday 1613, with 5000 merks penalty in case of failure ; and to pay him annually, till payment of said sums, 20 chalders victual (viz. 12 chalders bear with a peck to each boll, and 8 chalders ⅔ oatmeal and ⅓ bear), 12 dozen fowls and 8 dozen capons, out of the rents of the barony of Reidcastell, Courthill and others, or in default of payment, to pay 10 merks for each boll of victual, and £3 for each dozen of capons and fowls. Names of assize :—Sir James Lockhart of Lie knight (chancellor), Wil. Maxwell of Kirkhous, Alex. Campbell of Crunane, Mr David Ogilvie of Pettmweyis, Alexander Achesoun of Gosfurd, Geo. Fawsyid of Cowthroppill, Thomas Creichtoun commissary clerk of Dunkeld, Mark Mawer of Mawerstoun, David Lindsay of Balgayis, Louis Creichtoun of Nachtane, Rob. Trumbill of Wilmylne, Hen. Ruthven tutor of Freyland, Mr Wil. Fergussoun burgess of Dundie, Mr Alex. Wedderburne clerk of the burgh of Dundy, Mr Alex. Hay of Kennay (?). Clerk of process, Robert Rawsoun writer to the signet and notary public.

&c.; et easdem de novo incorporavit in liberam baroniam de Kellie, ut unica sasina apud maneriem de K. capienda pro omnibus staret :—REDDEND. unam libram albe cere, unum par chirothecarum in die S. Monani, et 3 sectas ad 3 placita capitalia vic. de Fyiff, nomine albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 142.

884. Apud Edinburgum, 13 Jul.

REX,—cum consensu &c. (166. 177.),—confirmavit cartam factam per Willelmum Kirkcaldie de Grange, cum consensu Margarete Hammiltoun ejus conjugis, domine conjuncte infeodationis seu vitalis redditus infrascriptorum, necnon Thome Hammiltoun de Preistfeild et M. Thome H. ejus filii, advocati regii (postea nominati D. Thome H. de Byris militis secretarii regis), ad quorum instantias dictus Wil. interdictus est, necnon Andree Rolland filii legitimi quondam Andree R. de Lathray-mylne pro ejus interesse,—[qua,—pro perimpletione contractus de data apud Edinburgh et Grange, 3 et 15 Mar. 1598, —vendidit JOANNI ROLLAND burgensi de Kinghorne, in vitali redditu, et post ejus decessum WILLELMO ROLLAND filio natu maximo et legitimo heredi dicti quond. Andree fratris maximi natu dicti Joannis, et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masculis dicti Willelmi et assignatis quibuscunque, hereditarie et irredimabiliter,—tres quintas partes terrarum (*thre-fyift-pairt-landis*) de Balbairdie, cum omnibus servitudinibus et privilegiis, in baronia de Kinghorne,—necnon, in speciale warrantum earundem, quartam partem umbralem (*lie schadow-quarter-landis*) ville et terrarum de Tyrie, includen. dimidietatem partis sue molendini de T., ejus terrarum et acrarum, et dimid. terrarum de Egismaly, in baronia de Grange,—vic. de Fyiff :—REDDEND. regi unum den. albe firme :—cum precepto sasine directo Davidi Boswell burgen. de Kinghorne :—TEST. Jacobo Winrhame, Zacharia M'Gill, Jacobo Hammiltoun, servitoribus dicti M. Thome, Josepho Myllar scriba (scriptore carte), Roberto Kellie famulo dicti Wil. K., Andrea Broun scriba communitatis burgi de Kinghorne, Walt. Duncan ejus famulo :—Apud Edinburgh et Grange, 1 et 9 Aug. 1600]:—NECNON cartas per dictum Willelmum R. (tunc nominatum de Glasmonth) cum consensu dicti Joannis R. ejus patrui (tunc nominati de Buhill) desuper factas JACOBO MITCHELL portionario de Lurg, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter :—PRETEREA concessit et de novo dedit dicto Jac. suprascripta ;—que dictus Willelmus R. cum consensu dicti Joannis R. resignavit :—REDDEND. *ut supra* :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 257.

885. Apud Edinburgh, 15 Jul.

REX,—cum consensu &c. (179.),—concessit et de novo in feudifirmam dimisit ALEXANDRO RICHARDSOUN fratri germano D. Jacobi R. de Smetoun militis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —4 terras husbandias et brasinas, necnon ½ mercat. terrarum *lie half-merk-land*, cum domibus et hortis, in villa et territorio de Ballincreiff, constab. de Hadingtoun, vic. de Edinbrugh ;—quas Geo. Richardsoun portionarius de Ballincreiff, cum consensu Geo. Home de Gulane ad cujus instantiam est interdictus, irredimabiliter resignavit :—REDDEND. 8 lib., 1 celdram 9 bollas 2 firlotas ordei, 12 capones, 24 pultrias, et 3 sol. 4 den. nove augmentationis ; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum ; necnon sustentando mansionem cum politiis solo corresponden. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 140.

886. Apud Edinburgh, 17 Jul.

REX confirmavit cartam Joannis com. de Tullibardin dom. Murray de Gask et Balquhidder &c., et Gulielmi dom. Murray magistri de Tullibardin ejus filii et heredis apparentis,—[qua,—pro perimpletione contractus de data presentium, necnon pro 20000 librarum persolutis,—vendiderunt PATRICIO COMITI DE KINGHORNE dom. (Lyoun et) Glammis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras dominicales *lie* South-maynes et West-maynis de Tullibardin, terras de Blairskaith, Eist-thrid, West-thrid et *lie* Middill-thrid, moras et marresia de Tullibardin, molendinum de

Tullibardin, ejus terras &c., cum fortalicio et manerie de Tullibardin, terras *lie Park*, terras de Newtoun de Tullibardin, terras de Lethindies viz. Eister, Wester et Middill Lethindie, molendinum de L. cum ejus terris &c., terras de Kinnocragane cum manerie, cum molendinis, piscariis, *lie cruvis*, tenentibus &c., advocatione capellaniarum de Kildeis et Tullibardin, in baronia de Tullibardin, vic. Perth; terras de Wester, Eister et Middill Fyndoch cum forestis de Fyndoche, terras de Craigalzie et Corrievorgill (intra bondas specificatas), in baronia de Glencoy, vic. de Perth; terras foreste de Corrimuklaw, terras de Glenschervie, Mekill et Litill Downie, Dalik, in baronia de Treuin, vic. Perth; terras *lie* Kyle de Glenalmond ex utroque latere aque de Almond (intra bondas in vulgari specificatas), cum ceteris *lie corryis, glennis*, silvis, piscariis, *lie sheillingis* et pasturagiis quibuscunque intra dictas bondas, vic. de Perth:—REDDEND. regi pro dictis terris baronie de Tullibardin venationem unius leporis apud sedem de Corrimuklaw ad festum Exaltationis S. Crucis, nomine albe firme; pro terris baronie de Glencoy 3 sectas ad 3 placita capitalia vic. de Perth, cum servitio warde &c.; pro Corriemuklaw et Glenshervie 26 libras, pro Downies 11 libras 16 sol. 4 den., cum partibus martarum consuetis, pro Dalik 4 libras, cum parte marte consueta, pro *lie* Kyle 26 sol. 8 den., necnon perimplendo cetera in prioribus cartis contenta:—cum precepto sasine:—TEST. Roberto Murray filio legitimo dicti Joannis, Pat. Murray servitore dicti Joannis, Antonio Quhyte scriba signeto, Donaldo Neish, notariis publicis:—carta scripta per Jacobum Ramsay servitorem dicti Ant.:—Apud villam de Cannogait et burgum de Edinburgh, 23 Jun. 1613]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 123.

887. Apud Edinburgh, 17 Jul.

REX,—cum consensu &c. (175.), —confirmavit et de novo dedit PATRICIO COMITI DE KINGHORNE dom. Lyoun et Glammis &c., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—ilam de Inchkeith et ejus terras, cum piscariis, advocationem rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Kinghorne-Eister, vic. de Fyiff; advocationem rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Nather Airlie, vic. Forfar; cum decimis garbalibus aliisque decimis et fructibus earundem;—quam advocationem de Nather Airlie Jo. Lyoun de Auldbar, ceteras idem Pat., resignaverunt;—et quas advocationes rex ad dict. ilam univit:—REDDEND. unum den. argenti nomine albe firme; ac presentando qualificatas personas ad dictas ecclesias quoties vacarent:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 124.

888. Apud Edinburgh, 17 Jul.

REX,—cum consensu &c. (175.),—concessit et de novo dedit PATRICIO COMITI DE KINGHORNE dom. Lyoun et Glammis &c., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—partem ville, terrarum et *lie* Maynis de Huntley cum fortalicio de H., que antea ad And. dom. Gray pertinuit (excepta portione nuncupata *the Reschiecruikis*, per And. Moncur de eodem occupata), dicti dom. G. partem ville ac terrarum de Langforgound ac more hujusmodi, comprehenden. terras de Cultis Eister et Wester tanquam pertinentias earundem, cum molendinis, terris molendinariis &c., in baronia de Forgound, vic. Perth (exceptis terris de Gaitpyke, quarteria de Clattermailling alias Bulyeoune, tertia parte de Balbinnoche et Nather Kers, ac terris de Kingudie, in dicta baronia);—quas dictus Andreas dom. Gray resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 125.

889. Apud Edinburgh, 22 Jul.[1]

REX confirmavit et de novo dedit familiari suo ANDREE WEYMIS de Myrecairnie, uni dominorum ac senatorum collegii justitie,—terras et baroniam de Myrecairnie, comprehenden. terras de M., cum molendinis, terris molendinariis &c., Cruvie-Westir, Brighous, Logie cum mansione, terras de Lilleismure que fuerunt pertinentie de Logy, cum privilegio pasturagii et com-

[1] This charter is left incomplete in the Register. The date and place of granting, and the *Reddendo* clause, are supplied from *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxxi. fol. 252.

munitate super *lie* Lucklawhillis et Broundod, cum tenentibus &c., vic. Fyiff;—quas idem And. resignavit, sub provisionibus quod non liceret heredibus infrascriptis mutare aut violare formam tallie per alienationem aut aliter (cum clausulis irritante et resolutiva):—INSUPER rex voluit quod unica sasina apud principale messuagium de Logie capienda pro omnibus staret:—TENEND. dicto And. et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Joanni W. ejus nepoti, filio legitimo quondam Joannis W. junioris de Myrecairnie, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus def., Jacobo W. filio legit. dicti And. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., Joanni W. de Monturpie et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., M. Joanni W. de Craigtoun filio legit. natu maximo dicti Jo. Weymis de Monturpie, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., M. Jacobo W. filio legitimo dicti Jo. W. de Monturpie, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Alexandro W. filio legit. ejusdem Joannis, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., D. Jacobo W. de Bogie militi et heredibus ejus masc. quibuscunque:—REDDEND. unum den. argenti nomine albe firme:—TEST. . . xlvii. 116.

890. Apud Edinburgh, 22 Jul.

REX,—cum consensu &c. (182.),—confirmavit cartam Andree episc. Brechinen.,—[qua, cum consensu capituli Brechinen., ad feudifirmam dimisit JOANNI UDNY in Ovir Pitforthie, et KATHARINE WEYMIS ejus sponse,—solarem dimidietatem terrarum de Kethik cum manerie, cum molendino granorum de Kethik, cum astricta multura terrarum de K. ad vicesimum quartum vas granorum ibi crescentium, cum terris molendinariis &c., octavam partem terrarum de K., partem octave partis de Kethik Alexandro Richart in feudifirma spectantis (ad quondam Ricardum Huid in Kethik spectantem et per eum quondam Alexandro Lindsay de Kethik in excambium concessam pro certis aliis terris de K.), cum pastura 2 boum, 1 eque et 14 ovium super dicti Alex. octavam partem de K., in baronia de Kethik, vic. Forfar:—TENEND. dictis Jo. et Kath. in conjunctainfeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Jo. et assignatis quibuscunque, de dicto episc.:—REDDEND. pro solari dimid. et molendino 10 libras, cum 28 pultreis et 12 caponibus, pro octava parte 40 sol., 1½ anseres, 3 capones, 8 pultreas, ½ bollam avenarum, ac servitium consuetum (viz. *the guid service of ane hors and ane cairt in mucking tyme ane day, ane hors in harrowing tyme ane day, ane hors for leiding of the cornis ane day in harvest, all to our Maynis of Herinell onlie, togidder with all services callit service usit and wont*), pro dicta pecia 2 sol., feudifirme antique, et 40 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; ac prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia apud palatium Brechinen.; ac deserviendo dicto episc. et ejus ballivo in exercitibus regiis:—cum precepto sasine directo Davidi Nory ballivo civitatis Brechinen.:—TEST. M. Jo. Collace servo dicti episc., Jo. Nory notario publico in Brechin (scriptore carte):—Apud Brechin, 3 Jun. 1613]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 117.

891. Apud Edinburgh, 22 Jul.

REX,—cum consensu &c. (175.),—confirmavit et de novo dedit ANDREEDOMINO GRAY, et Domine ANNE OGILVIE ejus conjugi,—terras dominicales *lie* Ovir et Nather Maynis de Foullis, cum fortalicio, molendinis, pratis, parcis, piscariis, vic. de Perth;—idque in plenam contentationem dicte Anne, et heredibus masculis inter eam et dictum Andream legitime procreatis, bine partis de *lie* Maynis de Huntley cum castro, necnon cottagiorum de Forgound, in baronia de Langforgound, vic. Perth, et juris dicte Anne desuper confecti virtute contractus matrimonialis inter quondam Pat. dominum Gray, qui ultime obiit, et dictum And. ab una, et Walt. Ogilvie de Findlater militem dictamque Annam ejus filiam legit. ab altera partibus, de data apud Foullis, 3 Dec. 1608;—quas idem And. resignavit:—PROVISO quod quandocunque dictus And. obtineret dict. Annam cum semetipso in conjuncta infeodatione, et heredes infrascriptos, sasitos in manerie de Bruchtie, in parochia

de Manyfuith, vic. Forfar, de rege tenenda, et in aliis terris que pertinerent ad dictum And. ratione conquestus aut alio modo infra vic. de Perth aut Forfar, que valerent in annuo redditu 8 celdras 12 bollas ordei, 7 celd. 4 bol. farine, 6 celd. tritici (vel loco tritici 9 celd. ordei), mensure burgorum de Dundie aut Perth, cum custumis et casualitatibus eisdem spectan., dicta Anna vitalem redditum de dictis Maynes de Foullis et decimis garbalibus earundem resignaret, secundum tenorem contractus inter dictos And. et Walt., de data apud Edinburgh, 10 Jun. . . :—TENEND. dictis Andree et Anne in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. et assignatis dicti And. quibuscunque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xlvii. 121.

892. Apud Edinburgh, 22 Jul.

REX,—cum consensu &c. (175.),—confirmavit cartam Richardi Abircrumbie de Poltoun, et Henrici Drummond filii quondam Caroli D. de Kingsfeild,—[qua,—pro observatione contractus de data presentium, —vendiderunt (quondam) D. JOANNI DRUMMOND de Hathronedene militi, et Domine SUSANNE FOULLAR ejus sponse,—20 solidatas terrarum Kingsfeild nuncupat., vic. de Linlythgow :—TENEND. dictis Jo. et Sus. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Jo. et assignatis quibuscunque, irredimabiliter, de rege in feudifirma :—cum clausula warrantizationis a jure quod Alex. Drummond de Meidhoip, heredes quond. Andree Hammiltoun de Cochnae, quond. Philippi Quhytheid de Kingavillpark et quondam Georgii Q. ejus filii, pretendere possent :—cum precepto sasine directo Pat. Sellar :—TEST. Rob. Drummond de Doill de Carnok, Abrahamo Abircrumbie ephippiario burgen. de Edinburgh, Andrea Ker scriba burgi et vicecomitatus de Linlythgow, Roberto K. (scriptore carte) et Jo. K. filiis dicti And., Symone Prestoun patruo domini de Craigmillar, Gulielmo Hall servitore dicti militis, Alex. Craig, Alex. Bruce cultellario burgen. de Edinburgh :—Apud Linlythgow et Poltoun, 2 et 5 Dec. 1604] :—PRETEREA dict. terras M. WILLELMO DRUMMOND tunc de Hathronedene filio et heredi dicti D. Jo., heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque, de novo dedit :—REDDEND. 20 sol. feudifirme; necnon observando &c. (*ut in carta* 4) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 122.

893. Apud Edinburgh, 22 Jul.

REX concessit M. JACOBO RAITH servitori Alexandri com. de Dumfermeling &c. cancellarii, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Polgairis, Kilfassettis, Ballindalloch et Keirhill, cum castro, maneriebus, molendinis, piscationibus, parcis, cuniculariis, carbonibus, tenentibus &c., vic. Stirling et Dumbartane;—que fuerunt D. Jacobi Cunnynghame de Glengarnok militis; et in curia tenta per Jo. Roishill nuncium vicecomitem in hac parte et Jo. Gillespie nuncium ejus consortem, 6 Jul. 1613 (comparente dicto M. Jac. cum M. Alex. Peiblis advocato ejus prolocutore), dicte terre, cum 5 mercatis terrarum de Drumteane, 5 mercat. de Drumquhairnes, 5 mercat. de Asquhomoir cum molendino et piscariis, et 5 mercat. de Renroyis, in regalitate Lennocie, vic. Dumbartane (tentis de Lodovico duce Levenocie), 20 mercatis de Crawmynnane comprehendentibus terras de Park, Scheane, Drumbrek, Kepculloch, Gairsland, Camquhell et Carbethe (tentis de Jacobo com. de Glencairne et Willelmo dom. Kilmawris ejus filio), et terris de Boquhanis, vic. Stirling et Dumbartane, et cum assedationibus decimarum suprascriptorum, appreciate fuerunt[1] pro 8624 lib. 16 sol. 8 den. dicto M. Jac. debitis, et pro 431 lib. 4 sol. 10 den. pro feodo vicecomi-

[1] Names of assize :—And. Wischart of Muretoun (chancellor), David Lindsay of Balgaweis, Rob. Lichtoun of Ullisheavin, Walt. Chisholme of that ilk, Joh. Chisholme of Straglas, Wil. Maxwell of Kirkhous, George Logane of Bonytoun, Hugh Dowglas of Mortoun, Jas. Nasmith of Posso, And. Wode of Drumis, Alexander Vaus of Blans, Tho. Huntar of Clauchaneholme, Mr Jas. Ord servitor of Wil. lord Keith, Mr Wil. Levingstoun servitor of lord Saltoun, Jas. Broun merchant burgess of Edinburgh. Clerk of court, Joh. Gilmour writer to the king's signet and notary public. The sum

tis :—et voluit rex quod dictus D. Jacobus, heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dictas summas persolverent infra septennium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 205.

894. Apud Edinburgum, 27 Jul.
REX confirmavit [1] cartam quondam Jacobi domini Borthuick,—[qua, — pro impletione contractus de data presentium, in libris concilii registrandi,—vendidit M. JOANNI PRESTOUN de Fentounbarnis et LILIE GILBERT ejus sponse, in vitali redditu, et JOANNI PRESTOUN filio seniori legitimo dicti M. Jo., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, in feodo,—terras de Buitland et Buitlandhill, in dominio de Borthuick per annexationem, vic. de Edinburgh :—REDDEND. regi 2 den. argenti nomine albe firme :—cum precepto sasine directo Jac. Murray de Polmais :—TEST. M. Wil. Hart de Livilandis, Wil. Mure, Tho. Hwtoun, servitoribus dicti M. Jo., Davide Hart servitore dicti M. Wil., Jac. Davidsone :—carta scripta per Tho. Wilsoun servum Ricardi Cas scribe signeti regii :—Apud Edinburgh, 15 Feb. 1596] : —[2] cartam Joannis dom. Borthuick,—[qua, pro impletione contractus de data presentium,—cum consensu (Willelmi) dom. Kilmaweris, Willelmi dom. Cranstoun, D. Wil. Seytoun de Kylismure militis, Jacobi Borthuick de Newbyris, Cuthberti Cunynghame (vel Borthuick) mercatoris burgen. de Edinburgh, et Davidis Borthuick, quibus interdictus extitit,—vendidit M. Joanni Prestoun de Pennicuik presidi concilii et sessionis regis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Newthorne (Nenthorne ?), cum molendinis, terris molendinariis, tenentibus &c., in parochia de Newthorne, vic. . . . . : — REDDEND. regi unum den. albe firme :—cum precepto sasine directo Alex. Mar in Newsteid :—TEST. (ad subscriptiones dictorum dom. Borthuick, dom. Kilmaweris, Cuthberti et Dav.) M. Jo. Cant de Grange, Samuele Ord, Alex. Reid, servitoribus dicti M. Jo. P., Wil. Borthuick in Halheriot, M. Symone Ramsay; (ad subscriptionem dicti Jac. Borthuick) dicto Jo. Cant, Jo. Borthuick in Caryntoun, Pat. Mow servitore dicti Jac.; (ad subscriptionem dicti D. Wil.) D. Wil. Fairlie de Bruntfeild, Jo. Adamsoun ejus servitore, dicto Jo. Cant ; (ad subscriptionem dicti dom. Cranstoun) D. Joanne Cranstoun de eodem milite, Geo. Elphingstoun, Jo. Cranstoun, ejus servitoribus, Wil. Home:—carta scripta per Jo. Ryssie servitorem Joannis Ros scribe Edinburgi :—Apud Edinburgh, 11 Jul. et . . , apud Newbyris et Hadingtoun 24 Jul., et apud Wowlie 26 Jul., 1612] :—INSUPER concessit dicto M. Jo. Prestoun in vitali redditu, et dicto Joanni ejus filio, tunc nominato D. Jo. Prestoun de Pennicuik militi, in feodo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — dictas terras de Newthorne cum molendinis &c. ; —quas idem M. Jo. Prestoun resignavit :—et omnia suprascripta dicto M. Jo. P. in vitali redditu, dicto D. Jo. P. in feodo, de novo dedit :—REDDEND. *ut supra* :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 204.

930. Apud Edinburgh, 27 Nov.

REX confirmavit cartam Joannis com. de Perth dom. Drummound et Stobhall &c., —[qua,—pro impletione contractus matri-

monialis de data 4 et 28 Aug. 1613,—vendidit Domine JEANNE KER conjugi sue future, filie legit. natu maxime Roberti dom. Roxburgh et Halydene &c., in ejus pura virginitate, in vitali redditu, — in plenariam contentationem ejus conjuncte infeodationis, vitalis redditus et tertie,—*lie* Maynis de Achtirardour cum castro et manerie, terras de Pohollok (vel Pohillok), binam partem de Kirktoun de Auchtirardour, molendinum de Auchtirardour cum ejus terris &c., in baronia de Auchtirardour, vic. de Perth ; terras dominicales de Drymmen cum castro et manerie, terras de Classingallmoir, Classingall-Westir, infra baroniam de Drymmen, vic. Perth ; terras de Bordland de Strogarth (Strogaith) aliter *lie* Maynis, ter. de Auchinglen, Cultis Ovir et Nather, Drumquhair, *lie* Kirktoun de Strogaith, Alichmoir et Alichingrew, cum molendino de Strogaith, ejus terris &c., in baronia de Strogaith, senesc. de Stratherne, vic. Perth ; terras de Bordland cum pertinentiis vocat. Waird et Gaitsyid, terras de Custrie, Gargra (vel Dargra), Culdochis, in baronia de Kincardin, vic. de Perth :—INSUPER voluit quod unica sasina apud castrum et maneriem de Drymmen capienda pro omnibus staret :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine —TEST. Wil. Ker magistro de Roxburgh, Tho. M'Dowell, Walt. Ker, Rob. Andersoun notario, servitoribus dicti dom. Roxburgh :—carta scripta *ut in carta* 719 :—Apud Frerez, 28 Aug. 1613] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 237.

931. Apud Edinburgum, 30 Nov.

REX,—cum avisamento &c. (175.),—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit EDWARDO MAXWELL in Straquhan, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—20 solidatas terrarum antiqui extentus de Straquhan, in baronia de Halywode, parochia de Dunscoir, vic. de Drumfreis ;—que regi devenerunt ob forisfacturam Joannis olim dom. Maxwell pro certis proditorie criminibus ex quibus in parliamento convictus fuerat et ad mortem decollatus ; vel ob resignationem ad remanentiam fact. per Rob. vicecomitem de Rochester qui in eis infeodatus fuerat post dict. forisfacturam ; vel virtute acti annexationis :—REDDEND. 49 sol. ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 205.

932. Apud Edinburgh, 30 Nov.

REX,—cum consensu &c. (176.),—confirmavit cartam factam per Jo. archiepisc. Glasguen., cum consensu decani et capituli Glasguen.,—[qua ad feudifirmam dimisit ROBERTO DOMINO ROXBURGH (nativo tenenti infrascriptorum), heredibus ejus masc. et tallie in infeofamento terrarum et dominii de Roxburgh contentis, et eorum assignatis quibuscunque,—terras dominicales de Ancrum, cum manerie, fortalicio, molendinis, terris molendinariis &c., in regalitate de Glasgow, vic. de Roxburgh ;—necnon constituit dictum dom.—ballivum et justiciarium hereditarium terrarum et baroniarum de Ancrum, Lilescleiff et Askirk, tam proprietatis quam tenandrie, vic. de Roxburgh :—REDDEND. dicto archiepisc. pro terris &c. (antea in feodum dicti officii ballivatus concessis) 20 mercas, ac duplum feudifirme in introitu heredum ; pro officio ballivatus unum den. argenti nomine albe firme, cum fideli administratione in dicto officio :—cum precepto sasine Jo. Rutherfuird portionario de Nather Natoun : —TEST. Jacobo Tennand de Linhous, Ric. Broun de Culter-mainis, M. Jo. Broun in Calder, Jo. Thomsoune scriba dicti archiepisc. ;—carta scripta *ut in carta* 18 :—Apud Glasgow, 1 Nov. 1606] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 213.

933. Apud Edinburgh, 30 Nov.

REX,—cum consensu &c. (155. 175.),—concessit et de novo dedit GILBERTO GREIRSONE de Castelmadie, heredibus ejus et assignatis,—2 mercat. terrarum de Dalmannasyde, per eum possessas tanquam partem terrarum de Spottis, in parochia de Ur, senesc. de Kirkcudbricht ;—que regi devenerunt &c. (*ut in carta* 613) :—REDDEND. unum den. albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 326.

934. Apud Edinburgh, 30 Nov.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 787),—cum consensu &c. (155. 175.),—concessit et de novo dedit

JACOBO MAXWELL polentario burgensi de Drumfreis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—20 solidatas terrarum de Over Knockwalloche (per Jo. Doonnane occupat.), in parochia de Kirkpatrik-Durhame, senesc. Kirkcudbrycht;—que regi devenerunt ob forisfacturam quondam Joannis olim dom. Maxwell (Jun. 1609); vel ob resignationem ad remanentiam fact. per Rob. vicecomitem de Rochester, cui post dict. forisfacturam disposite erant, de data 22 Aug. 1611, in libris dominorum concilii registratam 10 Jun. 1612; vel virtute acti annexationis terrarum ecclesiasticarum :—REDDEND. regi 50 solidos, cum astrictis multuris ad molendinum de Kirkpatrik consuetis, feudifirme antique, et 20 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 327.

935. Apud Edinburgum, 30 Nov.
REX,—cum consensu &c. (155. 175.),—concessit et de novo dedit JOANNI HUTTOUN notario, heredibus ejus et assignatis, —2½ mercatas terrarum de Carlingwark, cum mora *lie mos* terrarum dominicalium *lie* Maynis (per eum occupatas), in parochia de Keltoun, baronia de Bruittill, senesc. Kirkcudbright;—que fuerunt pars regie proprietatis dominii de Galloway; et regi devenerunt &c. (*ut in carta* 613) :—REDDEND. 4 lib., cum astrictis multuris molendino de Keltoun consuetis, feudifirme antique, et 20 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum et successorum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 328.

936. Apud Edinburgh, 30 Nov.
REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 787),—cum consensu &c. (155. 175.),—concessit et de novo dedit THOME MAXWELL de Arremyng, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—40 solidat. terrarum de Arremine (per eum occupat.), in parochia de Kirkpatrik-Durhame, senesc. Kirkcudbrycht;—que regi devenerunt &c. (*ut in carta* 934) :—REDDEND. regi 5 libras, cum astrictis multuris ad molendinum de Kirkpatrik consuetis, feudifirme antique, et 2 sol. augmentationis; necnon duplicando dictam feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 330.

937. Apud Edinburgh, 30 Nov.
REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 787),—cum consensu &c. (155. 175.),—concessit et de novo dedit JOANNI MAXWELL in Cullignaw, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —mercatam terrarum de Collignaw (per eum occupat.), in parochia et baronia de Buttill, senesc. Kirkcudbrycht;—que regi devenerunt &c. (*ut in carta* 934, omisso acto annexationis) :—REDDEND. regi 32 sol., cum astrictis multuris ad molendinum de Buttill consuetis, feudifirme antique, et 20 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 331.

938. Apud Edinburgh, 30 Nov.
REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 787),—cum consensu &c. (155. 175.),—concessit et de novo dedit ANDREE STURGEOUN de Torrerie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —40 solidat. terrarum de Torbracoch, in parochia de Kirkpatrik-Durhame, senesc. Kirkcudbrycht;—que regi devenerunt &c. (*ut in carta* 934) :—REDDEND. *ut in carta* 936 :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 332.

939. Apud Edinburgum, 30 Nov.
REX,—cum consensu &c. (155. 175.),—concessit et de novo in feudifirmam dimisit ALEXANDRO MAXWELL de Logane, heredibus ejus et assignatis,—7 libratas terrarum de Balgreddin cum fortalicio et manerie, 4 librat. de Meikill Castellgour, 26 solidat. 8 den. de Auld Cokleyis alias Hakaleyes, motum *lie Mot* de Ur, piscariam salmonum aque de Ur (excepta piscaria aque contigue terris domini Lochinvar), molendinum de Butill cum ejus terris, et astrictis multuris ejusdem extendentibus ad nonum granum, 4 librat. terrarum de Munscheis, in baronia de Butill, senesc. de Kirkcudbrycht;—que regi devenerunt &c. (*ut in carta* 613);—necnon 10 mercat. terrarum de Logane et Braidleyis, in parochia de

Buttill, dominio de Galloway, senesc. de Kirkcudbrycht;—que regi in proprietate pertinuerunt tanquam pars dicti dominii;—et quas omnes regi incorporavit in liberam tenandriam de Logane, ordinando maneriem de L. principale fore messuagium:—REDDEND. pro Balgredden 16 lib. 16 sol., pro Castelgour 9 lib. 12 sol., pro Auld Cokleyis 3 lib. 6 sol., pro Mot de Ur 8 sol., pro dicta piscaria 32 sol., pro dicto molendino 12 lib., pro Munschies 9 lib. 12 sol., pro Logane et Braidleyis 16 libras, feudifirme antique, et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et successorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 333.

940. Apud Edinburgh, 30 Nov.

REX ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit ROBERTO MAXWELL de Arkland (nativo tenenti infrascriptorum), heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—40 solidat. terrarum de Arkland, 20 sol. de Nather Knockwalloche, mercatam de Tarneguroch, in parochia de Kirkpatrik-Durhame, senesc. de Kirkcudbrycht;—que regi devenerunt &c. (*ut in carta* 934):—REDDEND. pro Arkland 5 lib., pro Nather Knockwalloche 50 sol., pro Darneguroche 33 sol. 4 den., cum *lie thirl-multuris* ad molendinum de Kirkpatrik-in-the-Mure consuetis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 360.

941. Apud Edinburgum, 30 Nov.

REX,—cum consensu &c. (175.),—intelligens D. WILLELMUM GREIRSONE de Lag militem, tanquam cautionarium quondam Joannis olim domini Maxwell, certas pecuniarum summas Jacobo com. de Abircorne et D. Joanni Hammiltoun de Lettrik militi persolvisse, ac volens quod dictus Willelmus de eis sufficienter relevaretur,—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit dicto Willelmo, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque,—4 librat. terrarum de Penfillanes, 40 sol. de Wattersyde, 40 sol. de Bioquhen, mercatam de Penmurthie, 2 mercat. de Porterstoun, 2 mercat. de Penfillane nuncupat. *lie* Nether Keir, 53 sol. 4 den. de Parjarge et Barboyes, 20 sol. de Over Bardannoche, 40 sol. de Nether Bardannoche, 20 sol. de Cluitistoun, 20 sol. de Hilend, 20 sol. de Swyre, 4 librat. de Kirkbryde et Fardingjaimes, 4 librat. de Allantoun cum molendino, terris molendinariis &c., 20 sol. de Glenlache, cum molendinis et piscariis omnium suprascript. (exceptis tamen *lie* Keir-mylne cum ejus terris &c., 6 mercatis terrarum de Capenoche, 6 mercat. de Blaikwode, Rannaldstoun et Barscotland, Willelmo Maxwell de Kirkhous et Jacobo M. ejus fratri spectantibus), in baronia de Halywode, vic. Drumfreis;—que regi devenerunt &c. (*ut in carta* 931); et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Keir, ordinando quod unica sasina apud *lie Carne* de Allanetoun capienda pro omnibus staret:—REDDEND. pro unaquaque 20 solidata terre 49 sol., et pro molendino de Allantoun 8 bollas farine mensure de Neth (vel 4 libras pro unaquaque bolla); necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 363.

942. Apud Edinburgh, 30 Nov.

REX concessit JOANNI GORDOUN in Over Bar, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—2 mercat. terrarum de Over Bar (per eum occupatas), in baronia de Kirkpatrik, senesc. Kirkcudbrycht;—que regi devenerunt &c. (*ut in carta* 937):—REDDEND. 3 lib. 6 sol. 8 den. feudifirme; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum; ac veniendo cum granis suis ad molendinum de Kirkpatrik-in-*lie*-Mure molendis, et multuras debitas solvendo:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 366.

943. Apud Edinburgh, 30 Nov.

REX concessit ROGERO GORDOUN in Kirtylbryde, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—40 solidatas terrarum de Kirtilbryde, 20 sol. de Markgley, 40 sol. et 40 den. de Bardarroch, in baronia de Kirkpatrik-Duren, senesc. Kirkcudbrycht;—que regi devenerunt &c. (*ut in carta* 937):—REDDEND. 12 libras 14 sol. 4 den. feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 369.

944. Apud Edinburgh, 30 Nov.
REX concessit JOANNI GORDOUN de Troquhane in vitali redditu, ac ROGERO GORDOUN in Kirtilbryde ejus filio natu maximo et apparenti heredi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, in feodo,—40 solidatas terrarum de Auchinhay cum manerie, mercatam de Darngerroch, mercatam de Over et Nather Slougabayis, molendinum baronie de Kirkpatrik cum ejus terris ac *lie Milhill, lie damme* &c., cum astrictis multuris terrarum dicte baronie, et aliis multuris &c., in dicta baronia, senesc. Kirkcudbrycht;—que regi devenerunt &c. (*ut in carta* 937):—REDDEND. 17 libras 4 sol. feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 370.

945. Apud Edinburgum, 30 Nov.
REX,—cum consensu &c. (155. 175.),—quia Jo. Maxwell de Conhaith et Edw. Maxwell de Hillis tanquam fidejussores pro quondam Joanne olim dom. Maxwell pro solutione certarum pecunie summarum perturbati erant, et rex terras dicti domini pro relevamine dict. summarum in feudifirma locari ordinaverat; et quia ARCHIBALDUS MAXWELL de Cowhill certas summas pro relevio dict. fidejussorum solverat,—concessit et de novo dedit dicto Arch., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—6 mercat. terrarum de Beltersane, in parochia de Halywod, vic. Drumfreis; 40 solidat. de Fellend, in parochia de Spottis, senesc. Kirkcudbrycht; 40 sol. de Culschangane, in parochia de Kirpatrik-Durhame, senesc. Kirkcudbrycht; 20 sol. de Straquhen, in parochia de . . ., vic. Drumfreis;—que regi devenerunt &c. (*ut in carta* 613); et quas rex incorporavit in unam liberam tenandriam de Beltersane, ordinando maneriem de B. principale fore messuagium:—REDDEND. pro Beltersane 7 merc., cum functione officii ballivatus earundem tempore quo ballivi de Halywode essent, pro Culschinghaine 5 libras, cum astrictis multuris ad molendinum de Kirkpatrik consuetis, pro Straquhen 39 sol., feudifirme, et 12 den. augmentationis; ac duplum feudifirme in introitu heredum et successorum;—pro Fellend unum denarium nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 372.

946. Apud Edinburgh, 30 Nov.
REX confirmavit cartam Nicolai Rutherfuird de Hundelie,—[qua,—pro perimpletione contractus de data apud Hundelie, 7 Jul. (in libris concilii registrati 9 Oct.) 1606,—vendidit NICOLAO MAKDOWELL fratri germano Thome M. de Stodrig, heredibus ejus et assignat., irredimabiliter,—3 terras husbandias (per eum occupat.), in villa et territorio de Makcairstoun, baronia de Grwbett per annexationem, vic. Roxburgh; cum pratis, mora, marresia, mossa et communi pastura;—que fuerunt partes dicti Nic. R. 10 mercatarum terrarum de Makcairstoun, Mainnerhill et Charterhous:—REDDEND. dicto Nic. R. 3 libras 3 sol. 4 den. (feudifirme); necnon duplicando feudifirmam in introitu (heredum); et si tres anni currerent simul insoluti, hec carta nullius esset roboris; necnon observando reliqua in dicto contractu contenta:—cum precepto sasine directo Wil. Glaidstanes in Makcairstoun:—TEST. Jacobo Rutherfuird vicario de M'Cairstoun, Davide et And. Pringill in Kelso:—carta scripta per Wil. Robesone servitorem Joannis Ainslie scribe signeto regio:—Apud Hundelie, 13 Nov. 1606]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 365.

947. Apud Edinburgh, 30 Nov.
REX confirmavit [1] cartam quondam Joannis Diksoun de Lonheid,—[qua,—pro impletione contractus matrimonialis de data apud Ednem, 3 Apr. 1588,—concessit EUPHAMIE MAKDOWELL sponse sue future, filie Thome M. de Stodrig, in ejus pura virginitate, in vitali redditu,—2 terras husbandias, cum *lie* Wallacecruik, in territorio de Birgim, vic. Beruick:—TENEND. de rege:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—TEST. Roberto Dicksoun de Maynis, Rob. Dicksoun servitore Jo. Edmestoun de eodem, Alex. Dicksoun tutore de Newbigging, M. Tho. Aitkyn notario publico:—Apud Ednem, 4 Apr. 1588]:—[2] cartam factam per Jo. Diksoune de Belchester, cum consensu Issobelle Bruntfeild ejus sponse,—[qua,—pro perimpletione literarum obligatoriarum de data presentium, in

libris concilii registrari ordinatarum,—vendidit Euphamie Makdowell relicte Joannis Diksoun de Lonheid, in vitali redditu, et PATRICIO DIKSOUN filio natu maximo et heredi inter dictos Jo. et Euph. procreato, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, hereditarie et irredimabiliter,—2½ terras husbandias in Newtoun, in parochia de Ecclis, vic. de Beruick :—TENEND. de rege : —cum precepto sasine :—TEST. Wil. Smyth et Wil. Mosman in Birgem, Jo. Diksoun de Kennetsydheid, Tho. M'Duell filio naturali Thome M. de Steidrig, And. Craig et Jo. Broun notariis publicis :—carta scripta per Jo. Mudie servitorem Roberti Kirkwod scribe signeto regio :—6 Feb. 1611] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 368.

948. Apud Edinburgum, 30 Nov.

REX,—cum consensu &c. (177.),—confirmavit cartam Joannis Purves de Purveshauch,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis inter se ab una, et AGNETAM REIDPETH filiam legit. Thome R. de eodem, cum consensu Thome R. filii et heredis apparentis dicti Tho. senioris, ab altera partibus, de data presentium,—concessit dicte Agnete, sponse sue affidate, in vitali redditu,—4 carrucatas terrarum, continen. 16 terras husbandias, in villa et baronia de Ersiltoun, vic. Beruick :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine :—TEST. Rob. Cokburne in Stobiswod, Rob. Spottiswod servo dicti Thome senioris, Jac. Craw mercatore burgensi de Edinburgh :—carta scripta per Robertum Nicolsone servitorem Davidis Logane scribe :—Apud Edinburgum, 14 Jan. 1612] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 216.

949. Apud Edinburgum, 2 Dec.

REX,—cum consensu &c. (177.),—concessit ROBERTO KER in Fairnyngtoun, heredibus ejus et assignatis, quibuscunque,—partem terrarum rectorie de Roxburgh (per eum occupatam), cum omnibus terris ad hospitale de Fairnyngtoun pertinentibus, in villa et territorio de Fairnyngtoun, cum communi pastura et libertate lucrandi focalia, glebas et cespites infra communias dict. ville &c., vic. Roxburgh ;—quas D. Jo. Ker de Hirsell miles resignavit ; et quas rex dicto Roberto de novo ad feudifirmam locavit, cum mansione et manerie dictarum terrarum rectorie :—REDDEND. pro terris rectorie 26 sol. 8 den., et 2 sol. augmentationis ; pro terris hospitalis 13 sol. 4 den., et 3 sol. 4 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ad suprascripta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 367.

950. Apud Edinburgh, 2 Dec.

REX concessit JOANNI MYLLAR in Claypottis, heredibus ejus et assignatis,—terras de Invar, cum molendino fullonum, et decimis tam rectorie quam vicarie, vic. Perth ;—que fuerunt Jacobi Nasmyth de Invar ; et 21 Aug. 1613 (comparentibus dicto Jo. cum Willelmo Merser ejus prolocutore, et Willelmo Fyiff procuratore fisci commissariatus de Dunkeld qui produxit appreciationem sibi factam de molendino granorum de Invar cum ejus terris &c., et de dicti Jac. vitali redditu omnium supra et infra dictorum), dicte terre &c. (cum terris de Torvaild et foresta de Logy, cum piscatione in aqua de Tay cum cimba portatoria, *lie* Bethirdisland [vel Bethirdiscroftis], cum ripa *lie bank* et *bray* earundem, cum omnium decimis tam rectorie quam vicarie, et tenemento in civitate de Dunkeld vocato tenemento quondam Joannis Ros, in baronia de Dunkeld, vic. Perth, omnibus de Alexandro episcopo Dunkelden. et ejus successoribus tentis) appreciate fuerunt[1]

[1] Names of assize :—Hugh Moncreiff of Coittis, Pat. Inglis of Byris, Joh. Layng burgess of Perth, Hen. Greig of Hauch, Joh. G. his son heir (*hereditarius*) of the same, Wil. Many of Bruntymylne, Geo. Lamb in Culteranich, Joh. Scott at Boat of Capeth, And. Conquerour of Bonhard (chancellor), John Sutour in Logeyis, David Sutour in Newmylne, Joh. Haggart in Eister Capeth, And. Boyd in Dunkeld, Laurence Oliver in Eistir Haltoun, Pat. Quhyt burgess of Perth. The sum due is made up as follows :—[1] the said Wil. Fyiff had obtained, and had assigned to said John Myllar, decree of the commissary of Dunkeld against Alex. Tarlochsone (or Robertsoun) of Inchmagranoch, and the said Jas. Nasmyth, and against Issobella Sym relict of David Cors in Auchtergawin, for goods in their possession belonging to umquhile John Robertsoun *alias* Tarlachsone of Moinzeis and the said David Cors ; viz. against said Alex. and James for 13 draught oxen (*boves jugales*), £16

pro 3221 lib. dicto Jo. Myllar debitis, et pro 161 libris 12 den. pro feodo Thome M'Nab nuncii, vicecomitis in hac parte :—et voluit rex quod dictus Jacobus, heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dict. summas persolverent infra septennium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
P.R. i. 218.

951. Apud Edinburgum, 6 Dec.
REX,—cum consensu &c. (183.),—concessit et de novo dedit M. JOANNI ROLLOK advocato, in vitali redditu, et M. PETRO ROLLOK de Piltoun, heredibus ejus et assignatis, in feodo, irredimabiliter,—terras de South Crob, in baronia de Forsyith (Rossyith?) per annexationem, vic. Perth ;—quarum vitalem redditum M. Wil. Scott de Elie, feodum Wil. Scott filius legitimus Alexandri S. mercatoris burgensis de Edinburgh, resignaverunt :—REDDEND. jura et servitia ante dictam resignationem debita et consueta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 280.

952. Apud Edinburgum, 7 Dec.
REX concessit QUINTIGERNO M'CAULL mercatori burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Abircrombie, cum manerie, carbonibus, molendinis, terris molendinariis, tenentibus &c., vic. Fyiffe ; terras et baroniam de Murthlie, cum manerie, molendinis, terris molendinariis &c., vic. de Perth ;—que fuerunt Thome Abircrombie de eodem ; et 29 Oct. 1613 appreciate fuerunt pro 2482 librarum dicto Quint. debitis, et pro 124 lib. 2 sol. pro feodo Joannis Layng nuncii, vicecomitis in hac parte ; prout in processu appreciationis sub sigillo et subscriptione Willelmi Suane notarii publici clerici dicti processus contentum est :—REDDEND. devorias &c. debitas et consuetas :—et voluit rex quod dictus Tho., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dictas summas persolverent infra septennium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 254.

953. Apud Edinburgh, 8 Dec.
REX concessit et de novo dedit JOANNI NAPEIR de Marcheistoun, et ANNE CHEISHOLME ejus sponse,—terras de Torrie-Eister, cum tenentibus &c., in senesc. de Menteith, vic. de Perth ;—quas Colinus Campbell olim de Boghall et David Mushat de Calyechat, cum consensu Alexandri Balfour olim de Torrie, Georgii Balfour olim de M'Correstoun et Bartholomei B. ejus filii legitimi natu maximi et heredis apparentis, resignaverunt :—TENEND. dictis Jo. et Anne in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Jo. quibuscunque, in feudifirma :—REDDEND. 8 lib. 14 sol., cum parte martarum ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ; et habendo &c. (cum ceteris *ut in carta* 797) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 361.

---

apiece, 4 stirks (*juvenci*), £10 each, 30 great cows, £16 each, 6 *twa yeir auld* stirks, £8 each, 8 *ane yeir auld* stirks, £6 each, a working mare £30, a one-year-old horse £30, 29 sheep 40s. each, 9 lambs 20s. each, 60 bolls bear (£10 per boll), 60 bolls oats (£6, 13s. 4d. per boll), utensils, furniture and clothes valued at £66, 13s. 4d., and debts owing to said John Tarlochsone, viz. from John M'Intosche for rents of the mill of Kindrochett 9 bolls victual one half meal and one half malt (£6, 6s. 8d. per boll), and from the tenants of Moinzeis £24 for rents ; against said Issobella for a mare (£10), a cow (£10), 9 sheep (£12, 10s.), utensils, furniture and body ornaments worth 20 merks, 8 bolls of oats and bear (£6 per boll with the straw), and debts owing to said David, viz. from John Ruthven in Belstoun £5, from Gilb. Reoch in Hardhauch £8, from John Marschall there 10 merks, from Jas. Drummound in Newlie one boll of oats (price 8 merks), from Alexander Ruthwen in Ardonochie 4s. 4d., from Joh. Peterkin there 33s. 4d., from John Bennett younger 6s. 8d., from Wil. Broun one bushel oats (30s.), from Joh. Murdoch one bushel oats (30s.), from Donald Bell one bushel oats (30s.), from John Scheiphird in Petmurthlie £3 ; each of the defenders being also ordained to pay £6, 13s. 4d. liquidate expenses ;—[2] the said Jas. Nasmyth and Mr Walt. Stewart of Blakhillis as principals, and Sir James Stewart of Ballachin knight and Jas. Scrymgeour of Fardill as cautioners, were bound by obligation dated 13 July 1605 (recorded in the books of the lords of council 11 Nov. 1611) to pay to Barbara Blair relict of Alex. Lawrie merchant burgess of Perth 1000 merks, with £100 expenses ; which obligation was assigned by said Barbara to Pat. Stewart lawful son of umquhile Alex. S. of Pittarrok, and by him to said John Myllar.

954. Apud Edinburgh, 9 Dec.[1]
REX,—cum consensu &c. (184.),—ad feudifirmam dimisit M. JOANNI HAMMILTOUN filio legit. D. Thome H. de Preistfeild militis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Hoprig, molendinum earundem *lie* Deane-mylne cum ejus terris &c., terras de Eister et Wester Scheillis, Quhytlawclowes et Foulfurdleyis, husbandiam terre in Colbrandspeth vocatam Fostersait, in comitatu Marchie, vic. Beruick;—que fuerunt partes dicti comitatus, et in manibus Jac. III. regis devenerunt ob forisfacturam Alexandri ducis Albanie com. Marchie, Marrie et Garrioche, et ad coronam annexe fuerunt; et quas rex incorporavit in liberam tenandriam de Hoprig, ut unica sasina apud maneriem de H. capienda pro omnibus staret:—REDDEND. 9 lib., et 20 sol. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 354.

955. Apud Edinburgh, 9 Dec.
REX,—cum avisamento &c. (184.),—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit M. ROBERTO BRUCE de Kynnaird ministro Evangelii, et MARGARETE DOWGLAS ejus sponse,—8 bovatas terrarum de *lie* Grange de Bothkenner, in dominio de Stirlingschyre;—quas Tho. Livingstoun de Pantone nativus tenens earundem resignavit:—TENEND. dictis Rob. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Rob. quibuscunque:—REDDEND. 13 lib. 17 sol. 4 den., 1 celdram ordei, 16 capones, et 2 sol. 8 den. augmentationis, cum arreagiis et carreagiis consuetis, et ceteris in antiquis rentalibus specificatis; necnon duplum feudifirme in introitu heredum; et abbati et conventui de Cambuskenneth 8 bollas frumenti; necnon faciendo politiam in edificatione domorum, constructione hortorum et plantatione arborum solo correspondentem:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 356.

956. Apud Roistoun, 9 Dec.
REX nominavit Jo. archiepisc. Glasguen., Jac. episc. Orcaden., Wil. episc. Gallovidie, And. episc. Argathelie, Jacobum com. Abercornie, Hugonem dom. Loudoun, D. Wil. Livingstoun de Kilsyith militem, M. Wil. Scott de Elie dominorum sessionis clericum, M. Wil. Hay commissarium Glasguen., M. Jo. Bell, M. Rob. Scott, ministros Glasguen., M. Wil. Birnie Aerensem personam, et M. Arch. Glen personam de Carmonak, eorumque quoslibet septem (modo dictus archiepisc. semper esset unus),—ut UNIVERSITATEM GLASGUENSEM visitarent, ejus fundationem investigarent eandemque cum presente ejus statu conferrent, et ubi abusus et defectus invenissent irrepsisse iisdem presens remedium adhiberent, principalis et regentium dicte academie literature exactam . . caperent, et quomodo (ob ingravescentem dicti principalis etatem aliosque permultos ejus defectus) ibi litere florerent, quomodo annui redditus gubernarentur, et si privatis eorum quorum fidei commissi sunt an vero publicis academie usibus accommodati essent, si regentium admissio largitionibus procurata esset, si pauperes an vero alii qui suis sumptibus ali possent in bursarios eligerentur, si assedationes alieque securitates eorum vassallis pro pecuniarum summis publico academie usui minime accommodatis subscriberentur aut si que assedationes indebite (seclusis naturalibus et veteribus possessoribus) tendentes ad violationem pacis regie et excitationem novarum seditionum inter compatriotas contra ecclesie, patrie et publicorum conventuum consuetudinem locate essent, et precipue ut querelas per D. Geo. Elphingstoun de Blythswod militem, servitorem regis, et Jac. Forret de Borrowfeild delatas considerarent, et si vere invente essent ut promptum adhiberent remedium et in exemplum aliorum eos qui talia commiserant puniri facerent, denique ut investigarent si boni et laudabiles ordines per regem regisque commissionarios statuti observarentur necne, et ut studentibus, licentiatis, regentibus, doctoribus

[1] Dated A.D. 1603. Placed here according to the regnal year, which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxxi. fol. 297.

dicteque academie gubernatoribus habitus decentes et vestimentorum formas constituerent &c. :—hac commissione durante regis beneplacito et donec inhiberetur duratura. P.R. i. 213.

957. Apud Edinburgh, 10 Dec.

REX concessit et de novo dedit PATRICIO HUNTAR de Hiltarvett, et MARGARETE MELVILL ejus sponse,—terras de Over Carnbie cum parte crofte *lie* Cottouncroft, cum carbonibus, pasturagiis, potestate effodiendi *lie fewall, faill,* et *dowatt* infra moram vocat. Kingsmure, vic. de Fyiff;—(quas idem Pat. resignavit)[1] ;—necnon terras de Lochtie, cum *lie Baksyde-landis* de Carnbie (olim per And. Mylne occupat.), omnes contigue jacen. super boreale latus communis vie per dict. moram transeuntis, in baronia de Carnebie, vic. Fyiff;—quas D. Jo. Melvill de Carnebie militis cum consensu Domine Elie alias Helene Ros sponse sue resignavit :—Tenend, dictis Pat. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Pat. quibuscunque : —Test. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 364.

958. Apud Roystoun, 13 Dec.

REX dedit literas remissionis ROBERTO GORDOUN de Lochinvar militi, pro ejus vita duraturas,—pro proditionibus et transgressionibus per eum commissis, viz. pro incendio domus de Graitnahill quondam Ricardo Irwing de Graitnahill spectantis, et cede dicti Ric., A.D. 1605 aut eocirca ; pro incendio domorum de Wamfray, Lokurbie, Reidhall, Langriggis, A.D. 1601 aut eocirca ; pro interfectione . . Neilsoun, A.D. 1594 ; pro cede Jacobi Gordoun servitoris dicti Rob., A.D. 1608 aut eocirca ; pro apprehensione Georgii Flemyng nuncii regis in ejus officii executione, et propterea quod literas regias contra dictum Rob. directas dictum Geo. comedere coegit, A.D. 1594 aut eocirca ; pro apprehensione Joannis M'Alexander . . . , Patricii et Roberti Moffettis, quond. . . . Maxwell de Tynwald, Jacobi Gall ejus servitoris, et . . . Glencors, eorumque sine commissione regis incarceratione, A.D. 1596–97–98–99 aut eocirca ; pro adulterio cum Joneta M'Adame filia . . . M'Adam ; pro ablatione et receptione quorundam bonorum de terris de Kirkwod ; et pro ceteris delictis ante diem date commissis,—proditione in regis personam, arte magica et moneta adulterina exceptis. P.R. i. 200.

959. Apud Edinburgh, 14 Dec.[2]

REX,—cum consensu &c. (177.),—concessit et quitteclamavit DONALDO M'GEACHEN V'DONELL M'CLEANE, filio et heredi apparenti Hectoris M'Donell M'Cleane de Kingarloch, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—6 denariat. terrarum de Blaach, 2 den. de Kilmalew, 1 denariat. de Drummella, 1 den. de Inchegarren, 1 den. de Grenane, obulatam de Strone, 1 den. de Kilboyden, 1 den. de Skeanloch alias Kingarloch, 1 magnam den. de Conych, 1 den. de Nyndrask, 1 den. de Torbrek, 1 den. de Keankilyie, 1 den. de Loghouskemore, 1 den. de Loghouskebeg, 1 den. de Sallochan-corry, 1 magnam den. de Corry, aliam magnam den. de C., 1 den. de Ardnacarnane, 1 den. de Caygane, obulatam de Reisnagawane, 1 magnam den. de Aryhaury, 1 den. de Toer, 1 magnam den. de Arimeane, 1 den. de Beahald, 1 den. de Cronaik, 2½ den. de Auldconnych, 4 den. de Ycory, 1 den. de Direnamart, obulatam de Carna, cum manerie, in dominio de Morvane, vic. de Invernes ;—que fuerunt dicti Hectoris et ejus predecessorum ultra hominum memoriam ; et regi devenerunt ob non comparitionem dicti Hectoris, Donaldi M'Allane Viceane M'Ronnald alias ducis *lie captane* de Clanrannald, Allani M'Ean Dowie M'Cleane de Aird, Angusii M'Cleane rectoris de Morvarne, Lauchlani M'Allane M'Clane de Ardgowrie, Hectoris M'Ewin M'Cleane de Blaach, Eachane M'Lauchlane de Glencallander, aut eorum alicujus, coram scaccarii dominis et non exhibitionem titulorum secundum actum parliamenti tenti 19 Dec. 1597 :—Reddend. regi et

[1] The words in brackets, omitted in the Great Seal Register, are supplied from *Regist. Secreti Sigilli,* lib. lxxxi. fol. 314 verso.

[2] Dated A.D. 1614. Placed here according to the regnal year, which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli,* lib. lxxxi. fol. 301.

regis successoribus Insularum dominis servitium unius navis 22 remorum quoties regi videretur expediens, secundum usum dominii Insularum :— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 236.

960. Apud Edinburgh, 14 Dec.

REX,—cum consensu &c. (177.),—confirmavit cartam quondam Henrici Levingstoun de Greinyardis,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis inter Jo. Levingstoun de Donnipeace, Tho. Levingstoun de Ballentone, dictum Hen. et M. Wil. L. filium suum et heredem apparentem ab una, Wil. Sinclair de Galvaldmore, M. Jac. Cheisholme archidiaconum Dumblane et Edmundum Sinclair de Flotta, ab altera partibus, de data apud Drummondishall, 6 Maii 1595, quo dictus Hen. obligatus est dictum M. Wil. infeodare in integris terris suis infra vic. de Striviling et Lynlithgow,—concessit dicto M. WILLELMO LEVINGSTOUN, heredibus ejus et assignatis,—peciam terre in villa et territorio de Grugfute, extendentem ad sextam partem dicte ville (per Jo. Reid occupat.), vic. de Lynlithgow:—REDDEND. regi ⅙ paris calcarium alborum ferri nomine albe firme : —cum precepto sasine Davidi Levingstoun filio dicti Hen. :—TEST. Wil. Ronald in Popiltries, Thoma Hendrie in Blakhill, Jac. Scot, Jac. Ronald, servitoribus dicti Hen., Pat. Kinrose burgen. de Striviling, Hen. Mayne in Kers-mylne :—carta scripta per dictum M. Wil. Levingstoun :—Apud Greinyardis, 8 Nov. 1599] :—INSUPER dict. terras dicto M. Willelmo Levingstoun de novo dedit :—REDDEND. *ut sup.* :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 357.

961. Apud Regiam Albe Aule in Anglia, 15 Dec.

REX,—cum consensu &c. (138. 185.),—ratificavit [1] cartam venditionis per Arch. Strauchan in villa de Leyth, heredem quondam Jonete Wat ejus avie, factam quond. Jacobo Storie in Belhevin, heredibus ejus et assignatis,—de 3½ acris (que fuerunt dimidium 7 acrarum infrascript.) in *lie soilzie* de Belhevin, constabularia de Hadingtoun, vic. de Edinburgh;—TENEND. de rege ;—de data 29 Jun. 1584 :—[2] cartam venditionis per Jo. Storie, filium et heredem dicti Jac., factam M. WILLELMO KELLIE scribe signeto regio, heredibus ejus et assignatis, irredimabiliter,—de 7 acris terrarum arabilium cum pasturagiis, ad quondam Margaretam Wat proaviam dicti Jo. et Jonetam Wat ejus sororem equales earum portionarias spectantibus, in territorio burgi de Dumbar infra *lie* Cruikis de Belhavin, in dictis constab. et vic. ;— —TENEND. de rege in alba firma ;—de data 5 Aug. 1613 :—INSUPER dict. acras dicto Wil. de novo dedit :—TENEND. cum communi pastura in communitate de Dumbar : —REDDEND. 18 den. argenti nomine albe firme :—INSUPER rex dict. acras annexuit ad burgales terras de Dumbar, de se tentas in libero burgagio ; et voluit quod sasina per unum ballivorum et communem clericum de Dunbar deliberanda pro dict. acris sufficiens esset :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 279.

962. Apud Quhythall, 15 Dec.

REX dedit literas remissionis JOANNI SPOTTISWOD de eodem, pro ejus vita duraturas,—pro interfectione Mathei Synclair fratris Roberti S. de Langfermacus, per eum in ipsius defensionem subito commissa mense Nov. 1606. P.R. i. 219.

963. Apud Edinburgum, 16 Dec.

REX,—cum consensu &c. (138. 186.),—concessit et quitteclamavit Domine ANNE HOME, seniori duarum legit. filiarum et heredum quondam Georgii com. de Dumbar, et D. JACOBO HOME de Quhytrig militi ejus sponso in conjuncta infeodatione, et heredibus dicte Anne, irredimabiliter,—dimidietatem comitatus, dominii et baronie de Dumbar (viz. dimid. terrarum et baronie de Greinlaw-Reidpeth [comprehendentis terras et baroniam de Greinlaw, cum turre, manerie, communi mora, molendinis &c., advocatione rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Greinlaw, terras de Brumhill et Blassinbraid, Greinlawdene cum manerie, molendino, terris molendinariis &c., Polkhauch et Blassinbraid alias Blassinberrie, *lie* Tennandrie, Eistfeild, Quhytsyde, Markisworth et Claydub, terras ecclesiasticas de Greinlaw, burgum et villam de

Greinlaw cum privilegiis &c., terras de Horsley et Greinwod et Deringtoun cum earum decimis inclusis], vic. de Beruick; dimid. tenandrie de Crumstane [continentis terras et fundum super quo vetus castrum de Dumbar situm fuerat, cum precinctu, propugnaculis, *lie forthis*, Castelfeild, domibus, hortis et peciis terre ad dict. castrum pertinere solitis, terras et bondas magni lacus de Dumbar, terras de Brumpark cum pratis et equorum pascuis, cum viridariis et cuniculariis de Eist Barnis, cum pertinentiis quibuscunque ad dominium et baroniam de Dumbar ab antiquo pertinentibus, in constab. de Hadington, vic. Edinburgh; terras de Rewls-maynes, Sampsoneswallis, Crumstane cum molendino, terras et acras infra et prope villam de Duns cum cottagiis, villam et terras de Newtoun-Quhitsum cum tenentibus et tenandriis, 2 terras husbandias in Hiltoun, terras vocatas Prestounwairis, cum tenentibus et tenandriis, vic. Beruick; cum advocatione decanatus de Dumbar includentis rectoriam et vicariam parochie de Quhittinghame, archipresbyteratus seu vicarie de Dumbar includentis terras ecclesiasticas et decimas consuet. totius antique parochie de Dumbar, prebende de Duns includentis rectoriam et vicariam et universas terras ecclesiasticas parochie de Duns, prebende de Chirnesyde includentis rectoriam et vicariam parochie de C., prebendariarum, canonicatuum sive rectoriarum de Dumbar, Pinkartoun, Spott, Beltoun et Pitcokis, capellaniarum *lie saul-preistis* et ceterarum capellaniarum ab antiquo infra ecclesiam collegiatam de Dumbar fundat. vel eidem annexat., cum jure patronatus prebende parochie de Lintoun includentis rectoriam et vicariam ejusdem olim ad dictam ecclesiam colleg. annexat., cum communiis dependentibus super annuis fructibus dict. ecclesiarum]; dimid. terrarum de Lochend cum manerie et pratis, dimid. terrarum et ville de Meikill et Litill Pincartounes, Quhytrig et Burt, cum tenentibus, tenandriis, molendinis, in parochia de Dumbar, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh; dimid. terrarum, ville et baronie de Foulden, cum fortalicio, manerie, molendinis, terris molendinariis, tenentibus &c., cum jure patronatus rectorie et vicarie parochie de Foulden; dimid. ville et baronie de Ethingtoun, cum fortalicio, *lie* Maynis, molendinis, terris molendinariis &c. [comprehendentis etiam terras de Clarebald, Reidheuch, terram husbandiam in villa et territorio de Huttoun, terram husbandiam in villa et terris dominicalibus de Duns, cum tenentibus &c., et molendinis], vic. de Beruick; dimid. terrarum et *lie* Maynis de Fastcastell seu Wester Lummisden appellat. Dowlaw, Duddoholme alias Cauldsyde, Auldtoun, Newtoun, cum molendino, terris molendinariis, piscationibus, ac decimis inclusis, cum castello et manerie de Fascastell, dimid. terrarum de Flemyngtoun vocat. Nather Aytoun, Billieland, Reidhall, Natherbyre, Brownisland et Gwnisgreine, cum molendinis granorum et fullonum, terris molendinariis, multuris, tenentibus et tenandriis, cum decimis inclusis, dimid. terrarum de Fairnyside cum decimis inclusis, dimid. terrarum de Lammertoun cum molendinis, cum decimis inclusis, vic. Beruick);—quam Domina Eliz. Home junior filia dicti comitis, cum consensu Theophili dom. Howart de Waldin mariti sui et Thome com. de Suffolk ejus patris, virtute litere dispositionis de data apud Quhythall, 30 Nov. et 8 Dec. 1612 (in libris dominorum concilii et sessionis registrate 13 Mar. 1613), resignavit;—necnon dict. terras de Pinkartounes, Burt et Quhytrig, cum feudifirmis, tenentibus &c., in dominio de Dumbar, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—quas Arch. com. Argadie dom. Campbell &c., virtute contractus de data 1 Jul. 1609 (registrati in libris concilii), resignavit;—necnon dictas terras de Fascastell &c. (*ut sup.*, usque ad maneriem de F.), in baronia de Coldinghame, vic. de Beruick;—quas Arch. Dowglas de Toftis, cui per regem disposite erant post forisfacturam quond. Roberti Logane olim de Restalrig, resignavit:—SOLVEND. devorias proportionaliter debitas pro dimid. dict. terrarum in magna carta dicti comitatus contentas; ac pro Pincartounis, Burt et Quhytrig 51 lib., ac duplum feudifirme in introitu heredum, pro Fascastell &c. 33 lib., ac duplum &c. (*ut supra*), nomine feudifirme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 287.

964. Apud Edinburgum, 17 Dec.

REX,—cum consensu &c. (175.),—confirmavit cartam quondam Willelmi Livingstoun de Kilsyith militis liberetenementarii, et Willelmi L. de Darnechester militis ejus filii et heredis apparentis feodatarii infrascriptorum,—[qua,—pro perimpletione contractus de data presentium, in libris concilii registrandi,—ad feudifirmam dimiserunt (quond.) ALEXANDRO HOME de Gartscharie-mainis, et JONETE HAMMILTOUN ejus conjugi,—tertiam partem terrarum de Graden, cum fortalicio dudum desuper edificato, manerie loco, piscatione super aqua de Tueid, terras de Darnchester, in comitatu de Marche, baronia de Kilsyith per annexationem, vic. Beruick ;—et hoc in excambium pro *lie* Mainis de Garscharie, cum mansione et manerie loco, terris de Blaiklandis, Crumlat cum pendiculo *lie* Palys, cum communia in Ryddane consueta, terris de Carlingcroft et Auchingray, in dominio de Newbottill, vic. de Beruick (Lanerk) ; ac pro decimis dict. terrarum ; necnon pro 1750 lib. persolutis :—TENEND. dictis Alex. et Jon. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Alexandri et assignatis quibuscunque, irredimabiliter, de dicto Wil. juniore :—REDDEND. 45 libras ; necnon 20 lib. in introitu heredum ; et dicti Alex. &c., cum tenentibus suis incolis dict. terrarum, cum dicto Wil. adessent et sub ejus vexillo militarent, quoties dictus Wil. infra vic. de Beruick versaretur :—cum precepto sasine directo And. Symintoun :—TEST. Nicolao Cornwall de Ballinhard, Wil. Creichtoun de Drumcors-maynis, Wil. Huntar servitore dicti Wil. L., Wil. Fisch in Edinburgh, And. Ker notario publico :—carta scripta *ut in carta* 324 :—Apud Linlythgow, 27 Sept. 1595] :—PRETEREA suprascripta M. WILLELMO HOME de Darnchester filio et heredi dicti Alex., heredibus ejus et assignatis, de novo quitteclamavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 288.

965. Apud Edinburgum, 21 Dec.

REX,—intelligens magnos sumptus per magistratus, burgenses et incolas burgi et CIVITATIS DE GLASGOW multipliciter dependsos in nova refectione ecclesie metropolitane de Glasgow et in quotidiana sustentatione pontis ejusdem super fluvium de Clyde,—pro servitio sibi et suis progenitoribus prestito, ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit preposito, ballivis, consulibus et communitati dicti burgi, et eorum successoribus,—tenementa tam edificata quam vasta, hortos, horrea et horreorum hortos jacen. extra Rattounraw-port dicti burgi, 8 acras terrarum aut eocirca in *lie* Deanesyde, 3 ac. in *lie* Crubbis, 30 ac. aut eocirca in *lie* Provansyde, 3 ac. a tergo dict. horreorum ex boreali parte vie regie dicti burgi, vic. de Lanerk ;—que olim ad subdiaconatum Glasguensem pertinuerunt :—cum potestate dictis preposito &c. dict. terras in feudifirma disponendi :—PRETEREA rex omnia suprascripta incorporavit in unam tenandriam de Rattounraw, ut unica sasina apud crucem foralem dicti burgi capienda pro omnibus staret :—REDDEND. regi 36 sol. 8 den. feudifirme antique, et 3 sol. 4 den. augmentationis ; et academie dicti burgi et *lie craftishospitall* devoria debita et consueta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 358.

966. Apud Edinburgh, 21 Dec.

REX,—cum consensu &c. (187.),—concessit et de novo dedit D. JOANNI MURRAY de Eddilstoun militi, in vitali redditu, et D. ARCHIBALDO MURRAY de Dernhall militi ejus filio legit. secundogenito, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Arch., cognomen et insignia de Murray gerentibus, et assignatis quibuscunque, in feodo,—4 terras husbandias in Ballincreiff (per Adamum Nisbett occupat.), terram husbandiam ibidem (olim per quondam Jac. Newtoun occupatam), ¾ terre husb. ibid. (ab antiquo per quond. Eliz. Synclair occupatas), cum columbario, hortis et domibus ante hortum, cum acra *lie* Dowcat-aiker retro hortum, 28 acras cottagias ville de Ballincreiff, cum molendino de B., *lie thirl-multuris* et *suckin* totius dominii, ville, terrarum et *lie* Mayinis de Ballincreiff, Gosfuird et Spittell, cum castellis, maneriebus, tenentibus &c., cum officio ballivatus ejusdem, terram husbandiam duarum ter. husb. Rowingstoun-

landis nuncupat., et 2 mercat. 4 sol. 6 den. terrarum alterius dictarum ter. husb., in territorio et dominio de Ballincreiff, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—quarum vitalem redditum idem Jo., feodum idem Arch., resignaverunt;—necnon terras de Ballincreiff vocat. 10 libratas terrarum;—quas M. Rob. Johnstoun de Leuchie, cum consensu Susanne Hammiltoun conjugis sue, et dicti D. Jo., resignavit;—necnon terram husbandiam de 2 terris husb. Myretoun nuncupatis (per Jacobum Tailyeour in Drem filium legit. natu maximum Alexandri T. in Mungoiswallis occupatam);—quam dictus Jac. cum consensu Margarete Home conjugis sue et dicti Jo. resignavit;—necnon 4 terras husbandias et brasinas in Ballincreiff (per Alex. Richardsoun fratrem germanum D. Jacobi R. de Smetoun militis occupatas), peciam terre de Ballincreiff vocatam *lie* Halfmerkland (per dictum D. Jo. occupat.), in dictis territorio, constab. et vic.;—quas dictus Alex. cum consensu Margarete Ker conjugis sue et dicti D. Jo. resignavit:—INSUPER rex concessit et de novo dedit dicto Arch., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras templarias vocat. Franshill, Eistloche vocat. *lie* Brewlandis, terram templariam vocat. Fuillisland, et *lie* Tempilhill (per Laurentium Smaill occupatas), cum moris, marresiis, pratis, focalibus, communia et communi pastura, in parochia de Eddilstoun, vic. de Peblis;—quas M. Robertus Williamsoun de Muriestoun scriba resignavit:—INSUPER rex omnia suprascripta (exceptis terris templariis) incorporavit in liberam baroniam de Ballincreiff, ordinando maneriem et fortalicium de B. principale fore messuagium:—REDDEND. pro terris &c. per dictos D. Jo. et Arch. resignatis *ut in carta* 1961 *tomi precedentis*;—pro 10 libratis terrarum 12 lib. 6 sol. 8 den. feudifirme; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum; et sustenando mansionem cum politiis solo corresponden.;—pro Myretoun jura et servitia debita et consueta;—pro 4 terris husb. &c. *ut in carta* 885;—necnon observando &c. (*ut in carta* 4);—pro terris templariis unum den. albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 362.

967. Apud Edinburgh, 23 Dec.[1]
REX,—cum consensu &c. (177.),—concessit et de novo dedit PETRO MAKDOWELL de Machirmoir, heredibus ejus et assignatis,—dimidietatem mercate terre de Lessens, 8 solidatarum 4 den. de Kirreuchtrie, 6 solidatarum 8 den. de Corsmannoch, 5 solidatarum de Craigdewis, 6 solidatarum 8 den. de Blakcraig, necnon piscarie salmonum de Kirreuchtrie in aqua de Crie, extenden. in toto ad 20 solidat. antiqui extentus, in parochia de Monygoff, senesc. de Kirkcudbrycht ;—quas D. Rob. M'Clellane de Bombie miles resignavit ;— necnon 5 solidat. terrarum de Dirkitrig, 8 sol. de Dalasch-Cairnis, in dictis parochia et senesc. ;—quas idem Petrus resignavit :— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 419.

1150. Apud Edinburgum, 22 Dec.

REX,—cum consensu &c. (194.),—confirmavit preceptum clare constat factum per Alex. episcopum Dunkelden. cum consensu decani et capituli,—[qua precepit sasinam dandam M. PATRICIO LYNDSAY advocato, tanquam heredi retornato quondam Davidis L. de Kirktoun de Feirne ejus avunculi (qui obiit ad pacem Marie regine), —de terris de Kirktoun de Feirne, in

baronia de Dunkeld, vic. Forfar;—et dict. terras dicto Pat., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, de novo ad feudifirmam dimisit:—REDDEND. dicto episc. 18 merc., cum 2 duodenis pultrearum; ac 3 sectas ad 3 placita capitalia dicti episcopi; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. And. Stevinsone de Ribnay, M. Davide Lyndsay ministro de Dundie, Hen. Baxter ludimagistro in Kilspindie, M. Jo. Dinmure notario in Dundie (scriptore carte), Davide Lyndsay filio Patricii L. de Arnbathie:—Apud Kilspindie, 13 Maii 1614]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 399.

1151. Apud Edinburgh, 27 Dec.
REX dedit literas legitimationis JACOBO et PATRICIO CAMPBELLIS bastardis, filiis naturalibus D. Duncani Campbell de Glenurquhy militis. P.R. i. 260.

1152. Apud Edinburgh, 29 Dec.
REX confirmavit cartam Colini Campbell de Lundie,—[qua,—pro perimpletione litere obligatorie per se facte Roberto Gray de Cransley, de data apud Edinburgh, 4 Jul. 1612, et cum consensu dicti Rob.,—vendidit M. JACOBO STRATAUCHIN scribe burgensi de Edinburgh (assignato dicti Rob.), heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—binam partem terrarum de Mylnehill, molendini ejusdem, terrarum molendinariarum &c., terras de Langforgound vocat. *the Byirflatt*, in baronia de Langforgound, vic. Perth:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine:—TEST. M. Tho. Low servitore dicti Colini, Wil. Mosman notario, Tho. Bigholme servitore Joannis Ros scribe (scriptore carte), M. And. Young ministro Verbi Dei apud Dumblane, Wil. et Jo. Blaikwodis civibus in Dumblane, M. Jac. Newin commissario et clerico communi civitatis de Dumblane, Jo. Schaw fratre germano quondam Georgii S. de Knokhill:—Apud Edinburgum et Dumblane, 21 et 26 Dec. 1614]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 395.

1153. Apud Quhytehall, 29 Dec.
REX,—cum consensu &c. (191. 185.),—confirmavit cartam Joannis Arnott de Wodmylne,—[qua,—cum consensu Eliz. Aytoun conjugis sue et Joannis A. filii sui et heredis apparentis,—pro impletione cujusdam contractus, vendidit D. JOANNI ARNOTE de Berswick militi, preposito burgi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras de Wodmylne cum pertinentiis subscriptis, viz. maneriem et terras dominicales de W., molendinum earundem cum ejus acris, terras de Eistwod, Westwod et Wedderisbiebank, et *lie sonny-half* de terris vocatis Friland, cum silvis earundem, et lacubus nuncupat. Blakloch et Braidloch alias lacu de Lundoris, cum piscariis earundem, et anguillarum arcis in torrentibus ab iisdem lacubus descenden., in dominio et vic. de Fyiff:—REDDEND. regi 30 lib. 13 sol. 4 den. feudifirme; necnon duplum feudifirme in introitu heredum, cum maritagiis cum contingerent; et observando cetera in primo infeofamento contenta:—cum precepto sasine:—TEST. Rob. Arnote de Fairny, M. Rob. Aytoun filio legit. M. Roberti A. de Craigfudie, And. Arnote fratre germano dicti Jo. A. senioris de W., Jo. Calvie burgen. de Newbrugh:—carta scripta per Jo. Richie servitorem dicti D. Jo.:—Apud Wodmylne, 15 Dec. 1614]:—PRETEREA suprascripta dicto D. Jo. de novo ad feudifirmam dimisit:—REDDEND. *ut supra* (taxando maritagium ad 100 lib.); et pro dicta dimid. de Friland ½ pondus piperis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 413.

ANNO DOMINI 1615. ANNO REGNI 48 ET 12.

1154. Apud Edinburgum, 5 Jan.
REX confirmavit cartam Petri episc. Abirdonensis,—[qua, cum consensu decani et capituli Abirdonen., concessit et de novo ad feudifirmam dimisit PATRICIO LEYTH filio primogenito et heredi apparenti Joannis L. de Montgarie, et CRISTINE NICOLSOUN ejus future conjugi, filie legitime natu maxime M. Thome N. commissarii Aberdonen.,—villam et terras de Montgarie,

molendinum de M. cum ejus terris &c., cum brasina ville de M., brasina vocata Mylnehill, Croftum-Cravie, Dirahous, cum ceteris croftis &c. (excepto pendiculo vocato Quhythauch), villam et terras de Foulslie, cum pendiculo vocato Lethindae, in baronia sua de Tullienessill, vic. Abirdene;—necnon dicto Pat.—dictum Quhythauch, terras de Colquhornie et Tirriemyllane, cum crofta vocata Squyeriscroft, in dictis baronia et vic.;—quas omnes dictus Jo., pro perimpletione contractus matrimonialis inter dictos Pat. et Cris., personaliter resignavit: —RESERVANDO dicto Jo. liberum tenementum de Colquhornie et seqq., necnon de Quhythauch, Croftcravie et Dirahous; et Jeanne Mortimer ejus sponse vitalem redditum de Colquhornie; et excipiendo Croftcravie et Dirahous a conjuncta infeodatione dicte Cris.:—TENEND. Montgarie &c. dictis Pat. et Cris. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Pat. de corpore legit. procreandis, quibus def., Alexandro L. fratri dicti Pat. inter dictos Jo. et Jean. procreato, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus def., heredibus masc. dicti Jo. nomen et arma de Leyth gerentibus, et dict. personarum assignatis quibuscunque; Quhythauch &c. dicto Patricio et heredibus &c. suprascriptis:—REDDEND. dicto episcopo pro Montgarie 13 lib. 6 sol. 8 den., 1 martam, 4 muttones, 4 bollas brasii cum bato cuilibet bolle, 4 bollas avenarum, 4 gallinas domesticas, 24 gallinas murales, 12 aucas domesticas, 6 sol. 8 den. pro bondagio, 53 sol. 4 den. loco gressume; pro molendino 40 sol., 1 porcum pastum, 24 capones pastos, 24 gallinas domesticas, 6 gallinas murales, 8 sol. loco gressume; pro brasina de Montgarie cum Crofto-Cravie ac *lie* Dirahous 36 sol. 8 den., 7 sol. 4 den. loco gressume, 12 capones, 12 pultrias, 6 gallinas murales; pro Mylnehill 10 sol., 24 gallinas domesticas, 2 sol. loco gressume; pro arreagiis, carreagiis et aliis servitiis 6 sol. 8 den., et 13 sol. 4 den. augmentationis, in toto 22 lib. 12 sol. 8 den. pecunie; pro Foulslie 10 lib. 13 sol. 4 den., 42 sol. 8 den. loco gressume, 1 martam, 4 muttones, 24 capones, 24 pultrias, 24 *lie murefoulis*, 4 bol. farine, 4 bol. avenarum cum pabulo, 6 sol. 8 den. pro bondagio, 6 sol. 8 den. pro servitiis debit. et consuet., et 6 sol. 8 den. augmentationis; pro Culquhornie 8 lib., 1 martam, 3 muttones, 3 bol. avenarum cum pabulo, 12 gallinas domesticas, 18 gallinas murales, 6 aucas domesticas, 5 sol. pro bondagio, 32 sol. loco gressume, 3 sol. 4 den. pro servitiis debit. et consuet., et 10 sol. 4 den. augmentationis; pro Tirriemyllane 4 lib. 16 sol., ½ martam, 2 muttones, 12 gallinas domesticas, 12 gallinas murales, 2 bollas avenarum cum pabulo, 3 sol. 4 den. pro bondagio, 5 sol. pro servitiis consuet., et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando dict. summam pecunie in introitu heredum vel assignatorum; et faciendo 3 sectas ad 3 placita capitalia infra palatium de Abirdene vel alibi; et tenentes in exercitibus regiis ballivo dicti episc. principali armati servirent; et prestando juramentum fidelitatis in quolibet introitu; et si defecissent &c. (*ut in carta* 686):—INSUPER dictus episc. voluit quod liceret dictis Pat. &c. distringere omnes inhabitantes dicte baronie pro astricta multura &c.:—cum precepto sasine:—TEST. M. Tho. Nicolsone commissario de Abirdene, M. Jo. Leyth commissario substituto, Jac. Mowat, Jo. Dunlope servitore dicti M. Tho. (scriptore carte):—Apud Abirdene, 30 Aug. 1614]: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 407.

1155. Apud Edinburgum, 9 Jan.

REX concessit JACOBO ADAMSOUN burgensi de Newburgh, et MARGARETE WILKIE ejus conjugi (redimabiles infra septennium),—2 cottagias terrarum *lie twa cottages of land*, unam in australi et alteram in boreali quarteria ville et terrarum de Auchtermuchtie (ad Jo. Layng in Auchtermuchtie pertinentes), et 30 solidat. de dicta boreali quarteria (ad Wil. Gilmour de Mornypea pertinentes), cum decimis garbalibus earundem respective, cum superioritatibus, tenentibus &c., in senesc. de Fyiff;—que 10 Dec. 1614 a dictis Jo. et Wil. appreciate fuerant pro 1100 mercis dictis Jac. et Marg. debitis, et pro 55 merc. pro feodo M. Walteri Ballingall nuncii, vicecomitis in hac parte; prout in processu

appreciationis sub signo et subscriptione Stephani Patersone notarii publici, scribe dicti processus, contentum est :—TENEND. dictis Jac. et Marg. in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Jac. quibuscunque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 258.

1156. Apud Edinburgh, 10 Jan.
REX,—cum consensu &c. (194.),—concessit DAVIDI SPALDING de Aschintullie, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque,—tertiam partem terrarum de Strathardill, cum fortaliciis, molendinis, piscariis, tenentibus &c., necnon advocationem rectorie et vicarie de Kirkmichaell, in baronia de Weyms per annexationem, vic. Perthe ;—quas D. Jo. Wems de eodem miles et Jo. Weyms feodatarius de eodem ejus filius legitimus, cum consensu Domine Marie Stewart conjugis dicti D. Jo. ac Domine Jeanne Gray conjugis dicti Jo. junioris, resignaverunt ; et quas rex dicto Dav. de novo dedit, comprehenden. terras terrasque dominicales de Aschintullie, villas et terras de Over et Nather Wereis, cum molendino de Nather Werie, ejus terris &c., villam et terras de Spittell, cum molendino, terris molendinariis &c., cum croftis earundem *lie* Chapell-croftis, *lie glen* nuncupat. Glenbeg, villas et terras de Cammis, Tomezecharaw, Dathangaine, Soilzereis Over et Nather, Tomenamowin, Tomephin et Ballechragane, terras de Pitvirren, villas et terras de Eister Downie, Bellinnauld, Belinkilyie et Glengeynit, Dalreach, Wester et Middell Inverchroskeis, et Kirktoun vulgo Kirkhillok alias Tomeclachan ; et omnes, cum dicta advocatione, incorporavit in liberam baroniam de Aschintullie, ordinando maneriem et fortalicium de A. principale fore messuagium :—REDDEND. pro dicta advocatione unum den. albe firme ; pro ceteris jura et servitia antea debita et consueta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 398.

1157. Apud Edinburgh, 10 Jan.
REX,—cum consensu &c. (180.),—dedit literas legitimationis M. JACOBO INGLIS, filio naturali Alexandri I. de Rottinraw servitoris Alexandri com. Fermelunodini cancellarii Scotie. P.R. i. 279.

1158. Apud Edinburgh, 12 Jan.
REX,—cum consensu &c. (138. 185.),—confirmavit cartam Jacobi Baillie (olim) de Flemyngtoun, et Jeanne Nisbett ejus sponse,—[qua, pro impletione obligationis de data presentium, vendiderunt M. GEORGIO NISBETT ludimagistro Mussilburgi, heredibus ejus et assignatis, irredimabiliter,—terras de Oiswaldein &c. (*ut in carta* 676) :—REDDEND. regi *ut in carta* 676 :—cum precepto sasine directo Jac. Baillie :—TEST. M. Wil. Chalmer clerico thesaurarii registri, Geo. Baillie fratre dicti Jac. B. de F., Davide Thomsoun servitore dicti Jac. B. de F., Geo. Mak juniore et Jac. Smyth servitoribus M. Willelmi Kellie scribe signeto regio :—Apud Edinburgum, 13 Dec. 1613] :—INSUPER dict. terras dicto Geo. N. de novo dedit :—TEST. 99. 46. 93. 123. 72. 120. 49. 121. xlvii. 447.

1159. Apud Edinburgh, 19 Jan.
REX,—cum consensu &c. (194.),—confirmavit cartam Joannis archiepisc. Glasguen., —[qua, cum avisamento decani et capituli Glasguen., ad feudifirmam dimisit RAGUELI BENNET de Chesteris (hereditario feudifirmario infrascriptorum), heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—binam partem 10 mercatarum terrarum de Chesteris et Grange, cum manerie de Chesteris, in baronia sua de Ancrum, vic. Roxburgh :—REDDEND. dicto archiepisc. 4 lib. 8 sol. $10\frac{2}{3}$ den., et 5 sol. $1\frac{1}{2}$ den. augmentationis ; necnon 3 sectas ad 3 placita capitalia apud Ancrum ; cum arreagiis, careagiis et aliis servitiis consuet. ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum : —cum precepto sasine Jacobo Tennent de Linhous :—TEST. Jac. Tennent de Linhous, Jo. Thompsoun scriba signeto regio, Alex. Duff (scriptore carte) et Harberto Dun ejus servitoribus :—Apud Edinburgh, 12 Feb. 1607] :—INSUPER suprascripta quitteclamavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 268.

1160. Apud Edinburgh, 19 Jan.
REX,—cum consensu &c. (175.),—confir-

mavit et de novo dedit WILLELMO COCKBURNE de Skirling—terras et baroniam de Skirling, 20 librat. terrarum antiqui extentus de Robertoun et Newholme eidem annexas ab antiquo, cum fortalicio, molendinis, piscationibus, tenentibus &c., cum advocatione ecclesie parochialis de Skirling, vic. Peiblis et Lanerk; terras de Lethame cum fortalicio, acras arabiles infra constab. et apud burgum de Hadingtoun, cum advocatione capellaniarum et altarium Virginis Marie et S. Blasii infra parochialem ecclesiam de Hadingtoun, cum communitate et communi pastura ad dict. terras et acras spectan., in dicta constab., vic. Edinburgh; —quas idem Wil. resignavit; et quas terras &c. infra vic. de Peiblis et Lanerk rex incorporavit in liberam baroniam de Skirling, ordinando turrim et maneriem de S. principale fore messuagium; et quas terras de Lethame et seqq. rex incorporavit in liberam tenandriam de Lethame, ordinando turrim et maneriem de L. principale fore messuagium :—TENEND. dicto Wil. et heredibus masculis inter eum et Jonetam Hammiltoun ejus sponsam legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Wil. et assignatis quibuscunque :—REDDEND. pro dicta baronia jura et servitia consueta; pro dicta tenandria 2 den. argenti nomine albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 401.

1161. Apud Edinburgh, 20 Jan.
REX concessit GEORGIO CRAUFURD feodatario de Lefnoreis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Uchiltrie &c. (*ut in carta* 710);—quas Joannes Gib (ad cujus instantiam ab Andrea dom. Stewart de Uchiltrie erant appreciate) resignavit;—necnon terras ecclesiasticas de Uchiltrie vocat. Vicarisholme, cum advocatione rectorie et vicarie de Uchiltrie cum decimis &c., in dominio de Uchiltrie, vic. Air; terras et baroniam de Erlistoun extenden. ad 40 librat. terrarum antiqui extentus, cum castro, manerie loco, pasturagiis, molendinis, tenentibus &c., advocatione ecclesie S. Joannis de Dunry, in senesc. Kirkcudbrycht;—quas, per dictum dominum Andree magistro de Uchiltrie filio ejus natu maximo alienatas virtute contractus de data 23 Sept. 1614, et per dictum magistrum assignatas dicto Georgio, dictus dom. resignavit;—et quas omnes rex dicto Geo. de novo dedit, annexando dict. advocationem de Uchiltrie ad dict. baroniam de U. :—REDDEND. pro terris ecclesiasticis 13 libras 6 sol. 8 den., cum duplicatione feudifirme in introitu heredum; pro advocatione de Uchiltrie unam rubram rosam nomine albe firme; pro ceteris jura et servitia debita et consueta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 400.

1162. Apud Edinburgh, 24 Jan.
REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 787),—ratificavit tres cartas per Tho. Kennedy de Bargany, cum consensu Josie Stewart de Bonytoun aliorumque ejus curatorum, factas Domine DORATHIE STEWART relicte Thome Kennedy de Drummurchie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque;—viz. unam de data 27 Nov. 1614, de 50 solidatis terrarum de Mylntoun de Glenassill, 40 solidat. de Auchinmader et Auchincrunot, 5 mercatis de Tormitchell et Dupein, 4 mercatis de Penmirrie, 20 solidat. de M'Clechestoun, 2 mercat. de Clondrisset, 2 mercat. de Challoch, 3 librat. de Troweir, in comitatu de Carrik, vic. Air;—TENEND. de dicto Tho. K. de B. :—alteram de data 5 Jan. 1615, de 4 mercat. terrarum de Drummurchie et 20 sol. de Darley, in dictis comitatu et vic.; —TENEND. *ut sup.* :—tertiam de data 30 Nov. 1614, de annuo redditu 400 merc. de terris de Ardstincher, in dictis comitatu et vic.;—TENEND. de dicto Tho. K. de B., pro uno den. albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 263.

1163. Apud Edinburgh, 25 Jan.
REX,—cum consensu &c. (187.),—concessit et de novo dedit ADAMO RAE de Pitsindie mercatori burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —terras et baroniam de Kengnore (vel Kegnore), cum earum mansione nuncupata Charterishall, lacu, molendino, terris molendinariis, tenentibus &c., vic. Striviling; —necnon, in speciale warrantum earundem pro 19 annis post datam contractus initi apud Brechin et Fynheavin, 14 et 16 Jan.

1615, terras de Carreldstoun nuncupatas Furdtoun cum fortalicio et maneriei loco, ter. de Nather Carreldstoun cum granorum et fullonum molendinis, terras de Litill Watterstoun, Braklow et Bollehillok, cum tenentibus &c., vic. Forfar ;—quas D. Hen. Lyndsay de Carreldstoun miles, et D. Jo. L. miles Ordinis de *lie Bath* ejus filius legit. natu maximus et heres apparens, cum consensu Domine Margarete Schaw sponse dicti Hen. et Domine Jeanne Abirnethie sponse dicti Jo. resignaverunt :—PRETEREA rex de novo incorporavit terras &c. de Kengnore in liberam baroniam de K. ; et voluit quod unica sasina apud maneriei locum de Carreldstoun capienda pro omnibus terris warranti staret :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 404.

1164. Apud Edinburgum, 26 Jan.

REX,—cum consensu &c. (194.),—confirmavit [1] cartam Davidis Stratoun feodatarii de Cregie,— [qua, — cum consensu Davidis Stratoun patris sui, fra(n)ctenementarii earundem, — pro perimpletione contractus inter WILLELMUM BLAIR de Balgillo cum consensu JEANNE BLAIR ejus conjugis, et Jo. B. eorum filium et heredem apparentem tanquam cautionarium pro dicto Wil., ab una, et se cum consensu dicti patris sui et Mariote Stratoun matris sue ab altera partibus, de data apud Brechinam et . . . ,—vendidit dictis Wil. et Jean., absque reversione,—terras de Cregie-Nather et Rutherhill alias *lie* Maynes de Cregie, cum manerie, tenentibus &c., in parochia de Eglisgrege, vic. Kyncardin :—TENEND. dictis Wil. et Jean. in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Wil. quibuscunque :—REDDEND. regi 2 den. albe firme :—cum precepto sasine directo Davidi Guthrie feodatario de Kincaldrum :—TEST. Alex. Gardyne de Burrofeild, Joanne Somer de Brothinch, Jo. S. ejus filio, Jo. Ramsay commissario Brechinen., Alexandro Gardin juniore, Rob. Keith seniore et juniore, Jo. Gardin, burgensibus de Montrois :—carta scripta per Geo. Wricht notarium :—Apud Brechiniam et Montrois, 12 Jun. et 8 Jan. 1601] :—[2] cartam dictorum Wil. et Jean., et dicti Jo. B. apparentis de Balgillo,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendiderunt D. ROBERTO GRAHAME de Morphie militi, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque, absque reversione,—terras &c. suprascriptas, cum pertinentiis, et presertim cum *lie outsettis* nuncupat. Brakenrig :—REDDEND. *ut supra* :—cum clausula warrantizationis, presertim ad manus regis, D. Roberti Arbuthnet de eodem militis, Davidis Stratoun senioris olim de Cragie, Mariote Stratone ejus conjugis et Davidis S. senioris eorum filii :—TEST. Davide Guthrie de Kincaldrum, Joanne Erskyne ministro apud Doun, Davide Baldowie feodatario de eodem, Alex. Blair de Denhead, And. Stratone de Gapiehauch, M. Alex. Wedderburne scriba curie Deidone, M. Jac. W. ejus filio (scriptore carte), Alex. Gardyn de Burrofeild, Tho. Halyburtoun ballivo burgi de Dundie :—Apud Dundie et . . . , 30 Dec. 1614 et 17 Jan. 1615] :—PRETEREA rex suprascripta, que fuerunt pertinentie baronie de Cregie, dicto Rob. Grahame de Morphie de novo dedit :—REDDEND. *ut supra* :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 402.

1165. Apud Edinburgh, 26 Jan.

REX,—cum consensu &c. (177.),—confirmavit [1] cartam Willelmi Ros burgensis de Perth commorantis apud *lie* Charterhousyett ejusdem,—[qua, cum consensu Margarete Pitscottie sponse sue,—pro perimpletione contractus matrimonialis de data 5 Maii 1606,—vendidit JOANNI ROS, filio suo et apparenti heredi,—terras suas et croftas nuncupat. *lie* Drummistoung, Hungriehill, Carrishill et Hauch (olim per M. Rob. Ros de Cragie, Jo. Lethame et Wil. Dowie, tunc per dictum Wil. R. et dictos Jo. L. et Wil. D. occupat.), jacen. contigue inter viam regiam a burgo de Perth ad Pettheivles et *lie lone* de Tullilum a dicto burgo ad communem moram ejusdem,—necnon, in speciale warrantum earundem, solarem binam partem de *lie* Over-maynes de Mailer (per dictum M. Rob., Davidem Philp, Walt. et Laurentium Dowie et Jacobum Allexander occupat.),—infra baroniam de Cragie, vic. de Perth :—RESER-

VATO libero tenemento dicto Wil. Ros: —TENEND. dicto Jo. R. et heredibus inter eum et Egidiam Gaw ejus sponsam futuram, filiam natu maximam Thome G. burgensis de Perth, legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Jo. Ros quibuscunque, irredimabiliter, de rege :—cum precepto sasine directo Jac. Ros burgen. de Perth :—TEST. Pat. Eviott de Kirktoun-Malar, Jo. Pitscottie de Loncardie, Tho. Andersoun in Tullilum burgen. de Perth, Jac. Tyrie scriba in Perth (scriptore carte) :—Apud Charterhous-yett de Perth, 28 Jul. 1606] :—[2] cartam factam per Jo. Ros filium et heredem apparentem Willelmi R. burgensis de Perth olim apud *lie* Chaterous-yett dicti burgi commorantis, —[qua vendidit THOME GAW notario burgensi de Perth, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras &c. suprascriptas :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine directo Jo. Androw sartori burgen. de Perth :—TEST. And. Gray ballivo, Roberto Grant notario publico in Perth (scriptore presentium), burgensibus de Perth, Thoma Gairdner scriba ibidem :—Apud burgum de Perth, 31 Dec. 1614] :—PRETEREA suprascripta dicto Tho. Gaw de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xlvii. 408.

1166. Apud Edinburgum, 26 Jan.
REX,—cum consensu &c. (175.),—ad feudifirmam dimisit et de novo dedit D. WILLELMO MAXWELL de Cluden militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—40 solidatas terrarum de Over Inglistoun, in baronia de Lochkindeloch, senesc. de Kirkcudbrycht;—que olim ad monasterium Dulcis-cordis *lie* Sueithairt pertinuerunt;—necnon croftam *the Kilcroft* extenden. ad 6 acras, cum parvo horreo super ea constructo, cum prato adjacente extenden. ad 6 dietas prati, croftam vocat. Corsaniscroft extenden. ad 6 rudas, croftam *the Corsflatt* extenden. ad 7 acras, hortum sive pomarium apud monasterium Sacri-nemoris *lie* Halywode vocat. Schir-Thomas-Roxburghis-yaird, parvum cubiculum et parvam cellam olim per quondam M. Jac. Kennedy occupat., in baronia et parochia de Halywode, vic. de Drumfreis;—que olim ad monasterium Sacri-nemoris alias Halywode pertinuerunt :—REDDEND. pro Over Inglistoun 40 sol., et 3 sol. 4 den. augmentationis; ac molendo grana ibi crescentia ad molendinum de Dulcecorde, et multuras et decimas consuetas solvendo; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum;—pro croftis &c. 14 sol., et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando &c. (*ut supra*) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xlvii. 411.

1167. Apud Edinburgum, 26 Jan.
REX,—cum consensu &c. (197.),—confirmavit cartam Alexandri Gairdyn de Borrowfeild,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis de data apud Montrois, 30 Mar. 1605, registrati in libris dominorum concilii 31 Maii 1611, necnon alterius contractus de data . . . 1613, penes renunciationem sui vitalis redditus nonnullarum terrarum in priore contractu specificatarum,—vendidit ALEXANDRO GAIRDYN, filio suo legitimo et heredi apparenti,—terras de Borrowfeild, cum molendino granario, terris molendinariis &c., in parochia de Montrois, vic. de Forfar; villam et terras de Newbigging (quarum una dimidietas dicto Alex. seniori hereditarie spectabat, altera eidem per quondam Alex. Chalmer vendita erat), cum Coutt et Cappeill eisdem contigue adjacen., in parochia de Brechin, vic. de Forfar; terras de Over Craignestoun et Drummeallie, cum petariis vulgo *mosis, lie monthis, scheillingis*, communi pastura, in parochia de Fordoun, vic. de Kyncardin; cum tenentibus &c.:—RESERVANDO dicto Alex. G. seniori vitalem redditum de Drummeallie; et Marjorie Wod conjugi sue vitalem redditum de Over Craignestoun, necnon annui redditus 2 celdrarum victualium ($\frac{2}{3}$ farine avenatice et $\frac{1}{3}$ ordei) de solari dimid. de Borrowfeild jacente ex orientali parte aqueductus *the mylnleid*; et Jeanne Blair conjugi dicti Alex. G. junioris, filie legit. Wil. B. de Balgillow, vitalem redditum umbralis dimid. terrarum dominicalium de Borrowfeild, et umbralis dimid. 6 acrarum ex occiden. dicti aqueductus, et annui redditus 8 bollarum ordei de dicto molendino :—TENEND. dicto Alex. G. juniori et heredibus masc.

inter eum et dictam Jean. Blair legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. et assignatis dicti Alex. G. junioris quibuscunque, absque reversione, de rege : —cum precepto sasine :—TEST. D. Rob. Grahame de Morphie milite, Tho. Collace de Petforkie, M. Jac. Wod in Caterling, Joanne Ramsay commissario Brechinen. :— carta scripta per Jo. Auchterlony servitorem dicti commissarii :—Apud Newbigging, 21 Maii 1613] :—PRETEREA suprascripta dicto Alex. G. juniori de novo dedit (omittendo Over Craignestoun) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 412.

1168. Apud Edinburgum, 26 Jan.
REX,—cum consensu &c. (177.),—concessit et de novo dedit ARCHIBALDO et ROBERTO EDMONSTOUNIS filiis legit. Jacobi Edmonstoun de Newtoun, equaliter inter eos, heredibus eorum et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras de Eister Mayis, cum capella, horto et viridi earundem, vic. de Striveling ;—quas dictus Jac. resignavit :—RESERVATO libero tenemento dicto Jac. :—REDDEND. unam rubeam rosam nomine albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 415.

1169. Apud Edinburgh, 28 Jan.
REX dedit literas remissionis THOME PROVAND in Craigingew (Craigingelt ?), JOANNI WALTIE (vel Walter) in . . . , et JOANNI RAE in Hietea, pro eorum vita,—pro adulterio dictorum Tho. P. et Jo. W. cum . . . in Dundafmure, et dicti Jo. R. cum Agnete Johnstoun sponsa Jo. Clerk in Lochmabin. P.R. i. 269.

1170. Apud Edinburgum, 28 Jan.
REX concessit KATHERINE BOSWELL relicte Patricii Sinclair de Pityocher, tunc sponse Patricii Murray feodatarii de Williamestoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque (redimabiles infra septennium),—solarem dimidietatem terrarum de Balgregies, terras *lie* Strutheris eisdem adjacen., occidentalem partem de B., in dominio de Lochorschyre, vic. Fyiff ;—que fuerunt Joannis Sinclair filii et heredis dicti Pat. S. ; et, cum diversis aliis terris, 15 Dec. 1614 appreciate erant pro 3500 merc. pro preteritis annuis redditibus ex summa 10000 merc. per $3\frac{1}{2}$ annos, et pro 175 mercis pro feodo Willelmi Symsone nuncii, vicecomitis in hac parte :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 276.

1171. Apud Edinburgh, 31 Jan.
REX,—cum consensu &c. (194.),—confirmavit cartam Jacobi Bonar de Rossie,—[qua, cum consensu Euphamie Kynneir sponse sue,—pro perimpletione contractus de data presentium, et pro 10500 merc. persolutis,— vendidit JOANNI BONAR de Lumquhat, et heredibus ejus masculis, quibus deficientibus, seniori heredum ejus fem. absque divisione, et assignatis quibuscunque,—molendinum de Lumquhat cum ejus terris &c., et presertim multuris (viz. pecca *lie schilling* pro quibuslibet 6 firlotis *lie schilling*, pecca cujuslibet bolle omnis grani *lie humbill corne* et $\frac{1}{2}$ pec. pro qualibet bolla potenti) terrarum de Eister et Ovir Rossie pro sustentatione inhabitantium et laboratorum molend., tertiam partem ville et terrarum de Westir Rossie olim ad Jac. Scrymgeour de Myris spectantem, tertiam partem solarem earundem olim ad dictum Jo., et tertiam partem earundem olim ad Tho. Hardie de Daftmylne spectan., cum parte marresii de Rossie (intra bondas in vulgari specificatas), cum 4 *lie dargis* glebarum (quolibet *lie darg* habente 3 homines *lie casteris with speadis*, et quolibet *lie spead* habente 6 *lie beraris*) in marresio de Eister Rossie ex orientali parte dict. limitum (*lie parkis*, *inches* et *gauis* exceptis), cum privilegio *lie spredding* dict. glebarum, absque alio privilegio proprietatis aut commonie in dicto marresio, et cum communi pastura et privilegio commonie in *lie* Quhytfeild dicto molendino et ejus terris adjacente secundum usum, in dominio et senesc. et vic. de Fyiff:—REDDEND. regi pro molendino cum pertinentiis $11\frac{1}{2}$ merc., et 12 capones, nomine feudifirme, necnon duplum feudifirme in introitu heredum ; pro Westir Rossie et seqq. 24 libras feudifirme, necnon duplum &c. (*ut sup.*) ; cum observatione ceterorum in antiquis infeofamentis content. :— cum precepto sasine directo And. Fernie in Lumquhat :—TEST. Jo. Calvy burgensi de Newburgh, Steph.

Patersoun clerico senescallatus de Fyiff, Alex. Merschell (scriptore carte), notariis publicis, Jo. Littiljohnne, Pat. Mure, Hen. Schaw, servitoribus dicti Steph., Ricardo Blyth portionario de Craigis, And. Fernie in Lumquhat:—Apud Falkland et Rossie, 24 et 25 Jul. 1611]:—INSUPER suprascripta dicto Jo. Bonar de Lumquhat de novo dedit:—REDDEND. *ut supra*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 270.

1172. Apud Edinburgh, 31 Jan.

REX,—cum consensu &c. (194.),—concessit et de novo dedit JOANNI BONAR de Lumquhat, et heredibus ejus masc., cognomen et insignia de Bonar gerentibus, et assignatis quibuscunque,—terras de Lumquhat cum pendiculis, viz. Lochheidis et Downaheidis (intra limites specificatos), cum communi pastura orientaliter ad Strabo-mure et ex parte occidentali ad *lie* Quhytfeild, et in *the Munk-mos* et moris ejusdem (omnibus specialiter bondatis), cum potestate edificandi domos super Munkismure ad armenta custodienda et glebas vincendas in dictis marresia &c., et ceteris communitatibus in dominio et regalitate de Lundoris consuetis,— reservando domino de Eister Rossie *lie lone* transeuntem finem orientalem specus orientalis de Lumquhat ad montem vulgo *lie mure* de Weddersbie ad pascenda ejus armenta *lie guidis* tantum secundum usum,—cum decimis garbalibus aliisque decimis tam rectoriis quam vicariis dict. terrarum, necnon terrarum de Eister, Wester et Nather Rossie, ac molendini de Lumquhat et ejus terrarum, in parochia de Collessie, vic. de Fyiff;—quas Pat. dom. de Lundoris resignavit; et quas rex incorporavit in liberam tenandriam de Lumquhat, ut unica sasina apud maneriei locum de L. capienda pro omnibus staret:—REDDEND. pro terris &c. 10 lib. 16 sol. 8 den. feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum;—pro decimis unum den. albe firme; necnon ministris apud ecclesiam de Cullessie 19 lib. 3 sol. 4 den. in die *lie Lambmes*, tanquam partem summe 10 lib. in infeofamento dicti Patricii contente:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 449.

1173. Apud Edinburgh, 31 Jan.

REX dedit literas remissionis JOANNI REID in Merkland et WILLELMO REID in Mosgawell, pro eorum vita duraturas,—pro adulterio per dictum Jo. cum quondam Joneta Richert ejus serva et per dictum Wil. cum quondam Eliz. Andersoun ejus serva commisso per tres annos aut eocirca elapsos. P.R. i. 266.

1174. Apud Edinburgum, 1 Feb.

REX concessit GEORGIO HAMMILTOUN de Blaikburne, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Ravinscraig, cum castro, cuniculario et ripa de Dysart iisdem adjacen., cum Bordland, Balbegie, Orismylne, Carberrie, Wilstoun et Wilstoun-wairde, terras de Drwmaird, cum molendinis et piscationibus, vic. Fyiff; baroniam de Knokhall cum manerie, cum burgo de Newburgh, molendino, terris molendinariis, et salmonum piscationibus super aqua de Ithan, vic. de Abirdene;—que fuerunt Patricii domini Synclair, fratris et heredis quondam Jacobi domini S.; et 18 Nov. 1614 appreciate fuerunt pro 4343 lib. dicto Geo. debitis,[1] et pro 217 lib. pro feodo Willelmi Sympsoun nuncii, vicecomitis in hac parte:—REDDEND. pro Ravinscraig &c. unum den. albe firme; pro Knokhall &c. jura et

[1] By contract dated 9 April 1607 (recorded in the books of the Lords of Council 5 Mar. 1614), the said Jas. lord Synclair had bound himself to pay to Lady Issobella Leslie his mother yearly, in lieu of her terce of the coals of Dysert, 4 chalders victual (viz. 17 bolls oatmeal, 13 bolls wheat and 34 bolls malt), common measure of the burgh of Dysert, and 400 merks; of which annual rent 7 years' arrears were found due to said Issobella, the price per boll of wheat being for 1607 £7, for 1608 £9, for 1609 £9, for 1610 £8, for 1611–13 £10; of malt for 1607 £6, for 1608 £6, 13s. 4d., for 1609 £7, 6s. 8d., for 1610 £6, 13s. 4d., for 1611 10 merks, for 1612 £7, for 1613 £9; of meal for 1607 £4, for 1608–09 £4, 13s. 4d., for 1610–11 £5, for 1612–13 8 merks; with £10 expenses of suit, and £5 paid to the collector of the Lords of Council; all which said Issobella assigned to said Geo. Also the said Pat. had granted to Arch. Cunynghame principal janitor of Edinburgh castle a bond for £160, with £30 expenses; which had been assigned by said Arch. to Wil. Hammiltoun brother of said Geo., and by him to said George.

servitia consueta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 262.

1175. Apud Edinburgum, 1 Feb.

REX,—cum consensu &c. (177.),—concessit et de novo dedit THOME DOMINO DE BYNNING in vitali redditu, et THOME MAGISTRO DE BYNNING ejus filio natu maximo, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, dicto domino et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus def., dicto dom. et heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, hereditarie et irredimabiliter,—terras et baroniam de Dummany, cum castro et manerie de Barnbougall, cunicullariis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum, vic. Linlythgow ; cum piscariis in aquis de Crawmond et Forthe et in salsa aqua ad refluxum et fluxum maris ad dict. baroniam pertinentibus ;—quas D. Rob. Mowbray de Barnbougall miles cum consensu Domine Anne Erskyne sponse sue, et Tho. Dalzell de Manerstoun cum consensu Jonete Bruce sponse sue, resignaverunt ;—necnon piscariam juxta *lie* Hund infra bondas de Barnbougall ad imam aquam, infra salsam aquam et ab imo maris refluxu usque ad estum, piscariam in aqua de Crawmound ab ima aqua tam procul sicut mare fluit infra aquam de C., cum cimba super aqua de C. et privilegiis &c. ejusdem, cum advocatione capellanie et altaragii altaris S. Adamnani in ecclesia paroch. de Dummany, vic. Linlythgow, et capellaniarum et altaragiorum S. Columbe et B.V.M. in ecclesia parochiali de Crawmond, vic. Edinburgh ; —quas dictus Rob. cum consensu dicte Anne resignavit ;—necnon terras et baroniam de Inverkething tam proprietatem quam tenandriam, viz. terras de Kincairnie, Petcalder cum molendino de P., Caldsyde et Newtoun de Petcalder, toftas de Balbugie, Caslaine *lie* Daillis, Spenserfeild, Salwinch (vel Salwadge) et 17 rigas ex orientali parte borealis pontis de Inverkething, cum tenentibus &c., vic. Fyiff ;—quas Jac. marchio de Hammiltoun com. de Arran dom. Evan et Abirbrothok &c., Tho. Hammiltoun de Preistfeild et dictus Rob. resignaverunt :—INSUPER rex ratificavit cartam per quondam Jo. Moubray de Barnbougall, avum dicti Rob., factam quond. D. Davidi Hammiltoun—de dicta baronia de Inverkething ; —cum retornatu dicti marchionis de eadem tanquam filii patruelis et heredis dicti Dav. :—INSUPER omnia suprascripta incorporavit in liberam baroniam de Dumeny, ut unica sasina apud turrim et maneriem de Barnbougall capienda pro omnibus staret :—PROVISO quod liceret dicto dom. Bynning, durante ejus vita duntaxat, suprascripta redimere per solutionem vel consignationem 10 lib. super premonitione 24 horarum :—REDDEND. servitium warde &c. : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 403.

1176. Apud Edinburgum, 3 Feb.

REX,—cum consensu &c. (194.),—ratificavit [1] cartam per Annam reginam tanquam dominam dominii de Dumfermling, cum consensu regis, factam D. ALEXANDRO HAY de Quhytbrugh militi, rotulorum registri ac concilii clerico et uni dominorum secreti concilii et sessionis ac scaccarii Scotie, et quondam Domine Eliz. Hay ejus conjugi in conjuncta infeodatione, et heredibus et assignatis inibi specificatis, —de dimidietate occidentali terrarum de Natoun (specialiter limitata ab orientali dimid. ad M. Jo. Edmingstoun portionarium de Natoun pertinente), in parochia de Natoun et regalitate de Mussilbrughschyre ; —super resignatione D. Joannis Prestoun de Valeyfeild militis et Domine Grissillidis Colvill ejus conjugis ;—TENEND. de regina in feudifirma ;—de data apud Edinburgh, 20 Jun. 1614 :—[2] cartam per Geo. Hay de Nather Minzeane, filium et heredem quond. Gilberti Hay de Minzeane, factam dicto Alex. (tunc designato M. Alex. Hay uni clericorum collegii justitie ac filio quondam Alexandri H. de Eister Kennett clerici registri rotulorum ac concilii), et dicte Eliz. in conjuncta infeodatione, et ALEXANDRO HAY eorum filio legitimo natu maximo, et heredibus ejus masc. et tallie inibi designatis,—de terris de Litill Monktoun et Hangmanisland et terris de Veker, cum fortalicio, in regalitate de Dumfermling, dominio de Mussilbrughschyre, vic. Edinburgh ;—TENEND. de regina in feudifirma ;—de data apud Edinburgum,

13 Maii 1600 :—cum carta confirmationis per reginam cum consensu regis desuper concessa, de data apud Halyruidhous et Falkland, 1 et 4 Aug. 1600 :—[3] cartam per Wil. dom. Keyth Mariscalli magistrum factam dicto Alex. (inibi designato D. Alex. Hay de Ardett militi secretario regis), et dicte Eliz. pro eorum vita, et heredibus et assignatis dicti Alex. quibuscunque,—de terris de Quhytburgh (per dictum Alex. occupat.), in dominio de Keith-merschell et constab. de Hadingtoun ;—TENEND. de dicto Wil. in alba firma ;—de data apud Londoun, 7 Oct. 1608 :—INSUPER suprascripta quitteclamavit :—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xlvii. 417.

1177. Apud Edinburgh, 7 Feb.

REX,—cum consensu &c. (175.),—confirmavit [1] cartam Jacobi Scrymgeour de Fairdill,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis de data apud Dundie, 29 Aprilis 1606, — concessit JACOBO SCRYMGEOUR filio suo et heredi apparenti, et MARGARETE GRAHAME ejus conjugi future, filie legit. D. Gulielmi G. de Claypottis militis, in ejus pura virginitate (in contentationem ejus tertie baronie de Fairdill),—terras de Balbeuchlie, cum fortalicio, molendino, terris molendinariis, et terris templariis adjacen., cum decimis tam rectorie quam vicarie, in baronia de Dunkeld, vic. Forfar ; terras de Reidgothinis, cum molendino, terris molendinariis &c., et piscationibus, vic. Perth ; terras de Meikill Fardill (per Jo. et Jac. Bissettis occupat.), cum terris brueriis de Fairdill (per Jac. Barroch alias Robertsone occupat.), in baronia de Fairdill, vic. Perth :—RESERVATO dicto Jac. S. seniori libero tenemento de Mekill Fairdill et seqq., et partis de Reidgothinis per Jo. Wilsone occupate :—TENEND. dictis Jac. juniori et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus masculis et tallie dicti Jac. senioris in infeofamento suo baronie de Fairdill nominatis, et assignatis dicti Jac. junioris quibuscunque, absque reversione, de rege :—REDDEND. pro Balbeughlie 20 lib. feudifirme, cum aliis (si que essent) in originali infeofamento contentis ; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum ;—pro Reidgothneis 16 lib. feudifirme ; ac duplicando &c. (*ut sup.*) ;—pro Mekill Fardill &c. jura et servitia debita et consueta :—cum precepto sasine :—TEST. D. Davide Hering de Glasc(l)une milite, Andrea Hering de Callie, Joanne Kynnaird apparente de eodem, Andrea Kynnaird burgensi de Dundie, M. Alex. Wedderburne scriba ejusdem, Jo. Pattoun notario (scriptore carte), Roberto Grahame burgen. in Montrois :—Apud Dundie, 14 Maii 1606]:—[2] cartam Jacobi Scrymgeour feodatarii de Fardill,—[qua,—cum consensu Margarete Grahame conjugis sue, Jacobi S. de Fardill patris sui, Andree Moncur in Balbeuchlie et Jacobi Stratauchin notarii publici burgensis de Dundie,—pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit M. WILLELMO FERGUSONE ballivo burgi de Dundie, et CATHARINE WEDDERBURNE ejus conjugi,—terras de Balbeuchlie, cum fortalicio, manerie, molendino, terris molendinariis &c., terram templariam eisdem adjacen., cum decimis tam rectorie quam vicarie que a trunco nunquam separari solebant, in baronia de Dunkelden, vic. de Forfar :—TENEND. dictis Wil. et Cath. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus def., heredibus et assignatis dicti Wil. quibuscunque, absque reversione, de rege in feudifirma :—REDDEND. 20 lib. ; necnon duplicando &c. (*ut sup.*) ; et si deficerent in solutione in toto vel in parte per tres terminos simul currentes, suprascripta ad regem reverterentur ; et observando cetera in originali infeofamento per decanum et capitulum de Dunkeld confecto contenta : —cum precepto sasine :—TEST. Jo. Scrymgeour de Dudop, D. Davide Hering de Glasc(l)une milite, Gilberto Scrymgeour servo dicti Jo., Jo. Blaur notario, And. Burt, Wil. Fyiff, notariis in Dunkeld, Wil. Barnis de Balveddoche, Jacobo Creichtoun scriba in Dunkeld :—carta scripta per M. Jac. Wedderburne filium legit. M. Alexandri W. scribe curie Deidonane :—Apud Dudop et Dunkeld, 25 et 28 Jun. 1614] : —PRETEREA dictas terras de Balbeuchlie cum pertinentiis dictis Wil. F. et Cath. de novo dedit :—REDDEND. *ut in carta* [2]

sup., cum 3 sol. 4 den. augmentationis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 409.

1178. Apud Edinburgh, 7 Feb.
REX dedit literas remissionis QUINTIGERNO REID seniori de Drumfork, pro ejus vita duraturas, — pro adulterio cum Joneta Reid sorore Hugonis R. in Thridpairt commisso. P.R. i. 264.

1179. Apud Edinburgh, 7 Feb.
REX dedit literas remissionis GILBERTO M'HUCHEOUN in Dalquhairne, pro ejus vita duraturas, — pro adulterio cum Issobella Murchie commisso. P.R. i. 265.

1180. Apud Edinburgum, 9 Feb.
REX,—cum consensu &c. (198.),—concessit et de novo ad feudifirmam dimisit WILLELMO SCOT filio legit. Alexandri Scot de Orcheardfeild, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—locum *lie rowme* et terram vocat. Stabulum regis, jacentes sub muro castri de Edinburgh apud portam occidentalem (juxta hostiludium *lie barras*), cum officio observationis dicti hostiludii, cum pecia terre viridis abhinc transeundo versus occiden. ad fontem Dive Margarete (juxta terras de Orcheardfeild et Pocatsleve), cum officio observationis dicti hostiludii et capelle ejusdem, cum tenentibus &c., et feudifirmis ;—quas Jacobus Kincaid hortulanus in Vico Canonicorum resignavit :—REDDEND. 44 sol., et 12 den. augmentationis ; necnon sustentando propriis sumptibus muros dicti hostiludii ut decuit, faciendo eundem patentem regi sumptibus regis ad regis placitum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 264.

1181. Apud Edinburgh, 9 Feb. [1]
REX,—cum consensu &c. (177.),—dedit literas remissionis GEORGIO CHALMER in Aird et MARGARETE DICKSOUN in Banchrie, pro eorum vita duraturas,—pro adulterio per dictam Marg. cum dicto Geo. commisso. P.R. i. 261.

1182. Apud Edinburgh, 11 Feb.
REX,—cum consensu &c., (175.), — confirmavit cartam prepositi, ballivorum, consulum et communitatis burgi de Abirdein, —[qua concesserunt JOANNI LEYTH de Montgarie burgensi de Abirdein, in feudifirma,—terras de Counteswellis, Gardyn et Brutherfeild (contigue jacen. intra bondas [2] in vulgari specificatas, *reservand to the burgh of Abirdein the great mos quhilk lyis betuix the Counteswellis and Gardyn, and all uther mos and peitlarie of the saidis landis*), infra libertatem dicti burgi, vic. de Abirdein ;—modis et conditionibus in decretis et actis dicti burgi latius contentis, et in specie RESERVANDO dictis preposito &c. liberum introitum per publicas vias antiquas et de novo designatas ad equos, jumenta, currus et animalia ad marresias et lapicidia dicto burgo reservat., et focalia aliaque necessaria transportanda, et precipue ad marresias suprascript., et ad *lie* Fliemos, *lie* Reidmos, Stragolor-mos, Bradmos et *lie mos* de Kingishill, que vie ad minimum contenture erant ubique 30 ulnas in latitudine ; necnon dictas marresias et lapicidia, presertim ad usum focalium, glebarum, lapidum et communis pasture, cum spatiis terrarum immediate a dictis marresiis distantium vulgo *lie lairis* in quibus glebe et focalia arida devenire more patrie possent ; necnon lapidem *lie gray stane* et calcem et carbones, cum potestate lapides deponere &c. ; et quod grana dict. terrarum, preter semina et decimas, molerentur apud molendina dicti burgi per dictos prepositum &c. nominanda pro solutione multurarum et sequelarum consuet. ;—quas Rob. Stewart burgen. de Abirdein in manibus Willelmi Gray unius ballivorum dicti burgi personaliter resignavit, prout in instrumento resignationis sub signo et subscriptione M. Tho.

---

[1] Dated A.D. 1614. Placed here according to the regnal year. In the Privy Seal Register (lib. lxxxiii. fol. 291 verso) the date is corrected to 1615 in a contemporary hand.

[2] The marches include a number of "great cardfast stanes unremoveable," three of which (including one "callit the Craidge-stane or Resting-stane") were "markit and ingrafit with measonis yronis with the letter P. for propertie, A. and C. for Alexander Chalmer," and a fourth "markit with the lettres P. for propertie, A. and C. for Alex. Chalmer on the an part, P. for propertie, T. and M. for Thomas Menzeis (of Durne) on the uther part."

Mollisoun notarii publici ac scribe communis dicti burgi contentum est :—TENEND. dicto Jo. et heredibus masc. inter eum et Jeannam Mortymer ejus sponsam legitime procreatis, cognomen et arma de Leyth gerentibus, et assignatis dicti Jo. burgensibus actualiter incolis dicti burgi in eo libertate privilegiorum fruentibus et mercium mutationem frequentantibus, quibus deficientibus, heredibus masculis propinquioribus legit. dicti Jo. quibuscunque, cognomen et arma de Leyth gerentibus, et eorum assignatis burgensibus &c. (*ut supra*), et nullis aliis, de dictis preposito &c. ; cum communi pastura infra totam communiam dicti burgi, et precipue in *lie* Quhytmyris :—REDDEND. 40 lib. ; et duplicando feudifirmam in introitu heredum ; et solvendo taxationes &c., prout infra dictum burgum taxarentur ; et jurisdictioni magistratuum dicti burgi debitam obedientiam prestando ; nec duabus terrarum villis neque duabus aquarum piscariis dicti burgi [1] ; nec liceret injuriam vicinis via facti inferre, aut ultra terminos proprietatis ullam commonie partem appropriare, neqne etiam infra dictos limites cithisum incendere nisi in locis arabilibus ; et si defecissent in premissis aut in solutione feudifirme, et inde coram magistratibus dicti burgi convicti essent, hec carta nullius esset roboris :—RESERVATA dictis preposito &c. potestate quaslibet terrarum communium partes nemini adhuc locatas disponendi, demptis marresiis et *lie* Quhytmyris suprascriptis : — cum precepto sasine directo M. Alexandro Cullen, Willelmo Gray, Thome Forbes et Alex. Jaffray, ballivis dicti burgi :—TEST. M. Jo. Leyth commissario Abirdonen., dicto Rob. Stewart, Jac. Menzeis, Jac. Mowat, burgensibus dicti burgi, Georgio Richard thesaurario ejusdem, Waltero Robertsoun scriba deputato ejusdem (scriptore carte) :—Apud Abirdein, 26 Jun. 1613] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 259.

1183. Apud Edinburgh, 14 Feb.

REX,—cum consensu &c. (194.),—concessit et de novo dedit PATRICIO MONTGOMRIE de Blakhous, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—18 solidat. terrarum de Dyikis (per Wil. Small et Rob. S. ejus filium occupat.), 16 sol. de Michaelstoun (per Matheum Small), 4 mercat. de Mylnerig (per Rob. Russell), 10 solidat. de Blakhous (per Jonetam Scott), 14 sol. de Sanct-Phillanis-well (per Wil. Holme, Tho. Broun et Jo. Kelso occupatores 22 solidatarum terrarum de S. occupatas), extenden. in integro ad 10 mercat. antiqui extentus, jacen. infra 10 libratas terrarum de Skelmourlie-Cunynghame, parochiam de Largis, balliatum de Cunynghame, vic. de Air ;—quas Jac. com. de Glencairne et Wil. dom. Kilmaweris resignaverunt :—REDDEND. 2 den. albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 405.

1184. Apud Edinburgh, 14 Feb.

REX,—cum consensu &c. (187.),—concessit et de novo dedit ROBERTO CUNYNGHAME de Auchinharvie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—40 solidat. terrarum antiqui extentus de Auchinharvie, cum fortalicio, ac communi pastura in marresia *lie mos* consueta, 5 mercat. de Drummuling cum molendino, et astrictis multuris extenden. ad undecimum batum *lie peck* omnium granorum molatilium *lie stuff grindabill* super 10 libratis ecclesie collegiate terrarum de Kilmairis in parochia de Kilbryde, in baronia de Kilmairis, balliatu de Cunynghame, vic. de Air ;—quas, partes dicte baronie existen., Jac. com. de Glencairne et Wil. dom. Kilmairis per literas procuratoriales de data 6, 7 et . . Dec. 1614 resignaverunt :—REDDEND. 2 den. albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 420.

1185. Apud Edinburgh, 14 Feb.

REX confirmavit cartam D. Joannis Boswall de Balmuto militis,—[qua, cum consensu Domine Jonete Scott sponse sue,—pro perimpletione contractus initi cum Jacobo et Davide B. fratribus suis germanis, de data apud Balmuto, 25 Nov. 1611,—vendidit dicto DAVIDI BOSWALL, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—solarem dimidietatem ter-

[1] Supply *fruendo*. See *Regist. Magni Sigilli*, A.D. 1546–1580, No. 843.

REX confirmavit [1] cartam Joannis Hammiltoun de Grenehuik camerarii de Kynneill,—[qua,—pro perimpletione contractus inter se cum consensu Richardi H. filii sui natu maximi et heredis apparentis ab una, et personas infrascriptas ab altera partibus, de data 27 Mar. et [3 Jul.] 1610, —vendidit (quondam) JOANNI HARDIE in Richartoun, et (quond.) KATHARINE WRICHT ejus sponse,—terras ecclesiasticas vocat. Brwniswode, vicarie de Kynneill spectantes (olim per quondam Ric. Broun in Kynneill occupat.), in territorio ville de Kynneill ex parte australi ejusdem (inter croftam vicarii per Jo. Crawfourd occupat., fossam superioris silve, hortos Jo. Homis, dicti Ric. Broun, Wil. Blair, Jac. Alexander et Alex. Neilsoun), in baronia de Kynneill, vic. Linlythgow;—que per Jo. Browne in Kynneill fratrem germanum et heredem dicti Ric. disposite fuerant dicto Jo. Hammiltoun de data 13 Oct. 1603:—RESERVATO vitali redditu Margarete Hardie relicte dicti Ric.:—TENEND. dictis Joanni Hardie et Kath. in conjuncta infeodatione, et heredibus quibuscunque inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Jo. Hardie et assignatis quibuscunque, irredimabiliter, in feudifirma:—REDDEND. regi (loco vicarii de Kynneill) 10 sol., et 12 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo M. Petro Kenloquhy de Kettilstoun:—TEST. dicto M. Petro, Rob. Ker scriba vic. et burgi de Linlithgow, Alex. Neilsoun (scriptore carte) et Rob. Kaa ejus servitoribus, Ricardo Kers in Borrowstounes, Alex. Glen ibidem:—cum subscriptione dicti Ric. Hammiltoun in signum ejus consensus:—Apud Linlithgow et Burrowstounes, 2 Jul. et 3 . . 1610]:—[2] cartam Alexandri Hardie in Richardstoun, filii et heredis dicti Jo. Hardie,—[qua, pro perimpletione litere dispositionis de data presentium, vendidit DAVIDI GALBRAITH in Hauchstaine, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—dictas terras (olim per quond. Margaretam Hardie relictam Ricardi Broun in Kynneill, tunc per dictum Dav. occupatas):—REDDEND. *ut sup.*:—cum precepto sasine directo Gilb. Mure vicecomiti deputato de Linlithgow:—TEST. Jo. Hammiltoun camerario de Kynneill, dicto Gilb. Mure, Geo. Crawfourd de Deane, Wil. Hart in Ricartoun, Jacobo Keling nuncio regio:—carta scripta per dictum Alex. Neilsoun:—Apud Kynneill, 9 Feb. 1615]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xlvii. 455.

1226. Apud Edinburgh, 23 Apr.[2]

REX,—cum consensu &c. (177.),—confirmavit cartam D. Joannis Moncreiff de Kynnynmonth militis,—[qua, cum consensu Domine Jeanne Spens conjugis sue,—pro perimpletione contractus matrimonialis,—vendidit M. JOANNI MONCREIFF filio suo et heredi apparenti, et MARGARETE ARNOTE ejus future sponse, filie legit. Walteri A. de eodem et Marie Balfour ejus conjugis, in conjuncta infeodatione ac vitali redditu, heredibusque inter eos legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti M. Jo. quibuscunque,—terras de Kynynmonth et Wallestoun, cum piscationibus in aqua de Erne;—necnon dicto M. Jo., heredibus ejus et assignatis, absque reversione,—terras de Eister Moncreiff, cum manerie loco et piscationibus in aqua de Erne, vic. Perth:—RESERVANDO dictis D. Jo. et Jean. liberum tenementum de Eister Moncreiff et Wallestoun; et dicto D. Jo., si dicta Jean. decessisset, libertatem futuram suam conjugem seu conjuges infeodare pro earum vitis in annuo redditu 4 celdrarum victualium ($\frac{1}{2}$ hordei et $\frac{1}{2}$ farine avenatice) de terris de Eister Moncreiff:—REDDEND. regi pro Kyninmonth jura et servitia debita et consueta; pro Wallestoun unum den. argenti nomine albe firme; pro Eister Moncreiff 10 lib. annuatim tempore warde, et 40 lib. pro maritagio:—et dictus D. Jo. dedit sasinam propriis manibus:—TEST. Geo. Foster filio domini de Stranri,

[1] This document is printed nearly in full in "Thanes of Cawdor" (Spalding Club), p. 234–36.

[2] Dated A.D. 1610. Placed here according to the regnal year, which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxxiii. fol. 342; where the date is 28 April.

Thoma Barclay in Wallastoun, Jo. Lyell, Dyonisio Conquerour, notariis publicis, Wil. Pattoun notario :—carta scripta per And. Melvill in Kilgirstoun :—Apud Eister Moncreiff, 5 Nov. 1611] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 457.

1227. Apud Edinburgh, 26 Apr.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 787),—concessit et de novo dedit D. LUDOVICO CRAIG de Ricartoun militi, uni senatorum collegii justitie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —terras de Malcolmestoun, in baronia de Rotho, vic. Edinburgh et regalitate de Renfrew ;—quas Tho. Johnstoun filius et heres M. Joannis J. advocati, cum consensu M. Alexandri Gibsone de Durie, Archibaldi Johnstoun, Joannis Jaksone et Nicolai Wdwart mercatorum burgen. de Edinburgh, curatorum suorum, resignavit :—TENEND. de Carolo principe :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 271.

1228. Apud Edinburgh, 26 Apr.

REX,—cum consensu &c. (194.),—confirmavit cartam D. Joannis Arnot de Bersuek militis, prepositi burgi de Edinburgh,—[qua concessit WILLELMO ARNOTT de Colbrandispeth filio suo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras, villam et baroniam de Fowlden &c. (*ut in carta* 1014 [1]) :—REDDEND. *ut ibidem* :—cum precepto sasine directo Nic. Paxtoun portionario de West Restoun :—RESERVATO vitali redditu dicto D. Jo.:—TEST. Jo. Arnot nepote dicti D. Jo. filio legit. quondam Joannis A. filii sui natu maximi, Waltero Richie burgen. de Edinburgh, M. Thoma Scott servitore Walteri Henrysoun de Grantoun-Eister, Jo. Richie servitore dicti D. Jo. (scriptore carte) :—Apud Edinburgh, 23 Feb. 1615] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 450.

1229. Apud Edinburgh, 26 Apr.

REX,—cum consensu &c. (175.),—concessit Magistris JOANNI MURDISTOUN et ALEXANDRO CWMYNG advocatis, eorum heredibus et assignatis quibuscunque uni vel pluribus,—terras, tenementa, croftas et acras intra burgum de Air, territorium et libertatem et vic. ejusdem, cum proficuis earundem a decessibus respective Joannis Hamphie burgen. de Air, Jacobi et Gulielmi H. ejus filiorum, viz. tenementum olim Gilb. Kessane cum horto extra *lie* Kylepoirt apud caput ejusdem, tenementum olim Gilb. Cwnnynghame pellionis vocat. Johnne-Smithis-borne cum horto supra antiquam turrim in via Nemoris, aliud tenementum cum horto dicto tenem. contiguum vocat. Johnne-Symmis-borne, tenementum cum horto olim quondam Rob. Cwnnynghame versus duo tenementa prescripta (juxta *lie* Kow-vennell), anterius tenementum quond. Mich. Kessane et olim Wil. Kirkwode cum domo posteriori adjacen., cum dimidietate horti ejusdem, in via Nemoris adjacen. muro australis porte *lie* Kyle-poirt ad caput ejusdem, acram terre olim Joannis Hall et Wil. Stewart et quondam Jacobi Lockhart filii legit. quond. Joannis L. de Boghall, jacen. supra arenas dicti burgi in portiuncula vocata Nyne-aikeris tenden. a capella S. Leonardi ad crucem mori, acram olim dicti Jac. Lockart ibidem, acram olim ejusdem Jac. super arenas dicti burgi in portiuncula vocata *the Mure* tenden. a glebario de Spittelbog ad croftam olim Joannis Mure vocatam Branzeanfauld, croftam vocat. Rudland et Chapelfauldis extenden. ad 7 rudas vel eocirca prope capellam S. Leonardi, per fossam circa inclusam, croftam vocat. Branzeanfauldis et Marielandis extenden. ad 2 acras vel eocirca prope dict. capellam (inter viam communem ad Castelhill ad boream, Clongall ad orien., Harperland alias *the Slap* ad austrum) ;—que regi devenerunt defectu heredum dict. Jo. Hamphie et filiorum (inter eum et quond. Margaretam Reid ejus sponsam aut aliorum) :—TENEND. in libero burgagio :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 454.[1]

[1] This charter names the following adjoining owners :—sometime George Huntar smith, John Smith smith, umquhile William Kessane weaver, Wil. K. notary his son, sometime Tho. Rowane, David R. his son, sometime Math. Hammiltoun, Robert Cwnnyngham mariner, sometime John Gairdner notary and Mich. Kessane weaver, John Concane weaver, sometime Alex. Kennedie, umq. Geo. Jamesoun, sometime Cuthbert Wallace, Joh. Masoun notary public common clerk of Air burgh,

1230. Apud Edinburgh, 26 Apr.
REX,—cum consensu &c. (194.),—concessit et de novo dedit ALEXANDRO MONTGOMERIE COMITI DE EGLINTOUN dom. Montgomerie, et heredibus ejus masculis tallie et provisionis in ejus infeofamento comitatus de Eglintoun contentis cognomen et insignia de Montgomerie gerentibus,—terras, dominium et baroniam de Kylwynning &c. (*ut in carta* 1116);—quas idem Alex. et Michael dom. Balfour de Burlie resignaverunt;—necnon maneriem de Kilwynning monasterium sive abbatiam de K. antiquitus nuncupat., cum domibus et aliis intra clausuram ejusdem, cum advocatione rectoriarum et vicariarum ecclesiarum parochialium de Kilwynning, Peirstoun, Irwing, Ardrossane, Kilbryid, Kilbirnie, Beith et Dunlope;—quas Jo. archiepisc. Glasguen. tanquam commendatarius dicte abbatie, necnon idem Alex. tanquam in eis antea infeodatus, resignaverunt:—PRETEREA rex dict. maneriem et ecclesias a dicta abbatia dissolvit;—et omnia suprascripta incorporavit in liberum temporale dominium et baroniam de Kilwynning, ordinando dict. maneriem de K. principale fore messuagium:—REDDEND. 40 lib. 3 sol. 4 den. albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 458.

1231. Apud Edinburgum, 26 Apr.
REX,—cum consensu &c. (175.),—confirmavit cartam Georgii Home senioris de Broxmouth,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis inter se et Geo. H. suum filium heredemque apparentem ab una, et Jac. Foullis de Colingtoun et Jeannam F. ejus filiam legit. natu maximam, tunc sponsam dicti Georgii junioris, ab altera partibus, de data 6 Dec. 1593,—vendidit dicto GEORGIO HOME juniori—duo molendina terrarum dominicalium de Dumbar, cum terris molendinariis, tenentibus &c., in comitatu Marchie, constab. de Hadingtoun, vic. de Edinburgh:—TENEND. dicto Geo. juniori et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Davidi H. filio dicti Geo. senioris et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Joanni H. de West Restoun et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., M. Alexandro H. fratri dicti Geo. senioris et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Bartholomeo H. et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masculis dicti Georgii senioris quibuscunque, de rege in feudifirma:—REDDEND. 4 libras 13 sol. 4 den.; necnon 13 lib. 6 sol. 8 den. capellanis ecclesie collegiate de Dumbar per progenitores regis fundatis; et duplicando dict. 4 lib. 13 sol. 4 den. in introitu heredum:—RESERVATO libero tenemento dicto Geo. seniori:—TEST. M. Jo. Arthour commissario, Wil. Nesbitt portionario de Newtounleyis, Jac. Nesbitt, Paulo Watt, servitoribus dicti Geo. senioris, M. Wil. Kellie (scriptore carte):—Apud Edinburgum, 10 Oct. 1594]:—PRETEREA concessit et de novo dedit M. ROBERTO FOULLIS advocato, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — orientale molendinum dict. duorum molendinorum *lie* Guildismylne alias Brandismylne, cum terris molendinariis, tenentibus &c., necnon husbandiam terram *lie* Armstranglandis in villa et territorio de Mekill Pincartoun, terras de Brounslie (vel Bwnislie), 1⅓ terras husb. de Mekill Pincartoun nuncupat. Woddisland, ⅓ terre husb. nuncupat. Crawesland in dicta villa de Mekill P., in dictis comitatu &c.;—quas dictus Geo. junior, tunc de Pincartoun designatus, resignavit:—REDDEND. pro Armestrangisland unam rosam rubeam nomine albe firme;—pro dicto molendino 4 lib. 13 sol. 4 den., pro ceteris 6 lib. 6 sol. 8 den., feudifirme; et duplicando feudifirmas in introitu heredum; cum ceteris (si que essent) in rentalibus comitatus Marchie et dominii de Dumbar contentis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 460.

1232. Apud Edinburgh, 26 Apr.
REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 793),—cum consensu &c. (175.),—confirmavit cartam factam per Jo.

---

sometime Jas. Clerk, umq. Arch. Fergushill, Jas. F. his son, sometime James Kennedie, Jas. Bannatyne, sometime James Eglishame, Daniel E. in Denuvine his son, umq. Peter Cwnnyngham.

Stewarte de Ardmolies vicecomitem de Buitt, —[qua,—pro impletione contractus inter se et ELIZABETHAM HEPBURNE sponsam suam, filiam legit. natu maximam quondam M. Roberti H. de Furde, ab una, et quond. Walterum Hendersone de Ester Grantoune et Eliz. Hepburne ejus sponsam, matrem dicte Eliz., ab altera partibus, de data apud Edinburgh, 9 Mar. 1613, in libris concilii registrari ordinati,—concessit dicte sponse sue, in vitali redditu, et heredibus masculis inter se et eam legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masculis et assignatis dicti Joannis quibuscunque,—5 libratas terrarum de Ardmoleis, 5 mercatas de Mekill Barron, 40 solidatas de Mid Ascok, 40 sol. de Grenan cum molendino, terris molendinariis &c., molendinum, terras molendinarias &c. de Kilchattan, 5½ mercat. de Corrigillis, cum castro de Rothesay, 40 sol. de Dunalunt, 33 sol. 4 den. de Cogach, vic. de Buitt:—TENEND. de principe Scotie: —TEST. D. Jo. Arnott milite preposito de Edinburgh, M. Pat. Hepburne de Smetoune, Jo. Richie:—carta scripta per Geo. Nasmyth servitorem Roberti Kirkwode scribe signeto:—Apud Edinburgh, 8 Mar. 1615]: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 325.

1233. Apud Edinburgh, 17 Maii.

REX,—cum consensu &c. (187.),—concessit et de novo dedit JOANNI HENDERSONE in Murehous, et JONETE WATT ejus sponse,—partem terrarum de Gruikfute que olim fuit quondam Willelmi Glen, extenden. ad 11 solidat. antiqui extentus, cum moris &c. (per Pat. Bartilmo in Gruikfute et Davidem Thomsone occupat.), vic. Linlythgow;—quam dictus Pat., frater et heres quond. Willelmi B. portionarii de Gruikfute, cum consensu Issobelle Greg matris sue resignavit:—TENEND. dictis Jo. et Jon. in conjuncta infeodatione, et heredibus quibuscunque inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, dicti Joannis heredibus et assignatis quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 469.

1234. Apud Edinburgh, 17 Maii.

REX concessit et de novo ad feudifirmam dimisit ARCHIBALDO BALD thesaurario officiario, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—molendinum fullonum *the Walkmylne* cum ejus vallibus, 4 acras arabiles dicto molendino adjacen. versus austrum, alteram acram ex occidente earundem, (quartam) partem pecie terre nuncupate Sprottisflat, cum pecia terre *lie* Ten-aikeris (inter Seggerstane, Stevinstoun et Bairfute), terras de Nether Querrelpittis cum earum acris, tenementum in burgo de Hadingtoun, 3 acras arabiles separatim jacen. in agro *lie* Gallowsyd, ⅛ de Spottisflatt, acram arabilem in *lie* Over Quarrelpittis (inter terras vocat. Mule, Seggerstane et *lie* Abbaymure), dimidietatem pecie terre *lie* Ten-aikeris, in constab. de Haddingtoun, vic. Edinburgh;—quas D. Jo. Arnot de Bersuik miles, tunc denominatus Jo. Arnot prepositus burgi de Edinburgh, resignavit: —et rex voluit quod unica sasina apud *the Walkmylne* capienda pro omnibus staret: —REDDEND. 17 merc.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 472.[1]

1235. Apud Edinburgh, 20 Maii.

REX,—cum consensu &c. (175.),—confirmavit cartam D. Joannis Arnote de Bersuick militis, prepositi burgi de Edinburgh,—[qua concessit Domine HELENE ARNOTE filie sue, et D. GEORGIO HOME de Manderstoun militi ejus conjugi, in vitali redditu, et JOANNI HOME eorum filio natu maximo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, in feodo,—terras et tenandriam de Crumstane (comprehenden. et reservatis *ut in carta* 1014 [2]):—REDDEND. *ut ibidem*:—RESERVATO libero tenemento dicto Jo. A.:—cum precepto sasine directo Jo. Trottar in Fogonuik servitori dicti Geo. H.:—TEST. Wil. et Jac. Arnottis filiis legit. dicti Jo. A., Jo., Jac. et Wil. Arnottis nepotibus ejusdem, M. Alex. Home servo dicti Geo. H.:—carta scripta per Pat. Mosman servitorem Ricardi Cas scribe signeti regii:—Apud Edinburgh,

[1] This charter has the following names of adjoining owners:—Wil. Ogill, Jas. Haddowie, Joh. Forrest, Joh. Dowglas baker, heirs of umq. Joh. Hynd, Joh. Hepburne, Pat. Hepburne *alias* Nunraw, Wil. Ogill writer, John Bald.

14 Jul. 1614] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 456.

1236. Apud Edinburgh, 23 Maii.
REX,—cum consensu &c. (199.),—concessit et de novo in feudifirma disposuit M. JOANNI STRATAUCHIN ministro Evangelii apud Lynphannan, filio natu maximo Willelmi S. de Kirktoun de Kincardin Oneill, et AGNETI TROUP ejus sponse in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jo. et assignatis quibuscunque,—dimidietatem ville et terrarum de Kirktoun de Kincardyn Oneill, cum tenentibus &c., cum integra crofta Cochrancroft nuncupata, croftam nuncupat. Croftros, juxta villam de Burrestoun de Kincardin (intra bondas in vulgari specificatas), quartam partem dicte Kirktoun in occidentali ejus parte, croftam de Kincardin Oneill nuncupatam *the Persounis-croft* (intra bondas specificatas), cum domibus super solo mansionis rectorie de Kyncardin, cum solo dicte mansionis, et camera ex parte australi camere lapidee rectoris de Kynkardin (olim occupat. per Jac. Touch), —loco et horto dicti rectoris in clausura eorundem duntaxat exceptis,—cum jure lucrandi cespites, focalia et turbaria, lutum, limum, calcem, aquam et alia necessaria pro suprascriptis, necnon fimum et letamen dicti loci pro dicta crofta melioranda congregandi, cum communi pastura 4 vaccarum cum earum fetibus, 2 equorum et 20 ovium cum animalibus dicte ville de Kyncardin per totam communiam ejusdem (exceptis *lie teillit-riggis*), cum tenentibus &c., in parochia de Kyncardyn, vic. de Kyncardyn (Abirdene ?) ;—necnon dicto Jo., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—croftam ville et terrarum de Kyncardin Oneill nuncupatam *the Vicaris-croft* (intra bondas in vulgari specificatas), in dictis parochia et vic. ;—quas omnes dictus Wil. resignavit :—REDDEND. pro dicta dimid. et pro Cochrencroft *ut in carta* 185 *tomi precedentis* ; necnon pro ceteris suprascriptis regi (vel M. Joanni Stratauchin seniori tunc rectori de Kyncardin Oneill, vel eorum cuilibet jus optimum habenti) *ut in carta* 726 *tomi precedentis* :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 487.

1237. Apud Greinewich, 30 Maii.
REX transportavit JOANNEM GLASGUENSEM ARCHIEPISCOPUM ad archiepiscopatum S. Andree, vacantem per decessum Georgii ultimi archiepisc. ejusdem; —et concessit dicto Jo., pro ejus vita,—dictum archiepiscopatum S. Andree integrumque beneficium ejusdem ceteraque beneficia ei annexa, cum terris, ecclesiis &c., et pertinentiis quibuscunque tam spiritualitatis quam temporalitatis ejusdem, cum jure regalitatis. P.R. i. 280.

1238. Apud Edinburgh, 2 Jun.
REX,—cum consensu &c. (194.),—confirmavit cartam factam per Wil. episcopum Candidecase ac capelle regie Strivilingen., cui episcopatui prioratus de Quhythorne et abbatie de Tungland et Glenluce tunc unite erant, cum consensu capituli Candidecase, secundum tenorem acti parliamenti apud Edinburgh mense Oct. 1612 in favorem dicti episc. editi,—[qua ratificavit omnes cartas tam per predecessores suos episcopos Candidecase, priores de Quhythorne et commendatarios de Tungland quam per regem virtute acti annexationis concessas D. ROBERTO GORDOUN de Lochinvar militi, aut ejus predecessoribus, de infrascriptis ;—et de novo ad feudifirmam dimisit dicto Rob., heredibus ejus [1] et assignatis quibuscunque,—5 librat. terrarum de Nather Barcapill, 5 mercat. de Kirkconnell et Blakmark, 10 mercat. de Larmannoch, 2 mercatas de Beoch, 5 librat. de *lie* Over Culquha et Brigend, 5 libratas de Nather Culquha, 5 librat. de Ballannane, 5 librat. de Over Ballincrosche, 5 librat. de Nather Ballincrosche, 5 librat. de Argranane, Litill-Park et Grayiscroft, 10 libratas *lie* Maynis de Tungland, cum granorum et fullonum molendinis de Tungland, astrictis et aridis multuris, molendinorum croftis, salmonum piscariis in aqua de Die consuetis (cui granorum molendino astricte sunt

[1] Most of the clauses add *masculis*.

omnes dict. terre, necnon 5 librate terrarum de Over Barcapill ad Davidem Arnatt et 5 librate de Dunjope olim ad Jo. Aschennane de eodem in feudifirma pertinentes), in parochia de Tungland, senesc. Kirkcudbrycht; hereditarium officium ballivatus deputati omnium possessionum monasterii de Tungland, cum feodis &c.; 10 mercat. terrarum de Ballinsalloch, in *lie Mars* de Crie, baronia de Pennyghame, vic. Wigtoun; 5 librat. terrarum de Endrig cum molendino, in baronia de Kirkchryst, senesc. Kirkcudbrycht; 8 mercat. terrarum de Over Glasnych nuncupat. Garglasnych, 4 mercat. de Kiltyeild (vel Kiltyeill), 2 mercat. de Killimoir, 3 mercatas de Kirkchryst, 2 mercatas de Bart(r)ostane, cum molendino dicte baronie de Glasnych, in baronia de Pennyghame, vic. Wigtoun; cum officio ballivatus terrarum et baronie de Glasnych, cum feodis &c.; cum fortaliciis, maneriebus, molendinis, salmonum piscariis omnium suprascript.;—et omnes incorporavit in liberam tenandriam de Glasnych, ut unica sasina apud maneriei locum de G. capienda pro omnibus staret: —REDDEND. dicto episc. pro Nather Barcapill 7 libras 10 sol., 10 bollas ordei *lie gressume-beir*, 5 bol. farine avenatice *lie dry-multure-meill*, bollam ordei *lie dry-multure-beir*; pro Kirkconnell et Blakmark 3 lib., 2 bol. farine *lie dry-multure-meill*; pro Larmannoch 20 merc., et 50 sol. pro *lie drie-multour-meill*; pro Beoche 49 sol. 4 den., et 20 sol. pro *lie drie-multure-meill*; pro Over Culquha et Brigend 18 merc., 10 bol. *lie gressume-beir*, bollam *lie drie-multour-beir*, 6 bollas *lie dry-multour-meill*, 4 duodenas pultrearum, 4 anseres; pro Nather Culquha 10 libras, 10 bol. *lie gressum-beir*, bollam *lie dry-multour-beir*, 6 bollas *lie dry-multour-meill*, 4 duodenas pultrearum, 4 anseres; pro Ballannane *ut pro Nather Culquha*; pro Over Ballincrosche 16 merc., 10 bol. *lie gressume-beir*, 6 bol. farine, 1½ bol. *lie drie-multour-beir*, 4 duodenas pultrearum; pro Nather Ballincrosche 10 lib., 6 bol. *lie drie-multour-meill*, 1½ bol. *lie drie-multour-beir*; pro Argranane &c. 5 libras 3 sol., 5 bol. *lie gressume-beir*, 9 bol. *lie dry-multure-meill*, 2 bol. *lie dry-multure-beir*; pro Maynis de Tungland cum piscariis 30 libras; pro granorum molendino cum aridis multuris de Over Barcapill 6 bol. *lie drie-multure-meill* et bollam *lie multure-beir*, pro multuris de Dunjope 4 bol. *lie dry-multour-meill*; pro molendino fullonum 10 libras; aut pro qualibet bolla victualium 6 sol. 8 den., pro duodena pultrearum 4 sol., pro ansere 12 den.; et 6 libras augmentationis; cum arreagiis et carreagiis consuetis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum;—pro dicto officio ballivatus deputati unum den. albe firme; necnon ministrando justitiam quoties requisiti essent; — pro Ballinsalloche 13 lib. 6 sol. 8 den., et 13 sol. 4 den. augmentationis, pro Endrig 20 lib., et 13 sol. 4 den. augmentationis, in toto 34 lib. 13 sol. 4 den.; necnon duplicando &c. (*ut supra*); necnon portando grana de Ballinsalloche ad molendinum de Pennyghame molenda, multuras consuetas solvendo; et prestando unam sectam ad placitum capitale apud . . ., et unam sectam ad placitum capitale apud . . ., post festum Michaelis;—pro Over Glasnych et seqq. 25 lib. 6 sol. 8 den., et 6 sol. 8 den. augmentationis, cum aliis aregiis et devoriis consuet.; et 3 sectas ad 3 placita capitalia baronie de Glasnych apud Craigboy; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum;—necnon reddendo cetera in antiquis rentalibus contenta vel solvi solita:—cum precepto sasine:—TEST. And. Cowper fratre germano dicti episcopi, Jo. Gilmour scriba signeto regio, M. Jac. Eistoun servitore dicti episc., M. Francisco Hay servitore Jacobi Kynneir scribe signeto (scriptore carte):—Apud Edinburgh et . . ., 25 et . . Jan.1614]: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 444.

1239. Apud Edinburgum, 2 Jun.

REX,—cum consensu &c. (175.),—concessit et de novo dedit ANDREE BRUCE de Westir Maill in Orkney, et [MARIOTE] WEYMIS ejus sponse,—orientalem dimidietatem terrarum de Bowhill, cum molendino, terris molendinariis &c., et carbonibus, peciam terre *lie* Stredhous ad dictam dimid. annexam, in baronia de Lochorschyre, vic. de Fyiff;—necnon, in speciale warrantum earundem, annuum redditum

500 merc. de terris et baronia de Drumlochie (comprehenden. *ut in carta* 1196), vic. Perth (viz. ann. red. 100 librarum in speciale warrantum de Stredhous, &c.) ;—quas terras Wil. Chalmer senior de Drumlochie et Wil. C. junior ejus filius (cum consensu Agnetis Sybbald sponse dicti Wil. junioris, Georgii C. fratris germani dicti Willelmi senioris, et . . . donatoris eschaete dicti Wil. junioris), et quem ann. red. dictus Wil. junior (cum consensu dicte Ag.), resignaverunt :—TENEND. dictis And. et Mar. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti And. quibuscunque :—REDDEND. pro terris jura et servitia debita et consueta ; pro annuo redditu 2 den. albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 475.

1240. Apud Edinburgh, 6 Jun.

REX,—cum consensu &c. (177.),—confirmavit cartam Gulielmi M'Culloch de Myrtoun, et Marie M'Culloch ejus sponse, et Alexandri M. eorum filii et apparentis heredis,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendiderunt DAVIDI PRINGILL de Bardarroche, heredibus ejus et assignatis,—2½ mercat. terrarum de Bardarrach cum mansione, 5 mercat. de Glengepenoch, 5 mercat. de Drummukloch, 5 merc. de Kereclach, 5 mercat. ex 20 mercatis vocatis Newtoun de Cardines, antiqui extentus, in parochia de Anniueth, baronia de Cardines, senesc. de Kirkcudbricht :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine directo Rob. Creichtoun :—TEST. Joanne M'Culloch de Arduell, Rob. Maxwell fratre germano Joannis M. de Mureith, Gulielmo M'Kie filio Joannis M. mercatoris burgen. de Wigtoun, Geo. M'Ilweyan degente apud Lochend de Myrtoun :—carta scripta per Mich. Cochran notarium :—Apud Myretoun, 28 Maii 1615] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 459.

1241. Apud Edinburgh, 6 Jun.

REX,—cum consensu &c. (194.),—confirmavit cartam D. Willelmi Livingstoun de Kilsyith militis, unius senatorum collegii justitie,—[qua,—ex rogatu et cum consensu Alexandri comitis de Linlythgow domini Livingstoun et Callendar &c., et Alexandri dom. Livingstoun ejus filii legitimi natu maximi et heredis apparentis (in cujus Alexandri junioris favorem Domina Helena Hay comitissa de Linlythgow conjux dicti comitis renunciaverat jus suum ad infrascripta),—pro perimpletione contractus de data apud Edinburgh, 3 Jun. 1615,—vendidit ALEXANDRO LIVINGSTOUN de Panteskane, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, sub reversione,—terras et baroniam de Harbertschyre (comprehenden. *ut in carta* 788) :—TENEND. de rege :—REDDEND. *ut in carta* 788 :—cum precepto sasine directo Herculi Synclair :—TEST. Jo. Livingstoun de Falsyid, Thoma Callendar, Rob. Livingstoun, servitoribus dicti com., Jac. Kynneir scriba signeto regio :—carta scripta *ut in carta* 792 :—Apud Edinburgh, 8 Jun. 1615 (*sic*)] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 465.

1242. Apud Edinburgh, 8 Jun.

REX,—cum consensu &c. (175.),—confirmavit cartam factam per Alex. episcopum Dunkelden., cum consensu decani et capituli ejusdem,—[qua concessit et de novo dedit M. ALEXANDRO IRELAND, ministro Evangelii in ecclesia de Kynclevin, —molendinum olim de Pittindynie sive Kynwaid tunc de Mylnhoill de P. nuncupatum, cum terris molendinariis, cum parte terrarum de Pittindynie vocata *the Berriebank* dictis terris molendinariis adjacente ex occidentali parte, cum multuris, *knaifschipis* &c. omnium terrarum de Pittindynie pro *in-thirl multure*, et terrarum de Kynwaid pro *out-thirll multure*, cum servitutibus &c. tenentium de Pittindynie (dictis terris molend. &c. jacentibus contigue intra bondas in vulgari specificatas), cum focalibus, cespitibus, glebis, *lie fewall, faill, dowattis, turffis, hedder and brwme* ab omnibus moris et marresiis de Pettindynie ad usum suprascriptorum, cum pastura *of sex ky with thair followeris, fourtie scheip with thair lambis, and four horsis* in pascuis terrarum de Pittindynie saltem quatenus tenentes de P. et eorum bona pascerentur (*the haynit and in-gras of the foirnamit toun and landis being exceptit*),

in baronia de Dunkeld, vic. Perth ;—quas Rob. Merschell de Pitcarnes, Jac. Murray frater germanus D. Willelmi M. de Abercardny militis, et Pat. Rattray de Kinwaid cum consensu Catarine Murray conjugis dicti Patricii, Joannis R. filii et apparentis heredis dicti Pat., et Patricii Broun de Westhorne, resignaverunt :—Tenend. dicto M. Alex. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti M. Alexandri quibuscunque, irredimabiliter, de dicto episc. in feudifirma :—Reddend. 4 libras, tanquam partem 33 librarum 6 sol. 8 den. pro quibus terre et molendinum de Pettindynie per predecessorem dicti episc. quondam Thome Merschell avo dicti Roberti in feudifirma locate fuerunt ; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum ; necnon solvendo 12 den. augmentationis ; et prestando 3 sectas ad 3 curias capitales dicte baronie, et alias curias dicti episc. cum premoniti essent ; et si in solutione deficerent per tres terminos, hec infeodatio nullius esset roboris :—cum precepto sasine directo And. Wilsoun mercatori burgensi de Perth :—Test. M. Joanne Andersone servitore dicti episcopi, Carolo Rollok mercatore burgen. de Perth, Joanne Merser scriba in Perth (scriptore carte), Jacobo Williamsoun polentario burgensi de Perth :—Apud burgum de Perth et Dunkell, 17 et 18 Aug. 1614] :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 430.

1243. Apud Edinburgh, 8 Jun.

REX confirmavit cartam Andree episcopi Lesmoren.,—[qua, cum consensu capituli ejusdem, ad feudifirmam dimisit JACOBO MARCHIONI DE HAMMILTOUN com. Aranie dom. Aven et Avendaill &c., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras &c. infrascriptas, que ad ejus predecessores pertinuerunt de episcopis Lesmoren. in feudifirma tente, viz. terras de Ceskane, cum manerie et piscationibus, extenden. ad 20 mercat. antiqui extentus, in insula Arranie, vic. de Bute ; 4 mercat. terrarum de Saddell *lie* Maynis de S. nuncupatas, 3 mercat. de Corscaddell, 20 solidat. de Leffinchorraucht, 20 sol. de Leffinbeg, mercatam de Ulladill, mercatam de Kilmichell, 2 mercat. de Leffenmoir, 2 mercat. de Giristill, 20 solidat. de Iffernan, 20 sol. de Bradiffernan, 20 sol. de Monychwill, 2 merc. de Uggadill, 2 mercat. de Kildonane, mercatam de Ormissary, 8 sol. de Kellabill, 2 mercat. de Knockchantibeg, 2 mercat. de Lessinwark, ½ mercatam de Ellendewar, 2 mercatas de Ballewachan, 2½ mercat. de Knokingoir, 2½ mercatas de Drumnaylay, mercatam de Bordadow, 4 mercat. de Kilmory, 3 mercat. de Auchinleskin, 20 sol. de Druminamukloch, extenden. in toto ad 48 mercat. antiqui extentus vocat. *lie* Saddell, infra limites de Kintyre, vic. Tarbert ;—quas 48 mercatas in Kintyre jacentes dictus episc. univit ut unica sasina apud dictas 4 mercatas de Saddell capienda pro omnibus staret ;—et constituit dictum Jac. hereditarium capitanum, constabularium et custodem maneriei seu fortalicii de Saddell :—Reddend. dicto episc. pro Ceskane 41 merc., cum 13 sol. 4 den. augmentationis ; pro dictis 48 mercatis 49 merc., et 13 sol. 4 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine :—Test. M. Donaldo M'Cloy vicario de Kilmodane, M. Jo. M'Clachlane vicario de Seall, Joanne Reid vicario de Kilnyndir, M. Jo. Campbell vicario de Nischeall (Inscheall ?), M. Adamo Boyd filio dicti episc., M. Arch. M'Clachlane servitore dicti episc., Tho. Wilsoun scriba in Hammiltoun (scriptore carte), Jo. Hammiltoun de Westoun :—Apud Dwnnone, 25 Maii 1615] :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 443.

1244. Apud Edinburgh, 8 Jun.

REX confirmavit cartam Roberti Lundie de Balgony,—[qua, pro impletione literarum obligatoriarum de data presentium, concessit EUPHAMIE DURIE sponse sue (que infeodata erat, secundum tenorem contractus sui matrimonialis, in terris de Nather Carnbo cum molendino, ¾ terrarum de Over Carnbo, Brauchtie et Gollane, vic. de Perthe, quas dicti Rob. et Euph. alienaverant in favorem M. Joannis Halyday advocati), in vitali redditu,—terras de *lie* Mylntoun de Balgony, in baronia de Balgonie, vic. de Fyiff :—Tenend. de rege : —cum precepto sasine :—Test. D. Geo.

Boswell de Balmuto[1] milite, M. Jo. Halyday, M. Davide Aytoun, advocatis, M. Rob. Durie in Pitcruvie, Jo. Dicksoun servitore dicti M. Jo. :—carta scripta *ut in carta* 733 :—Apud Balgony, 5 Jun. 1615] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 281.

1245. Apud Edinburgh, 8 Jun.

REX dedit literas remissionis ARCHIBALDO KER in Bowdoun, et GEORGIO KER ibidem ejus filio, pro eorum vita duraturas,—pro arte et parte necis Michaelis Lethane incole in Boudoun, accidenter commisse. P.R. i. 282.

1246. Apud Edinburgh, 9 Jun.

REX concessit et de novo in feudifirma locavit M. ALEXANDRO MENTEITH de Mongwell, et MARGARETE COLVILL ejus sponse,—terras de Aschintrule (per Tho. Cairnis, Jo. Young, Tho. Makcapie, And. Stobie, Jo. Callender, Tho. Clawsoun et And. Heart occupatas), in dominio de Strivilingschyre, vic. ejusdem ;—quas Rob. Callendar de Maner, cum consensu Walteri Callendar de Bordie ad cujus instantiam inhibitio contra dictum Rob. lata extitit, resignavit :—TENEND. dictis Alex. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. inter eos legit. procreat. absque divisione, quibus def., dicto Alex., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque :—REDDEND. 20 lib. ; necnon duplicando &c. (cum ceteris *ut in carta* 108) ; et si de murthuro, communi furto aut voluntaria receptione communis furti convicti essent, hereditatem amitterent, et, quamvis pro vita compositionem fecissent, non introirent ad dict. terras nisi benevolentiam regis desuper obtinuissent ; nec liceret accedere in *lie oisting* nisi cum rege aut regis locumtenentibus :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 462.

1247. Apud Edinburgh, 9 Jun.

REX,—cum consensu &c. (194.),—ratificavit cartam alienationis per quondam Alex. Myretoun liberetenementarium de Randerstoun factam quond. Davidi M. ejus filio, heredibus ejus et assignatis,—de terris de Newtoun, in parochia de Carraill, vic. Fyiff ;—TENEND. de priorissa et conventu de Hadingtoun ;—de data apud Randerstoun, 13 Nov. 1564 :—NECNON cartam per dictum Davidem factam ARTHURO MYRETOUN ejus nepoti, heredibus ejus masc. et assignatis,—de eisdem ;—TENEND. de rege virtute acti annexationis ;—de data apud Cambo, 13 Dec. 1609 :—INSUPER dict. terras dicto Arth. de novo ad feudifirmam dimisit :—REDDEND. 4 merc., et 3 sol. 4 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ; et observando &c. (*ut in carta* 4) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 466.

1248. Apud Edinburgh, 9 Jun.

REX concessit et,—cum consensu &c. (175.),—de novo dedit D. JACOBO STEWART de Killeith militi, et heredibus ejus masculis gerentibus nomen et arma de Stewart ex familia de Uchiltrie,—terras, dominium et baroniam de Uchiltrie, unitas in unum dominium et baroniam cum omnibus honoribus et titulis, viz. *lie* Maynis de Uchiltrie extenden. ad 7½ mercat. terrarum, cum castro, manerie loco, *lie Dalineholmis*, molendino, terris molendinariis, *lie Mylneholme*, piscariis, cum villa *lie* Clauchanetoun de Uchiltrie et acris ejusdem, 2 mercatas terrarum de Burnokheid, 2½ mercat. de Darnetaggart et Hannaystoun, cum molendino *lie Newmylne*, ejus terris &c., 4 mercat. de Knokscifnok, 4 mercatas de Pinstannie, 4 mercatas de Craftheid et Barquharrie, mercatam de [Palmerstoun, mercatam de][2] Know, 23 solidat. 4 den. de Brigmark, ½ mercatam de Bornemouth, 4 mercatas de Leflumnok, 4 mercatas de Auchincloch et Bent, cum fortalicio et manerie loco, 4 mercat. de Plaid, 4 mercat. de Burnokstoun, 3 mercat. de Finlaystoun, 3 mercat. de Tarbeg, 3 mercat. de Lesnessok, 3 mercat. de Claignoch, cum molendino, terris molendinariis &c., 20 sol. de Killoch,

[1] *Balgony* is struck out and *Balmuto* substituted, leaving it doubtful whether Sir Geo. Boswell of Balgony or Sir John Boswell of Balmuto be the person intended.

[2] The words enclosed within square brackets do not appear in the former of the two copies of this Charter in the Register, and are supplied from the latter copy.

4 mercat. de Terelgin, mercatam de Clandiehill, 40 den. de Glenturkeine (vel Glenlurkeine), 20 sol. de Corslat, 20 sol. de Glengaber, 3 mercat. de Craigoch, 4 mercat. de Balturk, 4 mercat. de Pennimoir, 2 mercat. de Cowquhallane, mercatam de Mekill Jokistoun alias New-intak, 10 sol. 4 den. de *lie* Hill, 40 sol. de Gallelie, 2 mercatas de Auchinlyne, 2 mercatas de Glenconner, mercatam de Rottinraw, 2 mercat. de Barlochie, 16 sol. de Gargowne, 2 mercatas de Auchinbey, mercatam de Plotcok, 10 sol. de Nather Craigoch, mercatam de Steill, 2 mercatas de Ovirglen, cum castris, manerie-bus, molendinis, piscariis, cunicularis, carbonibus, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum, beneficiorum et capellaniarum, cum ceteris terris ad dict. dominium et baroniam pertinentibus, cum terris ecclesiasticis de Uchiltrie vocatis Vicarsholme, cum advocatione rectorie et vicarie de Uchiltrie cum decimis &c., vic. de Air; terras et baroniam de Erlistoun extenden. ad 40 librat. antiqui extentus, cum castris &c. (*ut sup.*), glebatoriis, moris et pasturagiis, advocatione rectorie et vicarie de Sanct-Johnis-kirk de Dunry, in senesc. Kirkcudbrycht;—que fuerunt Andree dom. de Uchiltrie; et quas dictus And., And. magister de U. ejus filius legit. natu maximus et Geo. Craufourd feodatarius de Lefnoreis, cum consensu Domine Margarete Keith domine Blairquhan matris dicti dom., Domine Margarete Kennedie sponse dicti dom., et Domine Anne Stewart sponse dicti magistri, resignaverunt; et quas rex incorporavit in liberum dominium et baroniam de Uchiltrie, ordinando castrum de U. principale fore messuagium:—REDDEND. pro dictis terris ecclesiasticis 13 lib. 6 sol. 8 den., et 3 sol. 4 den. augmentationis, cum duplicatione dicte feudifirme in introitu heredum; pro jure patronatus ecclesie de Uchiltrie unam rubeam rosam nomine albe firme; pro ceteris jura et servitia debita et consueta:—TEST. 99. 46. 93. 123. 72. 120. 49. 121. xlvii. 470. et l. 48.[1]

1249. Apud Edinburgh, 9 Jun.

REX confirmavit cartam quondam Davidis episc. Rossen.,—[qua, cum consensu decani et capituli sui, ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit GEORGIO COMITI DE CAITHNES dom. Synclair de Berrydaill &c., et Domine JEANNE GORDOUN comitisse de Caithnes ejus sponse,—½ davatam terre nuncupatam Kyncurdy, cum capella in K. et horto capelle, cum salmonum aliorumque piscium piscatione infra mare et in aliis aquis adjacen., in diocesi Rossensi, vic. de Invernes;—quas iidem Geo. et Jean. de rege tenuerant post actum annexationis:—TENEND. dictis Georgio et Jean. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti Geo. quibuscunque, de dicto episc.:—REDDEND. 8 lib. 3 sol. 4 den., 4 bollas ordei, *lie half custome mairt*, 2 muttones, 6 capones, 6 *lie pultrie*, 2 hedos et 40 ova, cum ceteris in antiquo rentali contentis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo And. . . . burgensi de Rosmerkie et Davidi Forbes alias Millar in Denmillis:—TEST. M. Jeremia Lyndsay filio dicti episc., Jo. Dumbar de Awache, Jac. Wod servitore dicti episc., M. Jo. Mansoune in Caithnes:—carta scripta *ut in carta* 49:—Apud Letham, 26 Mar. 1607]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 494.

1250. Apud Edinburgum, 10 Jun.

REX concessit et,—cum consensu &c. (175.),—de novo in feudifirmam disposuit M. JOANNI LEYTH commissario Abirdonen., et KATHARINE GARDYN ejus sponse,—villam et terras de Blairtoun, cum manerie, molendino, terris molendinariis &c., terras ecclesiasticas per quondam D. Jac. Alesoun et postea per quond. Rob. Gardyn possessas, cum lasuris, moris, marresiis, communitate, communi pastura, tenentibus &c., in parochia de Belhelvie, vic. Abirdene;—quas Rob. Gairdyn in Balgerscho filius et heres quond. Roberti G. de Blairtoun, et M. Rob. Gardyn scriba commissariatus Abirdonen. filius et heres quond. M. Thome G. de Blairtoun, resignaverunt:—TENEND. dictis Jo. et Kath. in conjuncta

[1] The list of witnesses is in the latter copy only.

infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joannis vel assignatis quibuscunque :—REDDEND. pro Blairtoun 20 lib. 6 sol. 8 den., et 24 sol. pro pretio 24 *lie pultrie*, pro terris ecclesiasticis 27 sol. ; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum, successorum et assignatorum ; necnon observando cetera (si que essent) in originalibus cartis contenta : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 468.

1251. Apud Edinburgh, 13 Jun.
REX,—cum consensu &c. (166. 177.),—concessit ADAMO CUNYNGHAME advocato, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Neis et Glenaebank extendentes ad 3 mercat. terrarum, Dalcrum et Craigscheillis ad 3 mercat., duas Glenkillis ad 6 mercat., Holhous et Dere ad 3 mercat., in baronia de Kirkmichaell, vic. de Drumfreis ; principale molendinum dicte baronie, cum officio balliatus dicte baronie ;—quas Oliverus Dinwoddie in Glenae, heres quondam Harberti Johnstoun proavi sui qui fuit filius et heres quond. Harberti J., resignavit ; et quas rex dicto Adamo de novo dedit, cum tenentibus &c. ; et voluit quod unica sasina apud Craigscheill capienda pro omnibus staret :—REDDEND. 3 sectas ad 3 placita capitalia vic. de Drumfreis, cum warda &c. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xlvii. 483.

1252. Apud Edinburgh, 13 Jun.
REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 793),—cum consensu &c. (194.),—confirmavit cartam Bricii Blair de eodem,—[qua concessit ANNABELLE WALLACE sponse sue, in vitali redditu,—in plenariam contentationem ejus conjuncte infeodationis, vitalis redditus aut tertie,—5 librat. terrarum de Colkany, 5 mercat. de Auchinconner et Trudzeochis, antiqui extentus, in baronia de Blair, balliatu de Cunynghame, vic. Air :—TENEND. de Carolo principe : —TEST. Arch. Stewart de Ardgowane, Jac. Mowett de Busbie, Bricio Blair filio et herede apparente dicti Bricii, Tho. Nevin de Monkridding (scriptore carte), M. Jo. Cunynghame ministro Verbi Dei apud ecclesiam de Dalry :—Apud Blair, 13 Mar. 1615] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
P.R. i. 285.

1253. Apud Edinburgum, 14 Jun.
REX,—cum avisamento &c. (177.),—concessit ALEXANDRO FRASER filio legit. natu maximo et heredi apparenti Thome F. (portionarii) de Eister Monyak, et MARGARETE DOUGLAS ejus sponse,—dimidietatem ville et terrarum de Eister Monyak, in baronia de Monyak, vic. de Invernes ;—quam dictus Tho. resignavit ; et quam rex dictis Alex. et Marg. de novo dedit, cum ejus gressumis et pasturagiis :—TENEND. dictis Alex. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Alex., arma et cognomen de Fraser gerentibus, et assignatis quibuscunque, irredimabiliter :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xlvii. 463.

1254. Apud Edinburgum, 15 Jun.
REX,—cum consensu &c. (177.),—confirmavit cartam Henrici Wod de Bonytoun, —[qua,—cum consensu Anne Cokburne conjugis sue, aliorumque subscribentium,—pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit GEORGIO GORDOUN de Gicht, et ISSOBELLE WODE ejus conjugi,—terras de Cuikbirnes, cum molendino, terris molendinariis &c., cum pendiculo nuncupato Tullybrex (per dictum Hen., Alex. Wyildguis, Jo. Gellen, Tho. Torrie, [Jo. Lawriesoun] et . . tenentes suos occupatas), in baronia de Bonytoun per annexationem, vic. Abirdene ;—necnon, in speciale warrantum earundem, terras suas de Kinblathmonth subscriptas, viz. Gilkhorne cum molendino, terris molendinariis &c., Hantestoun cum tenentibus &c., ¾ de Annestoun et Myirsyid, ter. de Inchscheok, in dicta baronia, vic. de Forfar :—TENEND. dictis Geo. et Is. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Geo. quibuscunque, absque reversione, de rege in alba firma :—cum precepto sasine : —TEST. D. Davide Carnegie de Kynnaird, D. Wil. Grahame de Claverhous, Jac. Gray

de Schives, M. Alex. Wedderburne scriba curie Deidonane, M. Jacobo W. ejus filio (scriptore carte), Tho. Fyff servitore dicti M. Alex. :—Apud Dundie et . . . , 25 Maii et . . 1615] :—PRETEREA suprascripta dictis personis de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 423.

1255. Apud Edinburgh, 15 Jun.

REX confirmavit cartam Willelmi Cokburne de Skirling,—[qua, pro se et Joneta Hammiltoun sponsa sua,—pro observatione contractus de data apud Edinburgh, 1 Jun. 1615,—vendidit D. RICARDO COCKBURNE de Clerkingtoun militi, secreti sigilli domino et uni senatorum collegii justitie, et Domine MARGARETE COCKBURNE ejus conjugi,—terras de Lethame cum fortalicio, acras arabiles infra constab. et apud burgum de Hadingtoun, cum advocatione capellaniarum et altarium B.V.M. et S. Blasii in ecclesia parochiali de Hadingtoun, cum communitate et communi pastura, de novo in unam tenandriam de Lethame incorporatas, in dicta constab.: —TENEND. dictis Ricardo et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Ric. quibuscunque, de rege :—REDDEND. 2 den. argenti nomine albe firme :— cum precepto sasine :—TEST. M. Roberto Boyd advocato, Alex. Mekill ejus servitore, Jac. Stratoun scriba, Rob. Weir ejus servitore (scriptore carte), Jac. Cockburne servitore dicti Ric. :—Apud Edinburgh, 6 Jun. 1615] :—PRETEREA suprascripta dictis Ric. et Marg. de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 426.

1256. Apud Edinburgh, 15 Jun.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 793),—cum consensu &c. (194.),—concessit et de novo dedit M. GAVINO BLAIR de Manismure, fratri germano Bricii B. de eodem, et ANNABELLE STEWART ejus sponse,— $2\frac{1}{2}$ mercat. terrarum antiqui extentus de Kirkwode, cum molendino, capella et terris ad eam pertinentibus, in balliatu de Cunynghame, vic. Air ;—quas Hugo Crawfurd de Clobarhill junior cum consensu Hugonis C. de C. senioris resignavit :— TENEND. dictis Gav. et An. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Gav. de corpore legitime procreandis, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. et assignatis dicti Gav. quibuscunque, de Carolo principe :—REDDEND. jura et servitia debita et consueta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 441.

1257. Apud Edinburgh, 15 Jun.

REX,—cum consensu &c. (200.),—concessit et de novo dedit M. GEORGIO SEYTOUN de Barrache, cancellario de Abirdene,— utrasque dimidietates villarum et terrarum de Barrache, terrarum de Westerhous, Phillaw, Eshinheid, Fuirdailhous, duas sextas partes de Pitgowny, molendinum de Bourtie cum ejus terris &c., terras de Muretoun cum multuris et *lie knaifschip*, cum maneriebus, tenentibus &c., in parochia de Bowrtie, vic. Abirdene ;—quarum unam dimid. idem Geo., alteram Jac. King portionarius de Barrach filius legit. senior quondam Willelmi K. portionarii de B. et quondam Elizabethe Pantoun ejus prime sponse, Wil. K. ejus legit. filius senior, Rob. K. filius legit. senior dicti quond. Wil. et Elizabethe Meinzies ejus sponse, et dicta Eliz. M., resignaverunt ;—necnon partem ville et terrarum *lie* Kirktoun de Bourtie ab antiquo ad rectoriam de Bourtie spectantem, partem earundem ab antiquo ad vicariam ejusdem spectan., in parochia de Bourtie, regalitate de Gareoch, vic. de Abirdene ;— quas idem Geo. resignavit ;—et quas omnes rex incorporavit in liberam baroniam de Barrache, ordinando fortalicium de B. principale fore messuagium :—TENEND. dicto Geo. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis et assignatis quibuscunque, quibus deficientibus, Joanni Seytoun de Meldrum, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque : — REDDEND. pro terris rectorie 6 lib. 13 sol. 4 den., cum 40 den. augmentationis, pro terris vicarie 4 lib. 13 sol. 4 den., cum 40 den. augmentationis, nomine feudifirme, necnon duplum feudifirme in introitu heredum ; pro ceteris jura et servitia debita et consueta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 467.

1258. Apud Edinburgh, 17 Jun.
REX concessit THOME DALZELL de Manerstoun, heredibus ejus et assignatis (redimabiles infra septennium),—terras et baroniam de Closburne, cun fortalicio, manerie loco, molendinis, piscationibus, tenentibus &c., vic. de Drumfreis;—que fuerunt D. Thome Kirkpatrik de Closeburne militis; et 27 Maii 1615 (comparente Tho. M'Birnie notario procuratore pro dicto Tho. D.), appreciate fuerunt pro 1654 lib. [1] dicto Tho. D. debitis, et pro 82 lib. 14 sol. pro feodo Jacobi Creichtoun nuncii, vicecomitis in hac parte:—REDDEND. unum den. argenti si peteretur tantum, aliaque in antiquis infeofamentis contenta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 283.

1259. Apud Edinburgh, 20 Jun.
REX,—cum avisamento &c. (185.),—confirmavit M. WILLELMO SCOTT de Elie—terras et baroniam de Ardrois, comprehendentes terras et baroniam de A. cum fortalicio, manerie, cunicullariis, *lie lynkis*, terras et baroniam de Elie, cum burgo baronie, portu, statione ac *lie harbrie* de E., cum fortaliciis, maneriebus, *lie lynkis*, cunicullariis, molendinis, piscationibus, villam, terras, moras et hortos de Balclavie, marresium Lathrowismyre nuncupat., terras vocat. Peterismailling, Fyiffisfauld, Bromefauld, Cotterland, Walflatt, Thorterlandis, Westmyirsyde, *lie* Over-lynkis, cum castris, maneriebus, molendinis, piscationibus, lacubus, *lie lynkis*, cunicullariis, moris, marresiis, tenentibus &c., que omnes ab antiquo fuerunt partes baronie de Ardrois, in parochia de Kilconquhar, vic. Fyiff;—quas idem Wil. personaliter resignavit; et quas rex ei de novo dedit, cum *lie* Maynis de Ardrois, et lacu ab antiquo nuncupato *lie* Reidmyre (inter terras de Sandfuird et Kilconquhair ac terras et baronias de Elie et Ardrois); et omnes incorporavit in liberam baroniam de Ardrois, ordinando fortalicium et maneriem de A. principale fore messuagium:—TENEND. dicto Wil. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ejus masculis quibuscunque insignia et cognomen de Scott gerentibus:—REDDEND. unum den. argenti nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 440.

1260. Apud Edinburgh, 21 Jun.
REX,—cum consensu &c. (175.),—concessit et de novo dedit JACOBO WYNRAME signeti sui custodi, et JEANNE SUYNTOUN ejus sponse,—terras et baroniam de Nather Libbertoun, cum tenentibus &c., molendino ac terris molendinariis, ab antiquo in baroniam erectas, deinde ad baroniam de Corstorphing unitas, et nuper ab ea demembratas et de novo in unam baroniam de Nather Libbertoun erectas,—necnon, in speciale warrantum earundem, ceteras terras et alia ad baroniam de Corstorphing pertinen. (exceptis *ut in carta* 739),—vic. de Edinburgh;—quas M. Alex. Gibsoun de Durie resignavit;—necnon terras (et baroniam) de Over Libbertoun, cum tenentibus &c., ab antiquo a terris et baronia de Dalmahoy separatas et postea ad easdem unitas, vic. de Edinburgh;—quas Alex. Dalmahoy de eodem liberetenementarius earundem, D. Jo. Dalmahoy feodatarius de eodem, et dictus M. Alex. tanquam jus ab eis habens, resignaverunt;—et quas terras &c. de Over L. rex a baronia de Dalmahoy demembravit; et terras &c. de Nather et Over L. de novo incorporavit in liberam baroniam de Libbertoun, ordinando quod unica sasina apud villam de Nather L. pro dicta baronia, et unica sasina apud montem de Corstorphin pro terris warranti, staret:—TENEND. dictis

[1] By bond dated at Quhythall, 10 Nov. 1609 (recorded in the books of council and session 6 Sept. 1610), the said Sir Tho. was bound to pay said Tho. D. £1400, with £100 liquidate expenses; and by bond dated 20 Jun. 1609 (recorded 17 Mar. 1610), the said Sir Tho. was bound to pay Wil. Rig merchant burgess of Edinburgh £134, with £20 expenses; which latter debt was assigned to said Tho. D. 29 Mar. 1615. The names of the assize are as follows:—Joh. Creichtoun of Craufurdstoun, Joh. Edyar of Inglistoun, Tho. Fergussone of Ketloche, Joh. Fergussone of Carrochdu, Joh. Greirsone of Nethir Inglistoun, Alex. Greirsone of Fynlarg, Barth. Smart of Marquhirne, Arthur Cunynghame of Craignestoun, John Wallace of Bracansyde, Alex. Fergusone of Ile, And. Portar of Bellini, Tho. M'Murdie in Mynivie, Alex. Kirco in Bognie (Bogrie ?), Rob. Haffill and Rob. Smyth burgesses of Drumfreis.

Jac. et Jean. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Jac. de corpore legit. procreatis (qui solverent filiabus inter dictos Jac. et Jean. 20000 merc. equaliter inter eas), quibus def., heredibus fem. inter dictos Jacobum et Jean. legit. procreatis, quibus def., heredibus et assignatis dicti Jac. quibuscunque: —REDDEND. pro Nather Libbertoun et terris warranti *ut in carta* 739 ;—pro Over L. jura et servitia debita et consueta ; taxando wardam &c. ad 24 lib., et maritagium ad 100 mercas (ratione taxationis contente *in carta* 773 *tomi precedentis*) :— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 471.

1261. Apud Edinburgum, 22 Jun.

REX,—cum consensu &c. (194.),—confirmavit M. JOANNI HALYDAY de Tullyboyll, advocato coram dominis concilii et sessionis, et HELENE OLIPHANT ejus sponse in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masculis dicti M. Jo., cognomen et arma de Halyday gerentibus, et assignatis quibuscunque, — terras de Tullyboyll, cum molendinis, terris molendinariis &c., moris, marresiis, labenis, cum omnibus privilegiis in infeofamento quondam Joanni H. advocato, patri dicti M. Jo., concesso contentis, vic. Fyiff ; terras de Briglandis, in senesc. de Stratherne, vic. Perth ;—quas idem M. Jo. resignavit ;— necnon concessit dicto M. Jo., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,— dimidietatem terrarum de Byn, cum pastura et libertate effodiendi cespites et glebas super montes de Bannartie, in baronia de Cleische, vic. Fyiff ;—quam And. Wardlaw junior de Torrie resignavit ;—necnon terras de Nather Carnebo, ¾ de Ovir Carnebo, terras de Brachtie et Golland, cum molendino, terris molendinariis, tenentibus &c., in senesc. de Stratherne, vic. Perth ;—quas Robertus Lundy de Balgony cum consensu Euphamie Durie sponse sue resignavit ;— et quas omnes rex dictis M. Jo. et Hel. respective de novo dedit, terris de Tullyboyll comprehenden. Eister Kilduff, Quhorlahill, Eister Gelvane, *lie* Hauch earundem, Wester Gelvane alias Bankheid, Eister Thomcairne, Wester Thomcarne alias Craigheid, Knokyntynnie, Claysyik, Newbigging, villam de Cruik de Dovane, terras de Harlaw, cum granorum et fullonum molendinis, terris molendinariis &c., cum maneriei loco de Tullyboyll ; cum terris de Over Carnbo et earum pendiculis, viz. Craigheid alias Wester Carnebo, Dirnysyidis (vel Eirnysyidis), Eistsyidis, cum montibus de Downraw, Carnehill, Clwne, Cormoddill, Melloch, Blaklaw, Innerdowny, Bruntrig, Hoprig (vel Hogrig) et Scheilrig, cum mansione, marresiis et moris :—PRETEREA erexit dict. villam de Cruik de Denovane, cum ejus acris, rudis, toftis et croftis,—in liberum burgum in baronia, burgum de CRUIK DE DENOVANE nuncupand.; dando inhabitantibus potestatem emendi et vendendi &c.; cum potestate dicto M. Jo. creandi liberos burgenses, ballivos &c.; necnon erigendi crucem foralem cum pretorio ; et tenendi diem foralem hebdom(ad)atim die Jovis, necnon liberam nundinam annuatim 10 Oct., cum tholoniis &c. :—ULTERIUS omnia suprascripta incorporavit in liberam baroniam de Tullyboyll, ordinando fortalicium et maneriei locum de T. principale fore messuagium :—REDDEND. pro Tullyboyll *ut in carta* 769 *precedentis tomi ;* pro Briglandis *ut in carta* 36 *supra ;* pro ceteris jura et servitia debita et consueta :—PROVISO quod si heredes masculi dicti M. Jo. de corpore legitime procreati defecissent, heredes tallie succedentes persolverent filiabus dicti M. Jo. de corpore legit. procreatis (in plenam contentationem suprascriptorum et quarumcunque assedationum decimarum eorundem), si una esset, 10000 merc., si due vel plures, 10000 lib. equaliter inter eas dividend., idque quam cito ad etatem 15 annorum completam pervenissent ; et quod interim dicte filie sustinerentur et educarentur secundum status suos super expensas dict. heredum tallie :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 424.

1262. Apud Edinburgh, 22 Jun.

REX confirmavit cartam Alexandri com. de Linlythgow dom. Livingstoun et Callendar &c., et Alexandri dom. Livingstoun ejus [filii et heredis apparentis,—[qua,—

cum consensu Domine Helenoris Hay comitisse de Linlythgow sponse dicti com., ac Domine Eliz. Gordoun sponse dicti Alex. junioris,—pro perimpletione litere obligationis de data presentium,—vendiderunt HENRICO GYB uni cubiculariorum regis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras de Carribberis nuncupatas Wester Carribberis, cum manerie loco, moris, marresiis, pasturagiis, commoniis, tenentibus &c., infra baroniam de Livingstoun per annexationem, vic. Linlythgow ;—necnon, in speciale warrantum earundem, terras *lie* Wester Jaw et *lie* Jawcraig, in baronia de Callendar, vic. Striviling :—REDDEND. regi pro Wester Carribberis 20 mercas annuatim tempore warde et nonintroitus, et 100 merc. pro maritagio ; et idem pro terris warranti :—cum precepto sasine directo Jac. Ros de Nwik :—TEST. Jac. Livingstoun de Brighous filio legit. dicti com., Rob. Livingstoun filio legit. quondam Roberti L. de West-Quarter, Rob. Ker notario publico, M. Adamo Ballendene de Kinnocher, Jo. Livingstoun de Hayning, Jacobo Stewart portionario de Strabrok, Tho. Forbes servitore Adami Lawtie scribe (scriptore carte) : —Apud Linlythgow et Edinburgh, 19 et 21 Jun. 1615] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 428.

1263. Apud Edinburgum, 23 Jun.

REX,—pro se et tanquam administrator filio suo Carolo duci de Rothesay com. de Carrik et Cunynghame dom. Insularum baroni de Renfrew principi et senescallo Scotie,—cum consensu &c. (175.),—concessit et de novo dedit D. JOANNI MAXWELL de Nather Pollok militi, et Domine GRISSILLIDI BLAIR ejus sponse,—5 mercat. terrarum de Hagtounhill alias Hagthornhill antiqui extentus, cum manerie loco, molendinis, carbonibus, in baronia et vic. de Renfrew ;—quas Pat. Maxwell de Newwark et Geo. M. feodatarius de Teling ejus filius legit. primogenitus, cum consensu Margarete Craufurd sponse dicti Pat., resignaverunt :—TENEND. dictis Jo. et Gris. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. et assignatis dicti Jo. quibuscunque, de dicto principe :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 425.

1264. Apud Edinburgum, 23 Jun.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 834),—confirmavit cartam Joannis Hammiltoun de Grange de Kilmarnok,—[qua, pro perimpletione cujusdam contractus, vendidit ALEXANDRO HAMMILTOUN de Ladytoun consanguineo suo, heredibus ejus et assignatis,—terras de Ovirmure et Carlingcraigis (occupatas per Jo. Kirkland, Jo. Dyikis, Wil. Mair, Jac. Torrens et Gavinum Walker), in parochia de Loudoun, balliatu de Cunynghame, vic. Air :—TENEND. de Carolo principe :—cum precepto sasine :—TEST. Hen. Luif, Tho. Eduart servo dicti Jo. H., Jo. Hammiltoun filio naturali dicti Alex. :—carta scripta per Jo. Greinlies servitorem Joannis Inglis de Corsflatt unius ballivorum Pasleti :—Apud Kilmarnok, 20 Dec. 1614] :—INSUPER dict. terras dicto Alex. de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 436.

1265. Apud Edinbrugh, 27 Jun.

REX,—cum consensu &c. (175.),—concessit JOANNI HALYBURTOUN de Mertoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—tertiam partem terrarum de Litill-Newtoun &c. (*ut in carta* 1202) ;—quas M. Jac. Seytoun de Fawsyde (cujus fuerunt per appreciationem *in carta* 1202 *contentam*), cum consensu Alexandri Weddell filii et heredis quondam Alexandri W. portionarii de Litill Newtoun, pro impletione contractus de data 10 Jun. 1615 resignavit :—RESERVATO Helene Hangitsyide vitali redditu 3 terrarum husbandiarum per eam occupat. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 477.

1266. Apud Edinburgh, 29 Jun.

REX concessit familiari servitori suo HENRICO GYB uni cubiculariorum suorum, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—messuagium de Carribberis &c. (*ut in carta* 925) ;—que Jo. Gib de Knok resignavit ;—necnon confirmavit dicto Hen., et heredibus &c. infrascriptis,—terras de Carribberis *lie* Wester C. (*et cetera in carta*

1262 *contenta*);—quas idem Hen. resignavit;—et que omnia rex dicto Hen. de novo dedit, et incorporavit in liberam baroniam de Carribberis, ordinando fortalicium et maneriei locum de Eister C. principale fore messuagium:—TENEND. dicto Hen. et heredibus ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Joanni G. ejus fratri germano, heredibus ejus et assignatis quibuscunque:—REDDEND. *ut in cartis* 925 *et* 1262 *respective*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 429.

1267. Apud Edinburgh, 29 Jun.

REX,—cum consensu &c. (175.),—concessit et de novo dedit NINIANO OLIPHANT de Over Cultuquhair, in vitali redditu, et M. NINIANO OLIPHANT ejus filio legit. maximo natu et heredi apparenti in feodo, et heredibus masc. dicti M. Nin. de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, dicto Nin. seniori et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus def., heredibus masc. et assignatis dicti Nin. cognomen et arma de Oliphant gerentibus,—villam et terras de Ardargie, cum pendicula *lie* Torrens, in parochia de Forgundeny, vic. Perth;—quarum unam dimidietatem Jo. Weymis feodatarius de eodem (cum consensu D. Joannis W. de eodem militis patris sui, Domine Marie Stewart matris sue, et Domine Jeanne Gray sponse sue), quartam partem Geo. Oliphant de Bachiltoun (cum consensu dicti Nin.), nonam partem Jac. Murray de Strowane senior, Jeanna Arnote ejus sponsa et Jac. M. ejus filius legit. natu maximus et heres apparens (cum consensu dicti Nin.), reliquam partem Gilbertus Adamsoun burgen. de Perth (cum consensu ejusdem Nin.), resignaverunt; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Ardargie:—REDDEND. pro dimid. et nona parte jura et servitia debita et consueta; pro quarta parte unum den., pro reliqua parte 2 den., albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 431.

1268. Apud Edinburgh, 29 Jun.

REX,—cum consensu &c. (194.),—confirmavit cartam M. Joannis Scott de Scottistarvett, directoris cancellarie,—[qua, pro perimpletione literarum obligatoriarum de data presentium, concessit ANNE DRUMMOUND conjugi sue, in vitali redditu,—terras de Ovirtoun de Caiplie alias Thridpairt cum manerie loco, et pendiculo *lie* Skawert, in baronia de Tarvet per annexationem, vic. de Fyiff;—et hoc in plenariam contentationem terrarum de Knychtspottie, in dominio et regalitate de Abirnethie, vic. Perth, necnon annui redditus 500 merc., in quibus dictus M. Jo. dictam Annam in vitali redditu infeodare tenebatur per contractum matrimonialem; necnon cujuscunque conjuncte infeodationis et tertie:—REDDEND. regi 6 nummos argenti nomine albe firme:—cum precepto sasine:—TEST. Jac. Kynneir scriba signeto regio, Joanne Belsches advocato, M. Jacobo Wishart de Glenfarquhar, Thoma Lyndsay mercatore burgen. de Edinbrugh, Alex. Cunynghame de Barnis:—carta scripta *ut in carta* 792:—Apud Thridpairt, 28 Sept. 1612]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 287.

1269. Apud Edinburgh, 4 Jul.

REX,—cum consensu &c. (194.),—concessit et de novo dedit PATRICIO KYNNAIRD de Inschsture, in vitali redditu, et JOANNI KYNNAIRD ejus filio legit. natu maximo et heredi apparenti, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, in feodo,—binam partem terrarum de Mylnhill et molendini earundem, cum terris molendinariis &c., terras de Langforgound nuncupat. Byirflatt, in baronia de Lundie, vic. de Perth;—quas M. Jac. Stratauchin scriba incola Edinburgi, cum consensu Roberti Gray de Cranslie, Rogeri Duncansone mercatoris burgensis de Edinburgh, Colini Campbell de Lundy et Andree dom. Gray, resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 427.

1270. Apud Edinburgh, 4 Jul.

REX,—cum consensu &c. (177.),—confirmavit cartam Willelmi Cokburne de Skirling,—[qua, cum consensu Jeanne Hammiltoun conjugis sue,—pro perimpletione contractus de data presentium,—vendidit M. THOME HAMMILTOUN filio legitimo quondam Jacobi H. de Libbertoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredima-

biliter,—terras de Robertoun et Newholme, cum molendino granario de R., ejus terris &c., cum fortaliciis et maneriebus locis, in parochia de Dolphingtoun, vic. de Lanerk, et per annexationem in baronia de Skirling, vic. de Peiblis : — necnon, in speciale warrantum earum, terras de Kirk(l)ahill, Stanthelane, Mekle et Litill Maynes de Skirling, cum maneriebus locis et pasturis, in baronia de Skirling, vic. Peiblis :—REDDEND. dicto Wil. pro terris principalibus unum nummum argenti nomine albe firme ; pro terris warranti 40 libras feudifirme :—cum precepto sasine :—TEST. M. Rob. Boyd de Kippis advocato, Alexandro Mekill ejus servo, Wil. Hammiltoun servo dicti Wil. C., Rob. Pringill scriba signeti regii (scriptore carte), Jo. Baird ejus servo : — Apud Edinburgh, 28 Jun. 1615] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 438.

1271. Apud Edinburgh, 4 Jul.

REX,—cum consensu &c. (175.),—confirmavit cartam factam per Jo. Mowbray de Cammo, fratrem et heredem quondam Jacobi M. de C.,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit ROBERTO SMYTH mercatori burgensi de Edinburgh, in vitali redditu, et JOANNI SMYTH ejus filio legitimo et unigenito, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, hereditarie et irredimabiliter,—10 mercat. terrarum apud finem orientalem ville de Crawmond-regis, cum dimidio molendini *lie* Nudrie-mylne, cum libertate animalia pasturandi ac focalia et cespites *lie faill and dovett* in communi mora de Crawmond lucrandi, in villa et territorio de Crawmond, vic. Edinburgh :—TENEND. de rege :—REDDEND. jura et servitia debita et consueta : —cum clausula warrantizationis, excepta assedatione suprascriptorum per dictum Jo. M. antea facta Joanni Stewart in *lie* Nather Crawmond, Jonete Barker ejus sponse et Joanni S. eorum filio, pro 7 annis :—cum precepto sasine directo M. Mich. Cranstoun ministro Evangelii apud templum de Crawmond :—TEST. Alex. Lowis, Jo. Penman, mercatoribus burgen. de Edinburgh, M. Tho. Young scriba signeto regio, Davide Pringill chirurgo burgen. de Edinburgh :—carta scripta per M. Wil. Strang servum Joannis Eistoun scribe signeto regio :—Apud Edinburgh, 23 Jun. 1615] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 439.

1272. Apud Edinburgh, 6 Jul.

REX concessit et, — cum consensu &c. (175.),—de novo dedit JOANNI [1] SEYTOUN de Meldrum, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Meldrum (comprehendentes terras dominicales de M. cum fortalicio et manerie, villam et terras de Auld Meldrum cum molendino de Cromlatt, ejus terris &c., terras de Pearcok cum *lie ailhous* ejusdem, terras de Ardronane [vel Ardconan] et Ordevin, cum astrictis multuris de Bathelnie et Ordevin, terras de Balcairne cum molendino, terris molendinariis &c., villas et terras de Gonyr, Fosterhill, Comtie [vel Cautie], Cardoun [vel Cardrum] et Tulloche, villam et terras de Bathelnie, cum pendiculis nuncupat. *lie* Auldmylne de Bathelnie, terras de Coirhill et Bybus, terras ecclesiasticas de Bathelnie, cum advocatione vicarie ejusdem, villas et terras de Ardfork et Kilbleine, cum moris, marresiis, molendinis, stagnis, tenentibus &c.), vic. Abirdene ;—quas (pro servitio warde tentas) idem Jo. resignavit ; — necnon decimas garbales et devorias quascunque rectorie ecclesie et parochie de Bathelnie, in diocesi et vic. de Abirdene ;—quas Jac. marchio de Hammiltoun com. de Arran dom. Avan et Abirbrothok resignavit ; et quas decimas &c. rex univit ad dict. baroniam et specialiter ad dictas terras ecclesiasticas : — REDDEND. pro antiqua baronia jura et servitia debita et consueta ;—et pro decimis &c. 6 sol. 8 den. albe firme ; necnon ministro de Bathelnie 56 libras, celdram ordei et 4 bollas farine avenatice ; et relevando dict. marchionem de mansione et gleba dicti ministri, et de sustentatione ecclesie et *lie queir* de Bathelnie, et dictos marchionem et ministrum de omnibus taxationibus dominii de Abirbrothok prout dictis decimis corresponderent :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 435.

[1] The dispositive clause reads *Willelmo*; but all the other clauses read as in text.

1273. Apud Edinburgum, 6 Jul.
REX,—cum consensu &c. (194.),—confirmavit cartam Joannis Fraser alias Barroun portionarii de Eister Monyak,—[qua vendidit DONALDO FRASER filio suo legit. primogenito et heredi apparenti, heredibus dicti Donaldi et assignatis quibuscunque, absque reversione,—dimidietatem ville et terrarum de Eister Monyak, cum pasturis, vic. Invernes :—TENEND. de rege :—RESERVATO dicto Jo., pro vita sua, dimidietate dicte dimid. per se possessa :—cum precepto sasine :—TEST. M. Angusio M'Intosche rectore de Kingusie, Alex. Fraser de Auchnagarne, Dunc. Forbes burgen. de Invernes, Jac. Cuthbert Jamesson burgensi ibidem, Jac. Duff et Alex. Logane ibidem :—carta scripta per And. Fraser notarium publicum :—Apud Invernes, 1 Jun. 1615] :—INSUPER suprascripta dicto Donaldo de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 437.

1274. Apud Edinburgh, 6 Jul.
REX,—cum consensu &c. (175.),—concessit D. WALTERO OGYLVIE de Findlatour militi, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Findachtir (Findachtie?), cum maneriei loco et fortalicio, portu, custumis et *lie toill* ejusdem, terris piscariis eisdem adjacen., terras de Greinhill cum novis terris ibidem cultis, terras de Scottistoun et Cranawch, in baronia de Rothven, vic. Bamff;—que olim ad rectoriam de Rothven pertinuerunt;—cum potestate tantam partem communie dicte baronie dictis terris adjacentem, quantam eis corresponderet si divisio facta esset, appropriandi et laborandi :—PRETEREA rex dictas terras incorporavit in liberam tenandriam de Findachtir, ordinando maneriei locum de F. capitale fore messuagium :—TENEND. in feudifirma :—REDDEND. 5 mercas, 5 argenteos nummos (pretium cujuscunque nummi 14 nummos), bollam custumalis avene, 12 capones, unam *lie reik-hen*, 2 bol. multure; pro Cranawch 36 sol. 6 den., bollam multure, 2 firlotas avenarum custumalium, 6 capones; pro Scottistoun 6 sol. 8 den., 5 den. custume pecunialis, 2 firl. multure, 2 peccas avenarum custumalium, 2 capones; cum arreagiis et carreagiis consuetis, et 13 sol. 4 den. augmentationis; necnon tres sectas ad tria placita capitalia super dict. terras quando requirerentur; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 474.

1275. Apud Edinburgum, 6 Jul.
REX,—cum consensu &c. (175.),—concessit et de novo dedit THOME VICECOMITI DE FENTOUN dom. Dirltoun &c., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—dominium de Pettinweme (comprehenden. *ut in carta* 11);—quod Fredericus dom. Pettinweme, D. Tho. Dischingtoun miles et Domina Eliz. Scott ejus sponsa resignaverunt; et quod rex de novo incorporavit &c. (*ut in carta* 782) :—REDDEND. *ut in carta* 782 :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 478.

1276. Apud Edinburgh, 6 Jul.
REX concessit GEORGIO JOHNSTOUN de eodem et de Caskieben, et heredibus masculis inter eum et ELIZABETHAM FORBES ejus sponsam legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque,—terras et molendinum de Johnstoun, villas et terras de Caskieben cum fortalicio et manerie, molendinum de Caskieben cum ejus terris &c., villas et terras de Inglistoun et Isakistoun, cum molendino nuncupato Peddeismylne, villas et terras de Legget, Favellis et octavam partem de Ardoyne, dimidietatem de Cremound cum dimid. molendini, terris molendinariis &c., in baronia de Johnstoun, vic. de Abirdene; terras de Boyndis cum moris et marresiis, in baronia de . . . , vic. Aberdene; villas et terras de Porterstoun et *lie* Hauchis earundem jacen. ex australi latere aque de Ury, cum molendino de Porterstoun, ejus terris &c., cum moris et marresiis, vic. Abirdene;—necnon dictis Geo. et Eliz. in conjuncta infeodatione, et heredibus &c. (*ut sup.*),—villas et terras de Baddindauch, Beigisley, cum granorum et fullonum molendinis, villas et terras de Craig, Corshill, Buchthillis, Standingstanes, Sleipihillok, Wodland, *lie* Ovirtoun de Dyce, cum pendiculis nuncupat. Boiginjose et Pleyhauch, cum molendinis, forestis,

piscariis, tenentibus &c., moris, marresiis, pasturagiis, communitatibus, in baronia de Johnstoun, vic. Abirdene ;—quas omnes idem Geo. resignavit (proviso quod si dictus Geo. nullos heredes masc. inter se et dictam Eliz. procreatos haberet, heredes tallie succedentes persolverent heredibus fem. inter dictos Geo. et Eliz. procreatis, si una esset, 10000 lib., si plures, 20000 merc. equaliter inter eas, ad earum etatem 14 annorum completam, et interea eas sustentarent et educarent propriis expensis secundum earum status) ;—necnon rex concessit dicto Georgio, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—villas et terras de Selbie et Lochtulloch, cum tenentibus &c., in parochia de Monkegie, vic. Abirdene ;—quas Jac. Seytoun de Petmedden burgen. de Abirdene resignavit :—INSUPER rex suprascripta dictis Geo. et Eliz. respective de novo dedit, includendo *lie* Hauchis de Caskieben ex utrisque lateribus aque de Urie, villam et terras de Peddeismylne cum molendino, terris molendinariis &c., terras *lie* Newplace, terras de Ardieharrauld, *lie* Hauchis de Porterstoun ex australi et boreali latere aque de Urye, granorum molendinum de Beigisley nuncupat. Caismylne, terras de Bogorsayis (post Sleipiehillok), cum castris, forestis, piscariis, tenentibus &c. omnium suprascript. ;—et omnes incorporavit in liberam baroniam de Caskieben, ordinando fortalicium de C. principale fore messuagium :—REDDEND. pro Portarstoun unum den. albe firme ; pro ceteris jura et servitia debita et consueta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 491.

1277. Apud Edinburgh, 6 Jul.
REX dedit literas remissionis WILLELMO SCHAW juniori de Glenmure, ROBERTO GUID in Barschinhill, DAVIDI WILSOUN in Darda et JOANNI WOD in Trabboche, pro eorum vita duraturas,—pro adulterio per dictum Wil. cum Margareta Campbell, per dictum Rob. cum Joneta Colvill, per dictum Dav. cum Margareta Mair et per dictum Jo. cum Issobella Slowane commisso. P.R. i. 293.

1278. Apud Edinburgh, 6 Jul.
REX dedit literas remissionis JOANNI AIRD in Hoill, et ADAMO REID (in Hylar),—pro adulterio dicti Jo. cum quondam Eliz. Reid et dicti Adami cum Margareta Young. P.R. i. 294.

1279. Apud Edinburgh, 6 Jul.
REX dedit literas remissionis WILLELMO RAMSAY in Largis—pro adulterio cum Issobella Hannay. P.R. i. 295.

1280. Apud Edinburgh, 6 Jul.
REX dedit literas remissionis GILBERTO RICHERT in Drumbane—pro adulterio cum Joneta Hannay. P.R. i. 296.

1281. Apud Edinburgh, 6 Jul.
REX dedit literas remissionis ALEXANDRO TURNOUR in Quhytlauhous, GEORGIO WAKER in Bowdene, QUINTIGERNO DONALSONE in Murehous, WILLELMO SCHILLINGLAW in Luddell-mylne, et ALEXANDRO CHISSOLME in Win(di)dores,—pro adulterio per dictum Alex. T. cum Eliz. Law, per dictum Geo. cum Issobella Wair, per dictum Quint. cum Joneta Nobill, per dictum Wil. cum Margareta Gaist et per dictum Alex. C. cum Joneta Bruntoun commisso. P.R. i. 297.

1282. Apud Edinburgh, 6 Jul.
REX dedit literas remissionis JOANNI BROUN in Smailholme, RODOLPHO ORMESTOUN et GEORGIO BROUN ibidem, ALEXANDRO HUID in Leslie,[1] et WILLELMO TURNBULL fratri germano Walteri T. de Toiftis,—pro adulterio per dictum Jo. cum Agneta Browstane, per dictum Rod. cum Joneta Litiljohne, per dictum Geo. cum Joneta Broun, per dictum Alex. cum Joneta Scott et per dictum Wil.[2] commisso. P.R. i. 298.

1283. Apud Edinburgh, 7 Jul.
REX concessit ALEXANDRO SPENS de Lathallane, heredibus ejus et assignatis,—terras de Condlandis Eister et Wester, cum

[1] The Register of Signatures (lib. xxxii. fol. 26 verso) reads "in Lillislie."

[2] The Privy Seal Register (lib. lxxxiv. fol. 67) supplies "cum Maria Turnbull."

molendino, terris molendinariis &c., terras de Drummes Over et Nather, terras de Powrane, cum fortaliciis, maneriebus, superioritatibus, tenentibus &c., vic. Fyiff; —quas Alex. Fairny, filius legit. et heres deservitus quondam Eliz. Moncreiff in Falkland, resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 442.

1284. Apud Regiam de Windsore, 7 Jul. REX,—intelligens infrascripta nunquam per se nec suos predecessores ulli persone legitime fuisse disposita, et in memoriam revocans servitium sibi per Wil. dom. Crannstoun in pacificando *lie lait borderis* Scotie prestitum magnaque onera per eum in dicto servitio sustenta, et quod D. JOANNES CRANNSTOUN miles ejus filius et heres apparens ex ejus mandato se suosque servos et amicos ad diversa pericula exposuerat capiendo rebelles &c.,—cum consensu &c. (175.),—concessit et quitteclamavit dicto Jo., et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masc., cognomen et arma de Crannstoun gerentibus, et eorum assignatis quibuscunque,—terras de Langholme, cum fortalicio, manerie, piscationibus, molendinis, terras de Brumeholme, Arkinholme, Tiviotscheillis (vel Teviotscheillis), Quhytscheillis, Bagra, Arkin, Brekinwray, Over et Nather Mylnholme et Tympen, Staplegortoun, Burnefute, Strankgait et Fingland, Bowineis, Enzieholme et Milgilheid, Apiltriequhyte, Herberquhyte, Lynholme, Dalbethe, Monksyde, Bailyiehill, Ershude, Crunzertoun, Scheill cum molendino, Litill et Mekill Megdaill, Braidheid, Glenkeill, Massiesait, Windeleyis et Stanerieis, Boykin, Rig, Knok cum molendino, Craig, cum fortaliciis, maneriebus, molendinis, moris, piscariis, vic. Drumfreis; terras de Cairnisgill, Bombie, Glenberten, Cowcherland, Loganheid, Auchingavill et *lie* Maynis de Logane, in senesc. Annandie, vic. de Drumfreis;—quas omnes incorporavit in liberam baroniam de Langholme, ordinando fortalicium de L. principale messuagium fore:—REDDEND. pro Carnisgill et seqq. 18 lib. feudifirme, necnon duplum feudifirme in introitu heredum; pro ceteris unum den. argenti nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 4.

1285. Apud Edinburgh, 11 Jul. REX,—cum consensu &c. (177.),—dedit literas remissionis ANDREE TULLOCH in Pitinamon, RICARDO GENTLMAN in Lagevin, DAVIDI WYLIE in Atherhous, JOANNI JAMESOUN in Denheid et JACOBO BURNE in Dulladeis, pro eorum vita duraturas,—pro adulterio per dictum And. cum Eliz. Tulloch, per dictum Ric. cum Eliz. Beatie, per dictum Dav. cum Eliz. Steill et Joneta Nicoll, per dictum Jo. cum Margareta Carnegie et per dictum Jac. cum Katharina Jollie commisso. P.R. i. 292.

1286. Apud Edinburgh, 13 Jul. REX,—cum consensu &c. (194.),—confirmavit cartam quondam Willelmi Cwmyng de Ernesyid,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit (quond.) ANDREE COWY burgensi de Dundye, et (quondam) EWPHAMIE TRAILL ejus sponse,—quatuor quintas partes ville et terrarum de Nather Linkwode (per Franciscum et Tho. Mylne, Jo. Thome, Andream Piggat actuales tenentes, Steph. Johnnestoun et Adamum Cwnnynghame occupat.), in baronia de Barmuckatie, vic. Elgin et Forres:—TENEND. dictis And. et Euph. in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti And. quibuscunque, de dicto Wil.:—REDDEND. unum denarium albe firme:—cum precepto sasine directo Georgio Cwmyng burgen. de Elgin:—TEST. M. Tho. Annand rectore de Keith, Geo. Cwmyng notario publico burgen. de Elgin, Joanne Gibsoun burgensi ibidem, Geo. Suthirland notario publico burgen. ibidem, Andrea Innes filio legit. Willelmi Innes senioris burgen. de Elgin, Georgio Annand burgen. de Elgin notario publico (scriptore carte):—Apud Elgin, 31 Maii 1604]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 445.

1287. Apud Edinburgum, 13 Jul. REX,—cum consensu &c. (194.),—confirmavit cartam factam per M. And. Aytoun

advocatum pro ejus jure ad infrascripta per dispositionem Davidis Lundy de Newhall, cum consensu Elizabethe Lundy sponse dicti And., dicti Davidis et Marie Cockburne ejus sponse, necnon cum consensu D. Joannis Cockburne de Ormestoun militis clerici justitie, Jacobi Hammiltoun de Kilbraikmonth et M. Joannis Aytoun de Kynnaldie,—[qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit ROBERTO RICHARTSONE burgensi de Anstruther, et CRISTINE ARNOTE ejus sponse,—occidentalem partem terrarum dominicalium de Barnis (*lyand wpon the southwest syde* [*and wpon the south syde*] *of the yaird dyikis of the yairdis of the principall place of the Barnis*), *and the mylne and mylnlandis of Barnis, multouris &c., lyand within the parochin of Kilrynnie and schirefdome of Fyiff; and the* 7 *aikeris of land lyand besouth and southwest fra the said principall place of Barnis, within the parochin of Craill and schirefdome foirsaid* (omnes intra bondas in vulgari specificatas); necnon multuras et sequelas granorum crescen. super terris de Barnis in feudifirma non locatis die contractus inter quondam Robertum Lundy de Newhall et Alex. Cunynghame tunc de Barnis initi apud Newhall, 27 Mar. 1601 (registrati in libris dominorum concilii 6 Mar. 1606);—necnon, in speciale warrantum suprascriptorum, reliquas terras et baroniam de West Barnis, cum manerie loco, tenentibus &c.: —TENEND. dictis Rob. R. et Cristine in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Rob. R. quibuscunque, et assignatis, irredimabiliter, de rege:—REDDEND. unum den. albe firme:—cum precepto sasine:—TEST. Jo. Arnott clerico commissariatus S. Andree, Rob. Balfour fratre germano . . . B. de Hous, Jo. Pitcarne, M. Jo. Rollok, servitoribus dicti Andree, Davide Aytoun apparente de Kynnaldie, Davide Hammiltoun servitore dicti Jac. H., Jo. Lundy servitore dicti Dav. Lundy, Martino Blak servitore dicti Jo. Arnott:—carta scripta per M. Wil. Strang notarium publicum, servitorem Joannis Eistoun scribe signeti regii:—Apud Edinburgh et civitatem S. Andree, 1, 2 et 26 Jun. 1615]:—PRETEREA suprascripta dictis personis de novo dedit:—REDDEND. *ut supra*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 446.

1288. Apud Edinburgh, 13 Jul.

REX,—pro se et tanquam administrator filii sui Caroli principis Scotie et Wallie ducis Rothesay com. de Carrik dom. Insularum, Kyle, Cunynghame et Kilmernok baronis de Renfrew ac senescalli Scotie,—cum consensu &c. (175.),—confirmavit [1] cartam M. Joannis Fergussone de Kilkerrane,—[qua,—pro impletione contractus inter se, cum consensu Cristine Forrester matris sue et Gilberti (Ros?) prepositi ecclesie collegiate de Mayboll ejus conjugis, et Gilberti Fergussoun de Dalduff, ab una, et Duncanum Crawfurde olim de Auchinsole tunc de Nather Skeldoun et Jo. C. ejus filium et heredem apparentem ab altera partibus, de data apud Mayboll, 22 Nov. et 2 Dec. 1613,—ad feudifirmam dimisit dicto JOANNI CRAWFURDE,[1] heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—4 librat. terrarum de Machremoir, terras de Barmerloich et Fentanoch (vel Fentalloch) cum molendino de Bermerloich, ejus terris &c., 2 mercatas terrarum de Burnefute, 2 mercat. de Lochspallender, antiqui extentus, extenden. ad 8 librat. 40 den. terrarum vel eocirca, in comitatu de Carrik, vic. Air:—REDDEND. dicto M. Jo. 33 lib.:—cum precepto sasine directo Donaldo M'Taggart in Machrimoir et Jac. M. ejus filio:—TEST. Jacobo Kennedy de Birkloche (Brokloch?), Quintino Kennedy in Kilkerrane, M. Gilb. Ros in Mayboll, Jo. Muir notario ibid.:—carta scripta per Gilb. Ros in Mayboll:—Apud Mayboll, 2 Dec. 1613]:—[2] cartam Joannis com. de Cassillis dom. Kennedy &c.,—[qua,—pro impletione contractus de data 22 Nov. et 2 Dec. 1613,—vendidit Joanni Crawfurde filio legit. natu maximo Duncani C. de Auchinsoule, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—8½ mercatas terrarum de Nather Skeldoun et Aird, cum fortalicio, mansione,

[1] The introductory clause adds "servitori Thome dom. Bynning secretarii regis."

piscationibus et *lie corne-mylne*, in parochia de Dalrimpill, vic. Air :—RESERVANDO Agneti M'Culloch sponse dicti Dunc. vitalem redditum partium de Nather Skeldoun nuncupatarum Balgreine, Pyperstoun, Bray, Calsay et Daneistoun, et annui redditus 22 bollarum farine avenatice de *lie* Maynis de Nather Skeldoun :—REDDEND. dicto comiti 52 merc. feudifirme, si peterentur tantum : —cum precepto sasine directo Davidi Dick in Nather Skeldoun :—TEST. Jo. Kennedie de Creichane, Hugone Kennedy de Garryhorne, Gilb. Ros, Jo. Rolland, servitoribus dicti com. :—carta scripta per M. Alex. Pacok servitorem Thome Couttis scribe signeto :—Apud Edinburgh, 1 Feb. 1614] : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 17.

1289. Apud Edinburgh, 18 Jul.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 834),—confirmavit [1] cartam Joannis Sempill junioris filii legit. Joannis S. de Weitlandis,—[qua, pro perimpletione litere venditionis de data presentium, ad feudifirmam dimisit JACOBO STEVINSONE in Nedder-maynes—12 solidat. 6 den. terrarum antiqui extentus de Calderwod-Logane (per dict. Jacobum occupatas), in baronia de Kilbryde, vic. Lanerk :—TENEND. dicto Jac. et heredibus ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, de dicto Jo. :—REDDEND. 6 libras ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine directo Jo. Strutheris in Nedder-maynes :—TEST. Hugone Cuik burgen. de Rutherglen, Rob. Huid filio Willelmi H. in Calderwod, Roberto Lyndsay de Vecairlandis notario publico (scriptore carte), Alex. L. ejus filio : —cum subscriptione dicti Jo. senioris in signum ejus consensus :—Apud Rutherglen, 21 Nov. 1614]:—[2] aliam cartam ejusdem Jo. junioris,—[qua, pro perimpletione &c. (*ut sup.*), ad feudifirmam dimisit GULIELMO HUID in Calderwod—12 sol. 6 den. ant. ext. earundem terrarum (per dictum Gul. occupatas) :—TENEND. dicto Gul. et heredibus &c. (*ut sup.*) :—REDDEND. et cum precepto *ut supra* :—TEST. Hugone Cuik burgen. de Rutherglen, Jac. Stevinsone in Nedder-maynes, Rob. Lyndsay de Wecarlandis notario publico (scriptore carte), Alex. L. ejus filio, Roberto Striveling ejus servo :—cum subscriptione &c. (*ut supra*) : —Apud Rutherglen, 22 Nov. 1614] :—[3] aliam cartam ejusdem Jo. junioris,—[qua, pro perimpletione &c. (*ut sup.*), ad feudifirmam dimisit ALLANO HUID in Calderwod—4 solidat. 2 den. ant. ext. earundem terrarum (per dictum All. occupat.) :—TENEND. dicto Allano et heredibus &c. (*ut supra*) :—REDDEND. 40 sol. ; necnon duplicando &c. (*ut supra*) :—cum precepto &c. (*ut sup.*) :—TEST. Hugone Cuik burgen. de Rutherglen, Rob. Huid filio Willelmi H. in Calderwod, Rob. Lyndsay de Vicarlandis notario (scriptore carte), Alex. L. ejus filio, Rob. Striveling ejus servo :—cum subscriptione &c. (*ut supra*) :—Apud Rutherglen, 22 Nov. 1614] :—[4] aliam cartam ejusdem Jo. junioris,—[qua, pro impletione litere venditionis, ad feudifirmam dimisit JACOBO BOWMAN in Calderwod—25 den. antiqui extentus dict. terrarum (per eum occupat.) :—TENEND. dicto Jac. et heredibus &c. (*ut sup.*) :—REDDEND. 20 sol. ; necnon duplicando &c. (*ut supra*) :—cum precepto &c. (*ut supra*) :—TEST. &c. *ut in carta* [3] *sup.*] :—[5] aliam cartam ejusdem Joannis junioris,—[qua, pro perimpletione &c. (*ut supra*), ad feudifirmam dimisit JOANNI COUPAR filio legit. Gulielmi C. in Nedder Myltoun, et JONETE JACK filie Allani J. in Calderwod, futuris conjugibus,—25 den. ant. ext. earundem terrarum (per dict. Allanum J. occupat.) :—TENEND. dictis Jo. C. et Jon. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreandis, quibus def., heredibus dicti Jo. C. et assignatis quibuscunque, de dicto Jo. S. :—REDDEND. &c. *ut in carta* [4] *supra*] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 479.

1290. Apud Edinburgh, 18 Jul.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 902),—confirmavit cartam Joannis archiepisc. Glasguen.,—[qua, pro bono servitio &c.,—cum consensu decani et capituli Glasguen.,—ad feudifirmam dimisit servitori suo ROBERTO BLUNT Anglie nato, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—3 solidat. (4 den.) terrarum antiqui extentus, in antiquo rentali nuncu-

patas 3 sol. 4 den. terrarum de Carrik et tunc 50 sol. de Bischopland in Carrik, in parochia de Straytoun, balliatu de Carrik, vic. Air :—REDDEND. dicto archiepiscopo 5 libras, et 33 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum :—cum precepto sasine directo M. Jo. M'Quherne :—TEST. Alex. episc. Cathanesie, Roberto abbate de Newabay, And. Hay servitore dicti archiepisc., M. Jeremia Lyndesay de Dynnynno, Joanne Nicoll scriba signeto regio :—carta scripta per Jo. Quhyte servitorem dicti Jo. N. :—Apud Edinburgum, 23 Jun. 1615]: —PRETEREA dictas terras dicto Rob. B. de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xlvii. 484.

1291. Apud Edinburgh, 18 Jul.

REX dedit literas remissionis D. PATRICIO HEPBURNE de Wauchtoun militi, Jacobo Ker, Davidi Ellem, Patricio Dicksoun et Jacobo Darg ejus servitoribus, ceterisque ejus servitoribus et complicibus quibuscunque, pro eorum vita duraturas,—pro arte et parte cedis Roberti Broun filii legitimi quondam Joannis B. in Eymouth, A.D. 1614 commisse. P.R. i. 286.

1292. Apud Edinburgh, 19 Jul.

REX,—cum consensu &c. (201.),—concessit et de novo dedit D. WILLELMO STEWART de Garntullie militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Murthlie, cum fortalicio et manerie de M., tenentibus &c., molendinis, advocationibus capellaniarum et beneficiorum, salmonum piscaria in aqua de Taya, *lie scheillingis*, moris, marresiis, vic. Perth; terras de Sloiginhoill, Colra existente parte de Sloginhoill, partem de Murthlie adjacentem maneriei de M., cum decimis tam rectorie quam vicarie que nunquam a trunco separari solebant, cum piscaria dict. terrarum vocata *lie* Pott, Elmtrie et Lin super aquam de Taya, cum pastura animalium super mora de Torne (vel Forne), cum aliis necessariis que quondam Alex. Erskin subdiaconus de Dunkeld ejusque predecessores et eorum tenentes de dictis terris habuerunt in eadem mora, terras de Nather et Over Obeny et Wester Burnbane, cum jure piscarie super dicta aqua, molendinis, decimisque tam rectorie quam vicarie que a trunco nunquam separari solebant, in baronia de Dunkeld, vic. Perth;—quas (dictam baroniam de rege tentam per servitium warde, ceteras olim de subdiacono de Dunkeld in feudifirma tentas) Tho. Abercrombie de eodem, cum consensu Roberti dom. Lyndsay, Thome Abercrombie de Pittelpie donatoris escaete vitalis redditus dicti Thome A. de eodem, Alexandri Yrland de Burnbane, Quintigerni M'Caall mercatoris et unius ballivorum burgi de Edinburgh, et M. Thome Abercrombie de Cragy, resignavit; et quam baroniam rex de novo incorporavit in liberam baroniam de Murthlie, ad quam cetera suprascripta univit, ordinando fortalicium de M. principale fore messuagium :—REDDEND. pro antiqua baronia jura et servitia debita et consueta;—pro Sloginhoill &c. 24 merc.; et si in solutione defecissent ita quod unus terminus in alterum cecidisset, caderent a jure; et reddendo personalem presentiam in curiis dicti subdiaconatus super dictis terris quando requisiti essent, si residentiam intra dict. baroniam fecissent, et ultra ter in anno;—pro Nathir Obeny et seqq. 26 libras 16 sol. 8 den.; et duplicando feudifirmam in introitu heredum; necnon prestando 3 sectas ad 3 curias capitales dicti subdiaconatus, et ad alias curias ejusdem quando premoniti essent; et si in solutione defecissent saltem infra 40 dies post terminum, solverent pro unoquoque die post dict. 40 dies 12 nummos :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 481.

1293. Apud Edinburgh, 20 Jul.

REX,—cum consensu &c. (177.),—concessit et de novo dedit ROBERTO LUMSDAINE apparenti de Cushnye (filio Joannis L. de C.), et ELIZABETHE RAIT ejus sponse,—terras et baroniam de Cushnye *lie* Cushny-Lumsdane, viz. terras de Foulismowat cum *lie* Mylntoun, molendino, terris molendinariis &c., terras de Knokreauch cum pendicula vocata Newtoun de Knokreauch alias Wark, terras de Balchemy, molendinum de Knokreauch et Balchemy tunc molend. de Cuschny nuncupat. cum ejus terris &c., cum maneriebus et molen-

dinis, in baronia de Cuschny, vic. de Abirdene ;—quas, dicto Jo. per regem concessas et in unam baroniam incorporatas de data 15 Nov. 1600, dictus Jo. resignavit :—RESERVATO dicto Jo. vitali redditu umbralis dimidietatis de Fowlismowat, ville et terrarum et *lie* Mylntoun de Balchemy, molendini de B. cum ejus terris &c., et ville et terrarum de Knokreauch :—TENEND. villam et terras de Mylntoun de Foullismowat, cum molendino de F., multuris et *lie knaifschip* ville de F. et ville molendinarie earundem, solarem dimid. ville et terrarum de F., villam de Newtoun de Knokreauch, dictis Rob. et Eliz. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masc. et assignatis dicti Roberti quibuscunque ; ceteras dicto Rob., et heredibus ejus masculis et assignatis :—REDDEND. unam sectam in curia capitali vic. de Abirdene post festum Michaelis ; necnon 15 merc. annuatim pro warda et relevio quoties contigissent, et 300 mercas pro maritagio :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 480.

1294. Apud Edinburgh, 20 Jul.

REX,—cum consensu &c. (186.),—concessit et de novo dedit HUGONI ROS de Eister Kindies, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque,—villam et terras de Eister Kindies, cum tenentibus &c., *lie ailhous* et Ailhouscroft, extendentes ad 3 librat. antiqui extentus, vic. de Invernes, et per annexationem infra thanagium et baroniam de Calder ;—quas D. Jo. Campbell de Calder miles et Hugo Campbell[1] de Balnagowne resignaverunt :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 422.

1295. Apud Edinburgh, 20 Jul.

REX,—cum consensu &c. (194.),—concessit JOANNI RUTHERFUIRD, filio legit. natu maximo . . . R. junioris de Hunthill,—terras et baroniam de Scraisburgh (alias Hunthill), cum tenentibus &c. (exceptis 10 mercatis antiqui extentus *lie* Gledstaneslandis in villa et territorio de Langtoun), terras de Nether Chatto, Edlescleuch, Scharplaw et Hangandschaw, terras de Caiphoip in baronia de Honome, vic. de Roxburgh ;—quas Wil. dom. Cranstoun (cujus fuerunt per regiam cartam recognitionis) et Jo. Rutherfuird senior de Hunthill resignaverunt ; et quas rex dicto Jo. juniori de novo dedit, cum earum fortaliciis, manerierum locis, molendinis, piscationibus, tenentibus &c. ; et omnes incorporavit in liberam baroniam de Scraisburgh alias Hunthill, ordinando fortalicium de S. alias H. principale fore messuagium :—TENEND. dicto Jo. juniori et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque :—REDDEND. jura, servitia aliasque devorias antea debitas et consuet. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 32.

1296. Apud Edinburgh, 21 Jul.

REX,—cum consensu &c. (202.),—confirmavit [1] cartam Pauli Dog de Dunrobene,—[qua vendidit JACOBO DOG, filio suo seniori et heredi apparenti,—terras de Coldoche-Eister alias Nather Coldoch (extenden. in novo et summo rentali regis ad 53 sol. 4 den., et 53 sol. 4 den. gressume unoquoque tertio anno), terras de Over alias Middill Coldoche (ad 50 sol., et 50 sol. gressume tertio quoque anno, et ambas ad 18 sol. argenti martarum, in toto 7 libras 15 sol. 10 den. annuatim), terras de Kep et Arnesfinlay (ad 15 libras 2 sol. 8 den.), 20 solidat. de Cessintullie contigue jacen. cum molendino de C. (ad 50 sol., cum parte argenti martarum extenden. ad 29 den.), molendinum de Cessintullie cum ejus terra &c., et specialiter astrictas multuras 20 mercat. terrarum de Bochquhoppillis, terrarum de Coldochis et omnibus Frewis cum warda de Gwdye, et terrarum dominii de Cessintullie (extenden. in dicto rentali ad 24 bollas farine et unum aprum), in dominio de Cessintullie, senesc. de Menteith, vic. Perth ;—cum provisione quod unica sasina apud principalem mansionem de Eister Coldoch capienda pro omnibus staret :—RESERVATO dicto Paulo libero tenemento de Coldoch-Eister (et Ovir Cul-

[1] In one clause *Ros* is written on an erasure ; *Campbell* seems to be the true reading. See No. 586 *supra*.

doch) :[1]—TENEND. dicto Jac. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus ejus masc. quibuscunque, quibus def., heredibus ejus fem. quibuscunque absque divisione, de rege :—REDDEND. pro terris 25 lib. 10 sol. 11 den. (in augmentationem rentalis 3 lib. 17 sol. 4 den.), pro molendino 24 bol. farine et 1 aprum (in augmentationem rentalis 1 bol. farine), feudifirme ; et duplicando feudifirmam in introitu heredum ; necnon sustentando mansionem cum politia solo corresponden. :—cum precepto sasine :—TEST. Arch. Allane ballivo ac burgen. de Striviling, Edw. Hall burgen. ibidem, Jac. Dog nepote dicti Pauli, Jac. Don notario publico (scriptore carte) :—Apud Nather Coldoch, 7 Jun. 1604] :—[2] aliam cartam ejusdem Pauli,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis de data apud Glasgow, 19 Martii 1589, — concessit DORATHEE CUNYNGHAME filie legit. Margarete Cunynghame domine Craganis (postea sponse dicti filii sui), in ejus pura virginitate, in vitali redditu,—20 solidat. terrarum antiqui extentus de Cessintullie, cum molendino ejusdem, terris molendinariis &c., terras de Aschintre alias Coldocht (extenden. in annuo valore ad 88 bollas victualium preter parva devoria et servitia consueta), in dominio de Menteith, vic. Perth :—TENEND. de dicto Paulo :—REDDEND. unum den. albe firme ; necnon domino superiori feudifirmas antea debitas :—cum precepto sasine directo Andree Dog in Carne(c)abir :—TEST. Roberto Forrester de Buquhane, Jo. Schaw de Broche, Arch. Allane burgensi de Striveling : — Apud Knoke, 7 Apr. 1590] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvii. 473.

1297. Apud Edinburgh, 21 Jul.

communie &c. (*ut sup.*), ac decimas garbales dict. terrarum;—RICARDO BALCANQUELL ibid. portionario—partem decimesexte partis sive librate dicte Bondhalf nuncupat. *lie* South-nuke et Halfaikers, partem ejusdem librate *lie natherfeild* nuncupat. (per eundem Ric. B. resignat.), cum pleno jure communie &c. (*ut sup.*), ac decimas garbales dictarum terrarum;—ANDREE BICKARTOUN portionario ibid.—tenandriam de Corshillis, comprehenden. 5 libratas terrarum dicte australis quarterie (per Jo. Stewart ibid. portionarium resignat.), cum pleno jure communie &c. (*ut supra*), ac decimas garbales ejusdem;—quas omnes decimas garbales, partem dominii de Lindoris existen., Pat. dom. de Lundoris resignavit:—PRETEREA rex,—intelligens se dictam villam, cum ejus communi viridario, *lie* Officerland, Odland et *Commoun-land*, in liberum burgum regale erexisse cum foro hepdomadatim et quatuor publicis nundinis annuatim,—dictam erectionem ratificavit:—TENEND. dictas decimas in alba firma, cetera in feudifirma:—SOLVEND. dicti Rob. Skene et Hel. Robertsoun 1 bollam 3 firlotas frumenti, 2 bollas 1 firl. ordei, bollam avenarum, et 12 den. monete, cum servitiis consuetis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum;—dictus Jo. Strauquhen pro Buistisland 4 bollas 2 firl. frumenti, 5 bollas 2 firl. 2 peccas hordei, 4 bol. 2 pec. avenarum, 54 sol. 8 den., 6 pultreas, 2½ anseres, cum servitiis consuetis; pro dicta parte *lie* Bondhalff 2 bol. frumenti, 2 bol. 2 firl. hordei, 1 bol. 3 firl. 2 pec. avenarum, 24 sol. 8 den., 2 pultreas, 1 anserem; pro dicta prima parte australis quarterie 2 bol. 1 firl. frumenti, 2 bol. 3 firl. 1 pec. hordei, 2 bol. 1 pec. avenarum, 27 sol. 6 den., 3 pultreas, 1¼ anseres; pro altera parte australis quarterie frumentum &c. *ut pro prima parte*, 44 sol. 6 den., 6 pultreas, 2 anseres; pro dictis partibus &c. (usque ad Wyndgaitdaill) 1 bollam 2 firl. avenarum, 6 sol. monete; pro *lie outfeildlandis* dicte 10 solidate 2 firl. avenarum, 2 sol.; pro *lie outfeildlandis* dicte librate 1 firl. avenarum, 6 sol. 8 den.; pro Cuikis-pundland ut *pro prima parte australis quarterie;* cum servitiis consuetis; ac duplicando &c. (*ut sup.*);—dicti Jac. Maxwell &c. pro dicta sexta parte 4 bol. 2 firl. frumenti, 5 bol. 2 firl. 2 pec. ordei, 4 bol. 2 pec. avenarum, 54 sol. 8 den., 6 pultreas, 2 anseres, cum servitiis consuet.; pro dictis 2 mercatis 3 bol. frumenti, 3 bol. 3 firl. ordei, 2 bol. 3 firl. avenarum, 36 sol. 6 den., 4 pultreas, 2 anseres, cum servitiis debitis et consuet.; pro dictis cottagio et *riggis* 7 pec. avenarum, ¼ pecce frumenti, 10 sol., cum servitiis consuetis; pro prima parte *lie feildlandis* bollam avenarum, pro altera parte 6 sol. 8 den., et 2 firl. avenarum, pro tertia parte 2 sol.; ac duplicando &c. (*ut supra*);—dicti Pat. Dempstartoun &c. pro dictis 45 solidatis 5 bol. 1 pec. frumenti, 6 bol. 1 firl. 1¼ peccas ordei, 4 bollas 2 firl. 2¼ pec. avenarum, 3 libras 2 sol., 6¾ pultreas, 3 anseres, cum servitiis consuetis; ac duplicando &c. (*ut supra*);—pro dictis *infeildlandis* 2 bol. 2 pec. frumenti, 1 bol. 1 firl. 2½ pec. ordei, 2 firl. ½ pec. avenarum, 1½ pultreas, 1⅛ anseres, 11 sol. 8 den.; ac duplicando &c. (*ut sup.*);—dicti Jo. Sym &c. pro dictis 35 solidatis 3 bol. 3 firl. 3 pec. frumenti, 4 bol. 3 firl. 2¾ pec. hordei, 3 bol. 2 firl. 1¾ pec. avenarum, 48 sol. 2 den., 5 pultreas, 2½ anseres, cum servitiis consuet.; ac duplicando &c. (*ut sup.*);—pro dictis 5 solidatis 2 firl. 1 pec. frumenti, 2 firl. 3¼ pec. ordei, 2 firl. ¼ pec. avenarum, 6 sol. 10 den., ¾ pultree, $\frac{5}{16}$ anseris; cum servitio consueto; ac duplicando &c. (*ut supra*);—dictus Jo. Sym 2 firl. 1 pec. frumenti, 2 firl. 3¼ pec. ordei, 2 firl. ¼ pec. avenarum, 6 sol. 10 den., ¾ pultree, $\frac{5}{16}$ anseris; ac duplicando &c. (*ut supra*);—dictus Rob. Maxwell pro prima librata 2 bol. 1 firl. frumenti, 2 bollas 3 firl. 1 pec. ordei, 1 bol. 3 firl. 1 pec. avenarum, 20 sol. 10 den., 3 pultreas, 1¼ anseres, cum servitiis consuet.; pro altera librata 2 bollas 1 firl. frumenti, 2 bol. 3 firl. 1 pec. hordei, 2 bol. 1 peccam avenarum, 27 sol. 4 den., 3 pultreas, 1¼ anseres, cum servitiis consuet.; ac duplicando &c. (*ut sup.*);—dictus Wil. Gilmour senior 3 bol. 1 firl. 2 pec. frumenti, 4 bol. 3½ pec. ordei, 3 bol. 1½ pec. avenarum, 40 sol. 12 den., 4½ pultreas, 2 anseres, cum servitiis consuetis; ac duplicando &c. (*ut supra*);—dictus Wil. Gilmour junior pro dictis 10 solidatis 1 bol. 2 pec. frumenti, 1 bollam 1 firl. 2½ pec. ordei, 1 bol. ½ pec.

avenarum, 13 sol. 8 den., 1½ pultreas, ⅝ anseris, cum servitiis debitis et consuet.; pro dicta librata 2 bol. frumenti, 2 bol. 2 firl. ordei, 1 bol. 3 firl. 2 pec. avenarum, 24 sol. 8 den., 2 pultreas, 1 anserem, cum servitiis debitis et consuet.; ac duplicando &c. (*ut sup.*);—dictus Jac. Gilmour senior pro dicta librata 2 bollas 1 firl. frumenti, 2 bollas 3 firl. 1 pec. hordei, 2 bollas 1 pec. avenarum, 27 sol. 4 den., 3 pultreas, 1¼ anseres; pro dictis 10 solidatis bollam frumenti, 1 bol. 1 firl. hordei, 3 firl. 3 pec. avenarum, 12 sol. 2 den., 1 pultream, ½ anseris; pro dicto cottagio 11 sol. 8 den., 1 firl. 3 pec. avenarum, ¼ pecce frumenti, 7 pultreas; pro Leyis 1 firl. avenarum, 3 sol. 4 den.; pro *Quaw* et *Medow* 2 firl. avenarum, 2 sol.; cum servitiis consuet.; ac duplicando &c. (*ut sup.*);—dictus And. Rankene senior pro dictis 40 solidatis 4 bollas frumenti, 5 bol. ordei, 3 bollas 3 firl. avenarum, 49 sol. 8 den., 4 pultreas, 2 anseres; pro Happyhill 3 sol. 4 den., 2 firl. frumenti, 2 firl. ordei, 1 firl. avenarum; pro *Quaw* 6 sol. 8 den.; cum servitiis consuetis; ac duplicando &c. (*ut sup.*);—dictus Rob. Watsoun 5 sol., 2 firl. frumenti, 1 bol. hordei, 1 firl. 2 pec. avenarum, cum servitiis debitis et consuet.; ac duplicando &c. (*ut supra*);—dictus Pat. Layng 2 bol. frumenti, 1 bol. 2 firl. ordei, 1 bol. 1 firl. 2 pec. avenarum, 2 pultreas, 10 sol. 13 den., cum servitiis consuetis; ac duplicando &c. (*ut sup.*);—dictus Jac. Kynloch 1 bol. hordei, 3 sol. 4 den., cum servitiis consuet.; ac duplicando &c. (*ut sup.*);—dicti Jac. et Rob. Gilmour 2 bol. frumenti, 2 bol. 3 firl. ordei, 1 bol. 2 firl. 1 pec. avenarum, 10 sol. 11 den., cum servitiis consuet.; ac duplicando &c. (*ut sup.*);—dictus Wil. Airth 2 bol. ¼ pecce frumenti, 2 bol. 2 firl. ordei, 1 bol. 2½ pec. avenarum, 7 pultreas, 25 sol., cum servitiis consuetis; ac duplicando &c. (*ut sup.*);—dictus Dav. Rankene 1 bol. 1 firl. 2 pec. avenarum, 1 bol. hordei, 23 sol. 4 den., 8 pultreas, ½ anseris, cum servitiis debitis; ac duplicando &c. (*ut supra*);—dictus Jo. Hardie ¾ pec. frumenti, 1 bollam 1 firl. 1½ pec. avenarum, 34 sol. 6 den., 8 pultreas, cum servitiis consuet.; ac duplicando &c. (*ut sup.*);—dictus Jac. Smith 6 bol. ordei, 1 bol. 2 pec. avenarum, 16 den., 7 pultreas, cum servitiis consuet.; ac duplicando &c. (*ut sup.*);—dicti Alex. Mylne &c. 7 sol., 1 firl. ½ pec. avenarum, ¼ pecce frumenti, 7 pultreas, cum servitiis consuetis; ac duplicando &c. (*ut supra*);—dictus Jacobus Rankene 5 firl. 2 pec. avenarum, ½ pecce ordei, 34 solidos 8 den., 12 pultreas, cum servitiis consuetis; ac duplicando &c. (*ut sup.*);—dictus Steph. pro primo cottagio ¼ pec. frumenti, 7 peccas avenarum, 11 sol., 3½ pultreas, pro altero cottagio ¼ pecce frumenti, 7 peccas avenarum, 11 sol., cum servitiis consuetis; ac duplicando &c. (*ut sup.*);—dictus Jacobus Maxwell junior pro tertia parte molendini 14 bol. ordei, ⅓ apri, 4 capones, 1 pultream, 4 den., cum servitiis consuet.; pro *nather-feildlandis* 2 firlotas frumenti, 2 firl. ordei, 2 pec. avenarum, 1 anserem, 3 solidos 4 den., cum servitiis consuet.; pro dicta parte cottagii 2 sol. 6 den., 1 peccam avenarum, cum servitiis consuet.; ac duplicando &c. (*ut sup.*);—dictus Rob. Buist pro sua parte molendini *ut Jacobus Maxwell junior*; pro rigis 1¼ pec. avenarum, 4 den., cum servitiis debitis et consuet.; ac duplicando &c. (*ut sup.*);—dicti Jo. Rankene &c. 7 sol. . . den., 1 firlotam ½ pecce avenarum, ¼ pecce frumenti, 7¼ pultreas, cum servitiis debitis et consuetis; dictus Jo. Rankene 2 firl. 2 pec. avenarum, 6 sol. 8 den., ½ anseris, cum servitiis consuet.; ac duplicando &c. (*ut supra*);—dictus Ric. Stirk junior 9 peccas avenarum, ¼ pecce frumenti, 14 sol. 8 den., 8 pultreas, cum servitiis debitis et consuet.; ac duplicando &c. (*ut supra*);—dictus Andreas Rankene junior 1 firl. ½ pec. avenarum, 6 pultreas, 3 sol. 4 den., cum servitiis consuetis; ac duplicando &c. (*ut supra*);— dictus And. Baxter pro cottagio 1 firl. 3 pec. avenarum, ¼ pecce frumenti, 11 sol., 6 pultreas, cum servitio consueto; pro ½ *lie daill* 2 sol., cum servitiis consuet.; ac duplicando &c. (*ut sup.*);—dictus Wil. Reky 6 sol. 8 den., 4 pultreas, cum servitiis consuet.; ac duplicando &c. (*ut sup.*);—dictus Jo. Baverage 4 bol. frumenti, 5 bollas ordei, 2 bol. 3 firl. 2¼ pec. avenarum, 2 anseres, 36 sol. 8 den., cum servitiis consuet.; ac duplicando &c. (*ut sup.*);—dictus Jo. Schuilbraidis 13 sol. 4 den., cum servitiis consuet.; ac duplicando &c. (*ut sup.*);—dicti Allanus Hog &c.

2 firl. avenarum, 3 sol. 8 den., cum servitiis debitis et consuet. ; ac duplicando &c. (*ut sup.*) ;—dictus Allanus Hog 2 firlotas avenarum, 10 sol., cum servitiis consuet. ; ac duplicando &c. (*ut supra*) ;— dictus Thomas Schuilbraidis 2 firlotas 2 peccas avenarum, 2 solidos, cum servitiis consuet. ; ac duplicando &c. (*ut sup.*);—dictus Ric. Stirk senior pro Jerrisland 2 bollas 2 firl. 2 pec. frumenti, 3 bol. 1 firl. ordei, 2 bol. 2 firlotas avenarum, 35 sol. 2 den., $3\frac{1}{2}$ pultreas, $1\frac{1}{2}$ anseres ; pro dicto cottagio 8 sol., 1 firl. $\frac{1}{2}$ pec. avenarum, $\frac{1}{4}$ pec. frumenti, 7 pultreas, cum servitiis debitis et consuet.; pro tertia parte molendini *ut Jac. Maxwell junior* ; ac duplicando &c. (*ut supra*) ;— dictus Bernardus 2 bol. frumenti, 2 bol. 2 firl. ordei, 1 bollam 1 firl. 2 pec. avenarum, 21 sol. 4 den., 2 pultreas, 1 anserem, cum servitiis consuetis ; ac duplicando &c. (*ut sup.*) ;—dictus Jo. Arnote 4 bol. frumenti, 5 bollas ordei, 3 bol. 3 firl. avenarum, 49 solidos 4 den., 4 pultreas, 2 anseres, cum servitiis consuetis ; ac duplicando &c. (*ut sup.*) ;—dictus Jacobus Gilmour junior pro dicta $\frac{1}{8}$ parte 4 bol. frumenti, 4 bol. ordei, 2 bol. 2 firl. avenarum, 38 sol., 4 pultreas, 2 anseres, cum servitiis debit. et consuet. ; pro Marisland 2 bollas 2 firl. avenarum, 12 capones, 16 pultreas, 3 libras 11 sol., cum servitiis consuetis ; ac duplicando &c. (*ut sup.*);—dictus Ric. Balcanquell 1 bol. 2 firl. frumenti, 1 bol. 2 firl. ordei, 1 bol. avenarum, 13 sol. 4 den., 2 pultreas, 1 anserem, cum servitiis consuet. ; ac duplicando &c. (*ut sup.*) ;—dictus And. Bickartoun 6 libras 19 sol. 6 den., 11 bol. 1 firl. frumenti, 14 bol. 1 peccam ordei, 10 bol. 1 firl. 1 peccam avenarum, $6\frac{1}{4}$ anseres, 17 pultreas, cum servitiis consuet. ; ac duplicando feudifirmam pecuniariam solummodo pro 1 librata dict. terrarum olim ad Jonetam Robertsoun pertinente et 3 libratis olim ad Jac. Robertsoun filium et heredem quondam Andree R. spectantibus, et integram feudifirmam librate olim ad Steph. Layng pertinentis, in introitu heredum ;—et SOLVEND. pro dictis decimis 6 solidos 8 den. albe firme :—TEST. 99. 46. 93. 123. 72. 49. 121. l. 102.

1398. Apud Edinburgh, 14 Mar.

REX,—cum consensu &c. (194.),—concessit LAURENTIO DOMINO OLIPHANT, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, — terras de Over Cardny cum earum mora et marresio, terris *lie Wodeland* super quas silva crevit, terras capelle *lie* Chappelland de Mure, in baronia de Cardny, vic. Perth ;—quas Jac. dom. de Madertie et Jo. magister de M. ejus filius (pro se et omus acceptantes pro heredibus et successoribus quondam M. Joannis Gordoun filii naturalis quond. Alexandri episc. de Galloway et commendatarii de Inschaffray, ac pro heredibus et successoribus quondam Patricii dom. Drummond patris Joannis com. de Perth dom. Drummond et Stobhall) resignaverunt :—PRETEREA rex confirmavit cartam factam per Jo. Murray de Tibbermure, Pat. M. feodatarium de Williamstoun ejus filium legit., et Jo. Murray filium et heredem deservitum quond. Joannis M. de Cluthybeg, cum consensu D. Jacobi M. de Tibbirmure feodatarii filii natu maximi dicti Jo. M. de T., et Katharine Boswell sponse dicti Pat.,—[qua, vigore contractus de data presentium, vendiderunt dicto Laurentio, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque cognomen et arma de Oliphant gerentibus, irredimabiliter,—terras de Keirprone, cum earum piscatione salmonum in aqua de Erne, terras de Cluthybeg, in parochia de Findogask, vic. de Perth :—TENEND. de rege virtute acti annexationis : —REDDEND. pro Keirprone 40 libras, pro Cluthybeg 12 lib., feudifirme ; et observando provisiones in originalibus infeofamentis contentas :—cum precepto sasine directo Wil. Oliphant de Gask :—TEST. Alex. Murray de Wodend, Wil. Oliphant filio legitimo quond. Willelmi O. de Gask, And. Blair de Gordoun, Petro B. ejus fratre germano, Roberto Grant notario in Perth, Davide Rollok notario in Dupling (scriptore carte) :—Apud burgum de Perth, 19 Aug. 1615]:—INSUPER,—quia quond. Laurentius dom. Oliphant avus et quond. Laurentius dom. O. proavus dicti Laur. tunc dom. O. fuerant hereditarii ballivi omnium possessionum abbatie de Inschaffray ubicunque infra Scotiam, cum annuo feodo 20 merc., prout infeofamenta per commendatarios et conventum de Inschaffray desuper concessa proportaverunt,—dicta infeofamenta ratifi-

cavit;—et dict. officium cum dicto feodo concessit dicto Laur., heredibus ejus masc. et assignatis antedictis:—et omnia suprascripta dicto Laur., heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque cognomen et insignia de Oliphant gerentibus, de novo dedit, cum ceteris devoriis dicto officio incumbentibus;—et omnia incorporavit in liberam baroniam de Cardny, ordinando domos de C. principale fore messuagium:—REDDEND. pro Cairdny &c. (usque ad Chappelland) 40 merc., 10 sol. pro caponibus, pultreis, arreagiis, carreagiis ceterisque servitiis debitis et consuetis, tanquam antiquam feudifirmam in rentali abbatie de Inchaffray contentam, et 33 solidos 4 den. antique et 6 sol. 8 den. nove augmentationis; necnon 3 sectas ad 3 placita capitalia apud dict. abbatiam; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum;—pro Keirprone et Cluthybeg *ut supra*;—pro dicto officio unum den. albe firme, cum servitio in dicto officio debito et consueto:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 84.

1399. Apud Edinburgh, 14 Mar.
REX,—cum consensu &c. (187.),—confirmavit cartam factam per quondam D. And. Ker de Hietoun militem, et And. Ker apparentem de Greineheid ejus filium primogenitum et heredem apparentem, cum consensu Gilberti K. filii primogeniti et heredis apparentis dicti And.,—[qua,—pro perimpletione contractus de data presentium, et pro 10000 merc. persolutis,—vendiderunt GILBERTO KER de Lochtour, in vitali redditu, et WILLELMO et MARCO KERIS ejus filiis legit., equaliter inter eos, eorumque heredibus et assignatis, in feodo, sub reversione,—partem dicti D. And. ville et terrarum de Hietoun vocat. Maynis de H., cum piscationibus, in baronia de Hietoun, vic. Roxburgh:—REDDEND. dicto D. And. 13 sol. 4 den. feudifirme:—cum precepto sasine:—TEST. Jac. Ker de Chatta, Wil. Ker de Middilmestwallis, Jo. Ker de Howdoun, Alex. Mar in Newsteid, Thoma Blaikie servitore dicti D. And., Willelmo Rutherfurde notario publico:—carta scripta per Davidem Bryce servitorem Joannis Ker scribe:—Apud Brigend, 2 Jul. 1613]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 124.

1400. Apud Edinburgh, 19 Mar.
REX,—cum avisamento &c. (175.),—concessit et de novo dedit DAVIDI REIDHEUCH in Inchestervie—terras de Wester Aberlednoch, terras de Ardranich alias *lie* Kers, et Tompparen, cum lie *gressingis* et *schellingis* earundem, que fuerunt partes de Wester Aberlednoch, in senescallatu de Stratherne, vic. de Perth;—que fuerunt M. Willelmi Murray de Auchtertyre; et quas dictus M. Wil. et Wil. Murray de Aberlednoch cum consensu aliarum personarum apud Edinburgh in inferiori senatorio resignaverunt irredimabiliter:—TENEND. dicto Dav. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis et assignatis quibuscunque, quibus deficientibus, Henrico Reidheuch de molendino de Aberlednoch, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, in feudifirma:—REDDEND. 16 libras 20 den., et 3 sol. 4 den. augmentationis, cum *lie martis* et servitiis consuetis; necnon duplicando firmam pecuniariam in introitu heredum; et sustinendo mansionem cum aula, cubiculo, bovilibus, stabulis et horreis, columbariis, et hortum &c. (cum ceteris *ut in carta* 360, nisi quod licuit suprascripta alienare sub reversione):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 78.

1401. Apud Edinburgh, 21 Mar.
REX dedit literas remissionis ROBERTO CREICHTOUN in Sanquhair, pro ejus vita duraturas,—pro mutilatione Joannis Fergussoun in ejus manu, mense Maii aut circiter 1614 commissa. P.R. i. 310.

1402. Apud Edinburgum, 21 Mar.
REX concessit ELIZABETHE COKBURNE filie legit. quondam M. Samuelis C. de Tempill, heredibus ejus et assignatis (redimabiles infra septennium),—villam et terras de Voigrie, in baronia et dominio de Creichtoun, vic. de Edinburgh;—que fuerunt Francisci Cokburne de Tempill; et (una cum villa et terris de Tempill cum terris dominicalibus, manerie loco, molendino granario de T., terris molendinariis, cum decimis garbalibus et minutis decimis tam rectoriis quam vicariis inclusis, in baronia de Ballintrodo, regalitate de Torphechin, vic. Edinburgh, tentis de Jacobo

domino de Torphechin), 13 Feb. 1616 appreciate fuerunt pro 12000 merc. dicte Eliz. debitis,[1] et pro 600 merc. pro feodo Roberti Elder nuncii, vicecomitis de Edinburgh et ballivi dicte regalitatis in hac parte : — REDDEND. feudifirme firmas et devorias debitas et consuet. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 315.

1403. Apud Edinburgh, 23 Mar.[2] REX concessit et de novo dedit JACOBO SANDIELANDIS de Middilrig, filio primogenito et heredi apparenti Joannis S. de M., et ELIZABETHE HORSBURGH ejus conjugi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Jac. quibuscunque,—dimidietatem 5 libratarum terrarum de Boild, vic. de Peiblis;—necnon dicto Jacobo, et heredibus &c. suprascriptis,—alteram dimid. earundem, cum molendino ac terris molendinariis;—quas omnes dictus Jo. resignavit :—REDDEND. jura et servitia debita et consueta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 220.

ANNO DOMINI 1616. ANNO REGNI 14 ET 49.

1404. Apud Edinburgh, 26 Mar. REX ratificavit cartam per D. Hen. Lindsay de Carreldstoun militem et Geo. L. ejus filium legit. natu maximum (legit. et propinquiorem heredem masc. quondam D. Joannis L. Ordinis de Bath militis ejus fratris germani), cum consensu Patricii episcopi Rossen., Davidis Lindsay de Kynnettillis et Alexandri Lindsay de Pittarlie, factam ROBERTO ERSKIN de Ardestie, et JONETE DURHAME ejus conjugi,—de terris de Ardestie, Murdrum et Oxingang, cum communia in omnibus moris, marresiis et *lie mosis* baronie de Downie in quibus ceteri portionarii dicte baronie communiam habuerunt, in dicta baronia, vic. de Fyiff (Forfar?); necnon pecia de *lie outfeild* terrarum brueriarum de Downiekane jacente ex occiden. torrentis de *lie mylnedame* de Downiekaine, cum 4 particatis nuncupatis *four buttis* terrarum de Downykane extenden. ad 4 acras et 3 rudas seu virgatas arabiles aut eocirca (intra bondas specificatas), in dictis baronia et vic. ;—TENEND. dictis Rob. et Jon. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Rob. quibuscunque, absque reversione, de rege pro uno den. albe firme :—INSUPER suprascripta dictis Rob. et Jon. de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 89.

1405. Apud Edinburgh, 27 Mar. REX,—cum consensu &c. (194.),—confirmavit M. PATRICIO WARDLAW de Bruntoun, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Wester Lochquhoreschyre alias Inschgall, comprehenden. terras dominicales de Inschegall cum maneriei loco, *lie* Flokhous et Bowhous de Inschegall, cum lacu de I., castro ejusdem, advocatione capelle et capellanie de I., terras de Mylneton de I. cum molendinis &c., terras de Blaircousnie, Balbegie, terras de Clune, Cartmore, *lie* North et South Lumfinnens, Lochheid, Spittell, Ballingrie, Navitie et Quontill, montes *lie* Bannartie-hillis, cum advocatione rectorie et vicarie de Ballingrie, quarteriam terrarum de Blair-crambeth et Kynnaird, dimidietatem de Drumlochorniche et Byn, cum molendinis, piscationibus, carbonibus, wardis, pratis, moris, marresiis, tenentibus &c., terras de Bruntoune, Dal(g)neisch, cum fortalicio, manerie loco, molendinis,

[1] By contract dated 28 Jan. 1614, recorded in the Books of Council 11 Nov. 1615, between the said Mr Samuel and the said Francis then his son and heir apparent, the said Francis was bound to pay the said sum to said Eliz., Wil. (afterwards Mr Wil.) and Issobel Cokburne, lawful children of said Mr Samuel. The said Mr Wil. and Issobel assigned their shares to said Eliz. of date 10 Feb. 1616. Clerk of process, Geo. Mak writer to the king's signet.

[2] Dated an. reg. 50 et 14. Placed here according to the A.D. The date in the Privy Seal Register (lib. lxxxvi. fol. 173) is A.D. 1616, an. reg. 50 et 15.

terris molendinariis &c., terras de Balquharg cum lacu earundem et marresio *lie* Bruntoune-mos, terras de Tretoun cum marresiis, Eister et Vester Newtoune, Over et Nether Markinsch, cum molendinis et acris eisdem spectan., Bichtie et Pitinhagillis, cum molendinis, piscariis, carbonibus, tenentibus &c., cum ceteris castris, manerierum locis, lacubus, insulis, salmonum aliorumque piscium piscariis, advocationibus ecclesiarum, beneficiorum et capellaniarum, tenentibus &c., molendinis, terris molendinariis &c., et carbonibus dicte baronie, vic. de Fyiff;—quas idem Pat. et Wil. Schaw de Lathangie resignaverunt; et quas rex dicto Pat. de novo dedit, includendo etiam terras de Ladath; et omnes de novo incorporavit in liberam baroniam de Wester Lochquhoreschyre alias Inchegall, ordinando maneriei locum de Inchegall principale fore messuagium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xlix. 46.

1406. Apud Edinburgh, 28 Mar.

REX,—cum consensu &c. (194.),—confirmavit et de novo dedit ALEXANDRO CUNYNGHAME de Barnis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de West Barnis, cum maneriei loco, fortalicio, molendino, terris molendinariis, tenentibus &c., cum feudifirme firmis omnium acrarum per quondam Alex. Cwnynghame patruelem dicti Alex. cum consensu quond. Willelmi C. patris dicti quondam Alex. quibusdam personis incolis burgi de Craill ad feudifirmam locatarum, in parochia de Craill, vic. de Fyiff;—quas idem Alex. resignavit; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de West Barnis, ordinando maneriei locum et fortalicium ejusdem principale fore messuagium :—REDDEND. 16 den. albe firme : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 79.

1407. Apud Edinburgh, 28 Mar.

REX,—cum consensu &c. (194.),—concessit et de novo dedit JOANNI BARROUN filio legit. natu maximo Georgii B. olim de Kynnard, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Hiltoun-Malare, vic. de Perth;—quas D. Jac. Forrester de Cardene miles resignavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 80.

1408. Apud Edinburgh, 28 Mar.

REX,—cum consensu &c. (194.),—concessit JOANNI HAY de Smeithfeild, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—mercatam terrarum de Spittelhoup et Fairnyhauche olim ad Wil. Bowie in Glak pertinentem, extenden. ad tertiam partem tertie partis terrarum de Spittelhoup,—necnon, in speciale warrantum earundem, terras de Horsburgh,—vic. Peiblis;—quas Alex. Horsburgh de eodem resignavit;—necnon ALEXANDRO HAY feodatario de Smeithfeild (filio dicti Jo.), heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque,—tertiam partem terrarum de Catcorsane et Corskunningfeild cum prato, que ad quondam Wil. Peiblis de Cruixtoun olim pertinuit, vic. Peiblis;—quam Gilbertus Robertsoun scriba resignavit;—et quas omnes rex dictis Jo. et Alex. Hay respective de novo dedit, cum pendiculo de Catcorsane &c. nuncupato Struther :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 87.

1409. Apud Edinburgh, 28 Mar.

REX,—cum consensu &c. (175.),—confirmavit cartam D. Andree Balfour de Balledmonth militis, — [qua, — cum consensu Domine Ewphamie Inglis sponse sue, et Davidis B. de B. patris sui,—pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit PATRICIO DUDINGSTOUN de Kilduncane, et ELIZABETHE AUCHMUTIE ejus sponse future,—terras suas de Wormet, cum molendino, terris molendinariis &c., et salmonum piscariis de W. nuncupat. Langcraige, cum tenentibus &c., 7 acras arabiles jacen. contigue apud molendinum de Wormet (olim occupat. per Jac. et Jo. Prestoun et Davidem Blak), que acre fuerunt pars terrarum dominicalium de Nauchtane, in baronia de Nauchtane, vic. de Fyiff :—TENEND. dictis Pat. et Eliz. in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legit. procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Pat. quibuscunque, irredimabiliter, de rege :—REDDEND. jura et servitia warde &c. : —cum precepto sasine :—TEST. Wil. Balfour de Nuddre (Nydie?), M. Wil. Murray in civitate S. Andree, Jo. Arnote clerico commissariatus S. Andree, Joanne

Scheves seniore in dicta civitate, Pat. Buncle communi clerico dicte civitatis, Martino Blak servitore dicti Jo. A. (scriptore carte) : —Apud S. Andream, 13 Dec. 1615] :—INSUPER suprascripta dictis Pat. D. et Eliz. de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 90.

1410. Apud Edinburgh, 29 Mar.
REX,—cum consensu &c. (194.),—concessit et de novo dedit WILLELMO ANGUSIE COMITI dom. Dowglas et Abirnethie &c., heredibus ejus masc. et tallie et successoribus in comitatu Angusie et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Robertoun, cum maneriei loco, fortalicio, molendinis, piscariis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum, beneficiorum et capellaniarum, cum privilegio libere regalitatis infra bondas dicte baronie, in regalitate de Dalkeith, vic. Lanerk ;—quas Wil. com. de Mortoun dom. Dalkeith &c. resignavit ; et quas rex de novo incorporavit in liberam baroniam de Robertoun, ordinando maneriei locum et fortalicium de R. principale fore messuagium :—REDDEND. unum den. albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 81.

1411. Apud Quhythall, 2 Apr.
REX,—quia prestantissimus ille Jo. Metallanus, olim cancellarius, cum genere et natalibus clarissimis splenderet, virtute sua sibi suisque ad ampliora iter aperuit,—tanta enim fuit in illo viro ingenii prestantia, animi vis et robur, in consulendo cum gravitate acumen, in rebus gerendis cum celeritate felicitas et erga regem et rem publicam fides ut a rege secretarii munus et summi cancellarii culmen promeruisset, quibus rex tanquam nasciture insignioris familie pignus nobilitatis stemma titulum dominii de Thirlestane adjecerat, plura prestiturus si ipse statim fatis non concessisset,—et tunc JOANNES DOMINUS THIRLESTANE natus non minori quam parens animi sollertia, acumine et probitate emineret,—concessit dicto Jo., heredibus ejus masc. et successoribus dominis dicti dominii de T., — titulum, dignitatem et insignia VICECOMITUM DE LAUDERDAILL, et eosdem illa dignitate investivit ; voluitque quod illi loco in comitiis publicis &c. supra omnes alios, qui dominorum honore duntaxat conspicui fuerunt, fruerentur. xlviii. 134.

1412. Apud Quhythall, 2 Apr.
REX,—quia ALEXANDER, JONETA et ANNA LOGANIS, legitimi liberi quondam Roberti Logane de Restalrig, tempore forisfacture dicti Rob. omnes minores et minime ejus criminum participes fuerant,—dictos Alex. &c. rehabilitavit ad fruendas omnes possessiones alias quam successione dicto Rob. habendas. P.R. i. 316.

1413. Apud Palatium de Quhythall, 3 Apr.
REX,—cum consensu &c. (194.),—intelligens se suosque progenitores concessisse preposito, ballivis, consulibus et communitati BURGI DE EDINBURGH burgum ejusdem, cum portu et statione navium ville de Leith, molendinis &c., — unde dicti prepositus &c. dicto portui ingentes summas impertiti sunt,—et inter peregrinos ibi continuo frequentantes et alios regis subditos nautas diverse anormitates et lites evenerant, quo usque domite fuerant gubernatione dictorum prepositi &c., ad quos dict. portus cum superioritate ville de Leith et administratione justitie infra eandem pertinuit, — constituit dictos prepositum, ballivos et consules, eorumque deputatos annuatim eligendos, — judices omnibus nautis, magistris et navigatoribus ad villam de Leith frequentantibus, tam regis subditis quam peregrinis, in omnibus maritimis *lie siefayring* aliisque causis quibuscunque movendis contra illos (vel) per aliquem eorum contra alios ;—cum potestate acta et ordinationes statuendi &c.:—INSUPER rex, — intelligens quod fuerunt diversi pauperes, annosi et imbelles naute infra dict. villam et burgum ejusque libertates, quorum numerus indies increscebat,—concessit dictis preposito &c., eorundemque successoribus, nomine et utilitati dictorum pauperum &c.,—12 den. levandos viatim de naulo uniuscujusque tunne seu dolii *lie veyagilie of everie tunis fraucht* omnium bonorum infra dict. portum importat. et exonerat. in quibuscunque vasis ad regis subditos infra regna sua universa pertinen-

tibus cum *lie forren guidis* ad dict. portum frequentantibus, necnon 2 sol. uniuscujusque tune seu dolii bonorum infra dictum portum importat. et exonerat. in vasis ad peregrinos pertinentibus ; — cum potestate dictas summas applicandi pro auxilio dict. pauperum &c., ac pro sustentatione vigilium *lie watche* noctuatim in litore pro custodia navium et bonorum inibi existen. ; necnon personas solvere recusantes incarcerandi aut eorum naves et bona namandi ; — quas devorias rex allocandas fore ordinavit pro ordinario *lie prymage* nuncupato *lie prymgilt* ultra hominum memoriam solvi consueto ex omnibus navibus et naviculis exonerantibus *lie lossing* infra dict. portum. xlviii. 114.

1414. Apud Palatium de Quhythall, 3 Apr. REX,—cum consensu &c. (194.),—ratificavit omnia infeofamenta per se suosque predecessores facta in favorem prepositi, ballivorum, consulum, burgensium et communitatis BURGI DE EDINBURGH—de officiis vicecomitis et coronatoris infra dictum burgum et libertates ejusdem :—Insuper, — intelligens dictos prepositum &c. hereditarium jus superioritatis ville de Leith ex australi latere aque ejusdem acquisivisse,—pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, de novo dedit dictis preposito &c., eorumque successoribus,—officia vicecomitis et coronatoris infra dict. burgum, communia molendina, communes moras, communes marresias, lacus, ripas, plateas, vias ad et a dicto burgo ducentes (et specialiter a dicto burgo ad villam de Leith ex utroque latere aque ejusdem, et ad. villam de Newhevin et portus hujusmodi), et infra portus de Newhevin et Leith, peras, radas, stationes et propugnacula (*the peiris, schoiris, radis and bulwarkis*) eorundem, et infra terras nuncupat. *commoun cloisittis, burs, hol(fi)s, hallis,* vias, terras aliasque bondas quascunque infra libertates dicti burgi et infra villam de Leith ex australi latere aque ejusdem :—et constituit prepositum dicti burgi vicecomitem et coronatorem principalem, ac ballivos ejusdem vicecomites et coronatores deputatos conjunctim et divisim sub preposito :—Preterea, pro meliore usu dicti officii, de novo dedit dictis preposito &c. — eschaetas omnium bonorum mobilium pertinentium ad burgenses et inhabitantes dicti burgi et dicte ville ex australi parte aque ejusdem aut in aliqua parte dictarum bondarum, ubicunque convicti essent infra regnum Scotie de quibuscunque criminibus per eos commissis infra dict. bondas, quot bona inveniri possent infra dictas bondas : —Reddend. legitimam justitie administrationem in dictis officiis, cum servitio burgi debito et consueto :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 115.

1415. Apud Edinburgh, 9 Apr. REX confirmavit cartam sub hac forma ; —[To all &c. Joh. Glendoning of Drumrasche . . ., wit ye me,—for fulfilling of . . the contract of mariage maid . . betuix me on the ane pairt and ELIZABETH HOUSTOUN now my loving spous on the other pairt,—to have sauld and disponit to the said Eliz. . ., in lyfrent . . .,—my fyve pund land of Trallellane *alias* callit Ovir and Nather Glenlairis of auld extent, togidder with the corne mylne and walkmylne of the samyn, with multouris, wattergait &c., within the parochin of Partoun and stewartrie of Kirkcudbricht : . . .—Payand . . to our soverane lord . . service of waird &c. :—*Sequitur clausula warrantizationis* :—In witnes &c. (writtin be Joh. Inglis notar) . . . :—At Drumrasche, 17 Apr. 1606 :—Befoir thir witnesis, James Stewart of Ardoch, Williame Glendoning mercheand, Mr Wil. Dalzell minister at Balmaghie] :—Test. *ut in aliis cartis* &c. P.R. i. 319.

1416. Apud Newmerkat, 13 Apr. REX,—cum consensu &c. (203.),—concessit et de novo dedit ALEXANDRO COMITI DE DUMFERMELING dom. Fyvie et Urquhart, cancellario Scotie,—comitatum et dominium de Dumfermling, comprehenden. omnia particulariter expressa in infeofamento dicti comitatus de data 6 Apr. 1611; necnon decimas garbales terrarum aliarumque ad dictum Alex. pertinentium in parochia de Fyvie in infeofamento de data 17 Dec. 1614 contentas ; villam et terras de Kirktoun de Fyvie, molendinum

lie Pryouris-mylne, terras et croftas de Mariedykis et Brigend (que estimata sunt 3 aratra, molendinum et 2 crofte), cum decimis garbalibus earundem (que decime garbales et seqq. per dict. infeofamentum ad dominium et baroniam de Fyvie unite sunt);—quas idem Alex. resignavit;—necnon terras et baroniam de Mynnes (comprehenden. villam et terras de M. cum manerie loco, Crabidonoch, cum molendino de Mynnes, *lie* Mylnetoun, terras molendinarias, astrictas multuras &c. de Mynnes et seqq., necnon villarum et terrarum de Auchinlowne et Tullerie, necnon villam et terras de Auchinlowne, cum moris, marresiis, pascuis, communia, communi pastura, tenentibus &c., in dicta baronia per annexationem), cum privilegio libere baronie, vic. Abirdene;—quas Jo. Seytoun de Auchorthis resignavit;—necnon advocationem rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Fyvie;—que omnia rex incorporavit &c. (*ut in carta* 460):—TENEND. dicto Alex. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus ejus masc. et tallie in dicto infeofamento dicti comitatus contentis, cognomen et insignia de Seytoun gerentibus, et assignatis quibuscunque:—REDDEND. pro baronia de Mynnes unum den. argenti (non obstante quod antea per servitium warde tenebatur), pro dicta advocatione unum den. argenti, nomine albe firme; pro ceteris devorias in dictis infeofamentis contentas:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 125.

1417. Apud Newmerkat, 14 Apr.

REX,—memoria tenens quanta olim cum laude D. Rob. Carnagie de Kynnaird eques auratus preclara servitia in aviam matremque regis partim in gravissimis regni Scotie subeundis negotiis partim in legationibus illarum jussu in Angliam Galliamque obeundis prestitisset, deinde ut laudabile patris exemplum David C. de Colluthie studiose imitatus esset, denique ut D. DAVID CARNAGIE tunc de Kynnaird eques auratus egregia illa patris avique vestigia secutus non in omnibus modo congressibus, parliamentis &c. singularem prudentiam et obsequiosum in regem studium suum declarasset, verum etiam opera, consilio et suffragio regnorum Scotie et Anglie unionem promovere sedulo incubuisset,—constituit dictum D. Dav., et heredes ejus masculos cognomen et insignia de Carnagie gerentes, — barones majores et dominos parliamenti regni Scotie, cum honoribus, et jure suffragii in parliamentis &c., et ut titulum DOMINI CARNAGIE DE KYNNAIRD obtinerent; et ordinavit hanc inaugurationem adeo validam fore ac si hec creatio coram rege aut commissionariis ad eam rem speciatim deputatis peracta fuisset cum cerimoniis que in creatione cujusvis domini parliamenti infra regnum Scotie adhiberi solebant:—Mandavit itidem Leoni armorum regi fratribusque ejus heraldis ut presentis creationis diploma suis scriniis insererent, dictum dominum in catalogum majorum baronum &c. referrent, assignando illi locum date presentium congruentem. xlviii. 85.

1418. Apud Edinburgh, 16 Apr.

REX,—cum consensu &c. (175.),—confirmavit cartam Archibaldi com. Argadie dom. Campbell, Lorne et Kintyre &c.,—[qua, virtute contractus de data . . Jun. 1609, vendidit D. WILLELMO ERSKENE, in vitali redditu, et WILLELMO ALEXANDER de Menstrie[1] et JONETE ERSKENE ejus sponse in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter eos legit procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masculis et assignatis dicti Wil. A. quibuscunque,—firmas feudifirmarias et devorias terrarum et baronie de Menstrie, vic. Clakmannan, sibi per dictum Wil. A. debitas, viz. 24 bollas frumenti, 100 bol. polente, 52 bol. farine avenatice, 23 bollas avenarum, 4 duodenas caponum, 2 duodenas gallinarum, 30 agnos intonsos, 100 mercas monete:—REDDEND. dicto comiti unum den. albe firme:—cum precepto sasine directo M. Josepho Halden de Bannagaw:—TEST. D. Jo. Campbell de Calder milite, Jac. Campbell de Laweris, Colino Campbell de Abirurchill, M. Jac. Kirk vicecomite deputato

[1] The introductory clause adds *militi*.

de Argyle :—carta scripta per Jac. Peirsoun servitorem Roberti Alschunder scribe :—Apud Cannogait, 6 Jun. 1609] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 131.

1419. Apud Edinburgh, 16 Apr.
REX,—cum consensu &c. (175.),—confirmavit cartam Roberti Glendonyng feodatarii de Partoun, — [qua, pro perimpletione contractus de data presentium, vendidit GULIELMO MAXWELL in Barquhillandie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—40 solidatas terrarum de Barquhillandie antiqui extentus (per dictum Gul. tanquam antiquum et nativum tenentem possessas), in parochia et baronia de Partoun, senesc. Kirkcudbricht ; necnon duas dietas prati in dicta parochia (inter terras de Cogart et Bordland), olim occupatas per quondam Alex. Gordoun de Airdis avum dicti Gul. :—REDDEND. dicto Rob. 10 merc. feudifirme : —PROVISO quod dicte terre et earum possessores nullo modo ad molendinum dicte baronie astringerentur ; et si grana ad dictum molend. portassent molenda, tanquam extranei *lie outtin-toun* uterentur, et multuras solverent prout *lie outtin-toun* fecerunt :—cum precepto sasine directo Jac. Gordoun de Marcartney :—TEST. Alex. (Maxwell ?) de Crokefuird, Jo. Merschell burgen. de Dumfreis, Harberto Cunynghame juniore notario (scriptore carte), Geo. Maxwell scriba :—Apud Dumfreis, 24 Maii 1615] :—TEST. 99. 46. 92. 123. 72. 125. 49. 121. xlviii. 147.

1420. Apud Edinburgh, 16 Apr.
REX concessit et de novo dedit JACOBO DOMINO STEWART DE UCHILTRIE, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—superioritatem terrarum de Polquhairnes (ad Alex. Cunynghame de Polquhairne, . . Cunynghame de Bonytoun et Josiam Steuart in proprietate pertinentium), viz. terras de Polquhairne, cum tenentibus &c., in baronia de Kilmairis, balliatu de Cunynghame, vic. de Air ;—quas Jac. com. de Glencairne et Wil. dom. Kilmairis ejus filius, cum consensu Willelmi Barclay de Innergellie donatoris ad escaetam dicti com., per literas dispositionis de data 18 et 20 Mar. 1615 vendiderunt Joanni Buchannane de eodem irredimabiliter, et commissionem dederunt Alexandro Dowglas clavigero ad resignand. ; quas literas dictus Jo. B. dicto Jacobo dom. de Uchiltrie assignavit :—REDDEND. unum den. albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 166.

1421. Apud Edinburgh, 16 Apr.
REX confirmavit cartam Gulielmi episcopi Candidecase et capelle regie Strivilingen., ad quem episcopatum abbatia de Tungland unita est,—[qua, cum consensu capituli Candidecase, ad feudifirmam dimisit D. Jacobo Steuart de Killeith militi (postea DOMINO STEUART DE UCHILTRIE), heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —5 libratas terrarum antiqui extentus de Over et Nather Clauchane de Kirkcum, 20 sol. de Auchtafie, 2 mercatas ant. ext. de Ervie, 4 mercat. ant. ext. de Knokcowat, in parochia de Kirkcum et baronia de Invermessane, 20 sol. ant. ext. de Malmeine in parochia de Stenaiker, vic. de Wigtoun : —REDDEND. dicto episc. pro terris de Malmeine (ad dict. abbatiam pertinen.) 3 lib. 5 sol. 11 den., pro ceteris (ad dictum episcopatum ab antiquo spectan.) 30 lib. 9 sol. 2 den., et pro omnibus 10 sol. nove augmentationis ; et duplicando feudifirmas in introitu heredum ; necnon prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia apud Invermessane, cum debitis servitiis ballivis dicti episcopi consuetis :—cum precepto sasine directo M. Gilb. Power rectori de Stainnakirk :—et unica sasina pro omnibus staret : —TEST. And. Coupar fratre germano dicti episc., Jo. Gilmour, Pat. Kersane clerico commissariatus de Kirkcudbrycht :—carta scripta *ut in carta* 1026 [1] :—Apud Kirkcudbrycht, 26 Aug. 1613] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 167.

1422. Apud Edinburgh, 16 Apr.[1]
REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 787),—cum consensu &c.

[1] Dated an. reg. 50 et 14. Placed here according to the A.D., which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxxiv. fol. 320.

(202.),—concessit et de novo dedit ALEXANDRO HAMMILTOUN, nepoti D. Alexandri H. senioris de Innerweik militis legitime procreato inter D. Alex. H. juniorem de I. militem ejus filium natu maximum et Eliz. Keripsius sponsam,—terras, dominium et baroniam de Innerweik, cum castro, villa, terris dominicalibus, molendinis, portubus maritimis, anchoragiis, *lie waith*, *wrak*, piscationibus tam in aquis recentibus quam salsis, tenentibus &c., infra constab. de Hadingtoun, vic. de Edinburgh, et per annexationem in baronia et vic. de Ranfrew; duas terras templarias cum mansione, in territorio de Wasthall et Innerweik et constab. predicta; cum solita pastura 40 ovium, 4 vaccarum et 2 equorum (super *lie landis* de Westhall, aliis pasturagiis in communibus moris adjacen., privilegiis &c., cum officio balliatus)[1] dict. terrarum temp.;—quas dictus D. Alex. senior resignavit; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Innerweik, ut unica sasina apud castellum de I. capienda pro omnibus staret :—RESERVATO libero tenemento dicto D. Alex. seniori :—TENEND. dicto Alex. nepoti et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, ejus propinquioribus heredibus masc. legitime procreatis inter dictos D. Alex. juniorem et Eliz., quibus def., D. Jacobo H. de . . . militi, legitimo seniori filio procreato inter dictum D. Alex. seniorem et Dominam Cristinam Hammiltoun tunc ejus sponsam, heredibusque masc. dicti Jac. de corpore legit. procreatis, quibus def., dicti Jac. propinquioribus heredibus masc. legitime procreatis inter dictos D. Alex. seniorem et Cris., quibus def., dicto D. Alex. seniori, legit. et propinquioribus heredibus masc. et assignatis quibuscunque, de Carolo principe :—REDDEND. pro antiqua baronia jura et servitia warde &c.; pro terris templariis et seqq. 2 den. albe firme, cum fideli exactione justitie infra dict. bondas :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 202.

1423. Apud Edinburgh, 16 Apr.

REX confirmavit [1] cartam quondam Alexandri Glendonyng de Partoun,—[qua concessit ROBERTO GLENDONYNG filio legitime procreato inter se et Nicolam Herreis suam secundam sponsam, et MARGARETE MAXWELL ejus sponse,—pro matrimonio inter eos solemnizato, et dote sibi impensa et impendenda,—7½ mercatas terrarum de Glendonyng, 9 mercatas de Courtcleuch, 7 mercatas de Glenschroche (Glencrosche), 5 mercatas de Glenschivell (Glenschynnell), 5 libratas de Megdaill, 40 sol. de Ifgill, 10 mercat. (aut librat.) de Parkdaill, 40 sol. de Wodend, omnes antiqui extentus, 5 mercat. de Westerkar, 12 mercat. de Dalduren ant. ext., 20 sol. de Cainnotscheillis ant. ext., 7½ mercatas de Broumholme ant. ext., 10 mercat. de Crunzentoun ant. ext., 5½ mercat. de Felholme ant. ext., 10 mercatas de Ardkyne ant. ext., cum molendinis et piscariis omnium suprascript., in dominio de Eskdaill, vic. Drumfreis :—TENEND. dictis Rob. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Roberti quibuscunque vel assignatis, absque reversione, de rege :—cum precepto sasine :—TEST. Wil. Maxwell de Kirkhous, Edw. Maxwell de Hillis, Jo. Maxwell de Garrarie, Jac. Murray de Irnalmrie :—scripta per Donaldum Cunnynghame servitorem Jo. Young scribe signeto regio :—Apud Edinburgh, 13 Jul. 1605] :—[2] cartam (dicti) Roberti Glendonyng junioris de Partoun,—[qua, pro perimpletione litere obligationis de data presentium, vendidit JACOBO JOHNSTOUN de Westraw, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—dictas terras &c., omnes antiqui extentus :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine :—TEST. Fergusio Neilsoun in Craichie, Jacobo Glendonyng officiario in Partoun, Jac. Gordoun servitore dicti Rob., Rob. Haithill burgen. de Dumfreis, Geo. Johnstoun notario publico (scriptore carte) :—Apud Partoun, 13 Dec. 1614]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 380.

1424. Apud Edinburgh, 17 Apr.

REX concessit et de novo dedit JOANNI SPENS filio legit. natu maximo Alexandri S. de Boddomes, heredibus ejus et assigna-

[1] The bracketed words are accidentally omitted in the Dispositive clause.

tis,—villas et terras de Ovir Boddome, Nather Boddome, Carnestoun, cum molendino de Boddome, terris molendinariis &c., in regalitate de Garrioch, parochia de Inche, vic. Abirdene ;—quas dictus Alex. resignavit :—RESERVATIS dicto Alex. vitali redditu et jurisdictione balliatus de Nather Boddome cum dimidietate de Ovir Boddum, cum 3 croftis ejusdem, molendino &c. ; et Elizabethe alias *Bessie* Leith sponse dicti Alex. vitali redditu &c. de Nather Boddome ; et Helene Johnnestoun conjugi dicti Jo. vitali redditu &c. umbralis dimid. de Ovir Boddome, et integrarum terrarum de Carnestoun :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 117.

1425. Apud Edinburgh, 17 Apr.

REX,—cum consensu &c. (175.),—concessit et de novo ad feudifirmam dimisit JACOBO PRINGILL filio legitimo primogenito quondam Jacobi P. junioris de Quhytbank, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Redeheid, comprehendentes terras de Quhytebank et earum molendinum vocatum *the Balschawmylne*, cum manerie loco et piscationibus, in dominio foreste de Ettrik, vic. Selkirk ; —quas Jac. Pringill senior de Quhytbank resignavit :—REDDEND. pro terris 26 libras 13 sol. 4 den., pro molendino 13 sol. 4 den., in toto 27 lib. 6 sol. 8 den. ; ac duplicando &c. (cum ceteris *ut in carta* 1246, omissa clausula de multuris) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 128.

1426. Apud Edinburgh, 26 Apr.

REX,—cum consensu &c. (177.),—concessit ANDREE CREICH mercatori burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—hereditarium jus pecie vaste terre ex australi latere vici regii burgi de Edinburgh (inter terras dicti And., Joannis Adamsoun mercatoris, M. Alex. Patersoun ipothecarii, et Watsonis-clois) ; —que regi devenit tanquam ultimo heredi quondam Edwardi Lamb vel Jacobi Hombill :—TENEND. in libero burgagio :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 88.

1427. Apud Edinburgh, 26 Apr.

REX,—cum consensu &c (194.),—confirmavit cartam Jacobi Bonar de Rossy,—[qua, cum consensu Davidis Kynneir de eodem, —pro perimpletione contractus initi cum PETRO HAY de Kirkland, Joanne Hay ejus filio et herede apparente, et Petro Hay de Meginsche eorum fidejussore, de data presentium,—vendidit dicto Petro H. de K., heredibus ejus et assignatis, absque reversione,—terras et baroniam de Carnebaddie, cum molendino, terris molendinariis, moris, tenentibus &c., vic. Perth ;—et, in speciale warrantum earundem, terras de Ovir et Nather Rossie, vic. de Fyiff :—REDDEND. regi pro Carnebaddy jura et servitia debita et consueta ; pro Rossy 40 bollas ordei, 16 bol. tritici seu frumenti, 10 bol. avenarum, 19 merc., 24 capones, cum aliis devoriis (si que essent) in veteri infeofamento contentis, nomine feudifirme :—RESERVATO vitali redditu de Carnebaddie Jeanne Johnstoun domine de Rossie, matri dicti Jac. :—cum precepto sasine :—TEST. Jo. Kynneir feodatario de eodem, Jac. Hay de Fudie, Jo. Hay portionario de Sanctfurd, Jo. Bonar de Lumquhat, Tho. Traill fratre Joannis T. de Blebo, M. Alex. Wedderburne scriba curie Deidonane, Tho. Wichtane servo dicti M. Alexandri (scriptore carte) :—Apud Dundie, 11 et 12 Jun. 1607] :—TEST. 99. 46. 93. 123. 72. 125. 49. 121. xlviii. 116.

1428. Apud Edinburgum, 26 Apr.

REX,—cum consensu &c. (179.),—concessit et de novo dedit JACOBO ARNOTE seniori mercatori burgensi de Edinburgh, filio legitimo quondam D. Joannis A. de Berswick militis prepositi burgi de Edinburgh,—terras et *lie* Maynis de Fastcastell nuncupat. Westir Lumsden, Dowlaw, Dudoholme alias Cauldsyid, Auldtoun, Newtoun, cum molendino de Fastcastell, terris molendinariis &c., piscariis, et decimis earundem inclusis, cum castro et manerie de Fastcastell, in baronia de Coldinghame, vic. de Beruick ;—quas Domina Anna Home senior duarum filiarum et heredum portionariarum quondam Georgii com. de Dumbar dom. Home de Beruick, cum consensu D. Jacobi Home de Quhitrig militis sponsi sui, et D. Joannis H. de Coldounknowis militis patris dicti D. Jac., resignavit, pro perimpletione

1613. Apud Edinburgum, 13 Mar. REX,—cum consensu &c. (216. 176.),—confirmavit cartam Joannis com. Marrie domini Erskene et Garioch,—[qua concessit HENRICO ERSKENE, filio inter se et Mariam Stewart comitissam Marrie conjugem suam secundogenito,—dominium et baroniam de Cardrois (comprehenden. *ut in carta* 301,[1] sed omittendo ea que infra excepta sunt); necnon decimas garbales aliasque decimas et devorias tam rectoriarum quam vicariarum ecclesiarum de Porte et Kilmadok ad prioratum de Inchemahomo, et de Kippen ad abbatiam de Cambuskynnethe, olim spectantium :—RESERVATIS omnibus olim ad abbatiam de Cambuskenneth pertinentibus, necnon decimis &c. omnium beneficiorum de Dryburgh et Inchemahomo (preter Porte, Kilmadok et Kippen); necnon terris de Inglisberrie-grange cum decimis inclusis, ab antiquo ad abbatiam de Dryburgh pertinentibus, vic. de Lanerk :—PROVISO quod liceret dicto comiti quocunque tempore ejus vite (excludendo heredes ejus et successores) suprascripta redimere per solutionem unius scuti aurei *lie rois-nobill* infra ecclesiam parochialem de Striviling super premonitione 8 dierum, aut consignationem ejusdem in manibus unius ballivorum burgi de Striviling :—RESERVANDO dicto com. vitalem redditum omnium; et dicte comitisse vitalem redditum eorum in quibus infeodata extitit :—TENEND. dicto Hen. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Alexandro E. ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., heredibus masculis inter dictos Jo. et Mar. legitime procreatis, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. et assignatis quibuscunque dicti Jo. reversuras, de rege :—REDDEND. 100 libras albe firme; necnon ministro de Porte 2 celdras victualium ($\frac{2}{3}$ farine et $\frac{1}{3}$ ordei), et 200 merc., ministro de Kilmadok 4 celd. farine, 1 celd. 12 bollas ordei, 20 merc., preter mansionem et glebam, ministro de Kippen 2 celd. farine, et 300 mercas, preter vicariam, mansionem et glebam :—cum precepto sasine :—TEST. Jo. Levingstoun de Donypace, Thoma Ewing, Andrea Plumbar, Jo. Williamesoun scriba vicecomitatus et communitatis burgi de Striviling (scriptore carte), servitoribus dicti com. Marrie :—Apud Halyrudhous, 31 Jan. 1617] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 394.

1614. Apud Edinburgum, 13 Mar. REX,—cum consensu &c. (209. 177.),—confirmavit cartam Joannis com. Rothes dom. Leslie &c.,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis, in libris dominorum concilii registrari continentis,—cum consensu curatorum suorum, concessit Domine ANNE ERSKENE sue future conjugi, filie legit. secundogenite Joannis comitis Marrie dom. Erskene et Domine Marie Stewart comitisse Marrie, in vitali redditu,—terras dominicales de Bambreich, cum castro, piscationibus, molendinis, terras de Heichame, Logie, Eister et Wester Flisk, Fliskmillane, Balhyvie alias Balhelvie, in baronia sua de Bambreiche, vic. de Fyiff :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine :—TEST. (ad subscriptionem dicti com. R.) Alex. com. Dumfermeling, Alex. Inglis de Rottinraw, M. Jac. Raithe, M. Jo. Drummond, servitoribus dicti cancellarii; (ad subscriptionem curatorum) Jac. Ramsay de Corstoun, Wil. Schaw de Lathanzie, D. Davide Lyndesay de Month, M. Davide et And. Leirmonthis filiis domini de Balcolmie, Tho. Drummond de Corscapill, Jo. Drummond camerario, M. Jo. Hay, D. Georgio Hammiltoun de Grenelaw milite, Alex. Hammiltoun de Binnie, M. Jac. Aytoun de Grange :—carta scripta per M. Jo. Paip juniorem scribam Edinburgi : — Apud Halyerudhous, Edinburgh, Cowper, Sanctandrois, Drimine, 15, 20, 21, 28 Dec. 1614, 23 Jan. et 3 Mar. 1615] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. ii. 54.

1615. Apud Edinburgh, 14 Mar.[2] REX,—cum consensu &c. (209. 177.),—concessit et de novo dedit ALEXANDRO LECKYE tunc de eodem et GRISSILIDI

[1] The different readings are noted at No. 301.

[2] Dated an. reg. 51 et 14. Placed here according to the A.D., which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxxvi. fol. 121.

MURRAY ejus conjugi future in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreandis, quibus deficientibus, propinquioribus et legit. heredibus masc. et assignatis dicti Alex. quibuscunque,—dimidietatem terrarum et baronie de Leckye nuncupat. Westir L., adjacentem terras et baroniam de Boquhan et extenden. ad 10 libratas antiqui extentus, cum molendino, terris molendinariis &c., turre, manerie loco, tenentibus &c., tertiam partem terrarum de Kipdarroch, vic. Striviling;—quas, regi devenientes ratione recognitionis et Patricio Maxwell de Newwark dispositas, dictus Pat. cum consensu Georgii M. feodatarii de eodem filii sui resignavit;—necnon dicto Alex. Leckye, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Eister Leckye et *lie* Offerance de Leckye nuncupat. Scheirgartan, cum tenentibus &c., in senesc. de Menteith et vic. de Striviling;—quas Adamus Cwnynghame de Chapeltoun tunc de Markinche nuncupatus resignavit;—et quas omnes rex incorporavit in liberam baroniam de Leckye, ut unica sasina apud fortalicium de L. capienda pro omnibus staret:—REDDEND. pro Wester Leckye et Kipdarroche servitium warde &c., pro Eister Leckye et Scheirgartan unum den. argenti nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 322.

1616. Apud Palatium de Theobaldis, 17 Mar.

REX dedit literas remissionis CAROLO MAXWELL fratri germano Willelmi M. de Kirkhous, pro ejus vita duraturas,—pro arte et parte necis D. Jacobi Johnstoun de Dunskellie militis; et pro ceteris criminibus ignis incendii, homicidii, necis et emissionis sanguinis per eum ante diem date commissis,—crimine lese majestatis contra regis personam, magie et monete adulterationis excepto. P.R. ii. 5.

1617. Apud Edinburgh, 18 Mar.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 787),—cum consensu &c. (207. 175.),—concessit et de novo dedit ROBERTO M'CULLOCH mercatori burgensi de Kirkcudbright, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — 5 mercatas terrarum de Kirkclauch antiqui extentus, cum molendino de Skyreburne, ejus terris &c., in parochia de Anweth, senesc. Cirkcudbright;—quas Willelmus M'Culloch de Mertoun, Maria M'Culloch ejus sponsa et Alex. Macculloch eorum filius resignaverunt:—TENEND. de rege:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 248.

1618. Apud Edinburgum, 21 Mar.

REX,—quia David, Wil., Alex., Rob. et Jac. V. reges per 500 annos et supra erexerant BURGUM DE RUTHERGLEN, situatum in occidentali parte regni Scotie, in burgum regalem cum diversis terris, privilegiis &c.,—cum consensu &c. (214. 175.),—ratificavit omnia infeofamenta, decreta &c., per progenitores suos dicto burgo concessa et confirmata;—et presertim cartam confirmationis per Jac. V. regem factam super infeofamentis dictorum Davidis &c. pro erectione dicti burgi regalis, cum privilegiis preposito, ballivis, burgensibus et communitati ejusdem concessis infra bondas a Nethan ad Polmadie et a Garin ad Kelvin et a Lowdoun ad Prenteinethe et a *lie* Carneburgh ad Carroun et alibi; ordinando quod nemo caperet custumas aut alia devoria ad dict. burgum pertinentia tempore dicti Dav. regis, et quod dominus terre in qua apprehensus esset dict. prepositum et ballivos et eorum serjandos adjuvaret donec dict. custumas &c. acquisivissent, sub pena amerciamenti 10 lib.; et inhibendo liegiis ne quis bona extra dict. limites vendenda sumeret nisi prius ad dict. burgum apportata essent; et concedendo dictis preposito &c. quod de omnibus tholoneis &c. suorum cattellorum et bonorum in omnibus partibus regni essent liberi; de data 12 Jun. 1542:—INSUPER de novo dedit dictis preposito &c.—burgum de Rutherglen, territorium et communitatem ejusdem, cum omnibus terris, tenementis, ecclesiis, capellis, capellanariis, viis, molendinis, carbonibus, rupibus *lie quarrellis*, amnibus et *lie damis*, *inlairis*, *laidis*, piscationibus, moris, marresiis, viridariis, communitatibus, annuis redditibus, feudifirmis, mansionibus, et ceteris libertatibus quibuscunque tam ecclesiasticis quam secularibus dicti burgi, jacen. infra

dictum burgum, libertatem, territorium et jurisdictionem ejusdem; — cum potestate annuatim eligendi prepositum, ballivos, consules, decanum gilde, thesaurarium &c.; necnon exercendi *lie trade* et *traffick* mercandorum, et emendi, vendendi, *lie blok*, *cop* et *use* omnia genera mercandorum tam de regno Scotie quam de aliis nationibus, levandi parvas custumas et alias devorias infra dictas bondas; et habendi *ane merchand gildrie* cum deacono gilde, curiis gilde &c.; et tenendi hepdomadatim die Saturni diem foralem, cum duobus nundinis annuatim, viz. 18 Oct. (*Lowkis-day*) per 4 dies, et . . . olim nuncupat. *the Trinitie-Sunday* per duos dies, secundum antiquam consuetudinem, cum tholoniis &c.; et faciendi acta pro communi bono dicti burgi, constituendo prepositos &c. dicti burgi, judices in hac parte infra bondas ejusdem; cum potestate *lie gaittis* et *passages* a dicto burgo ducentes defendendi ut observarentur in mensura consueta: — Insuper, — considerans omnia suprascripta in unum liberum burgum regalem incorporata esse, et dictos prepositum &c. universitatem esse in propria natura permanentem,—voluit quod unica sasina apud crucem foralem dicti burgi capienda pro omnibus staret imperpetuum:—Reddend. 13 lib., viz. 40 sol. regi et 11 lib. vicariis chori ecclesie cathedralis Glascuen., nomine feudifirme, cum servitio burgi consueto: —Test. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 245.

1619. Apud Burlayhill, 22 Mar. REX,—cum consensu &c. (209. 177.),—confirmavit et de novo dedit Domine MARIE DOWGLAS COMITISSE BUCHANIE, et JACOBO COMITI BUCHANIE ejus (sponso), filio legit. natu maximo inter Joannem com. Marrie dom. Erskene et Garioche magnum thesaurarium et Dominam Mariam Stewart comitissam Marie ejus conjugem procreato,—terras et alia subscript. dominii et comitatus Buchanie, viz. terras, baroniam et dominium de Auchterhous cum castro et molendino, terras et baroniam de Essie (viz. Casteltoun, *lie ailhous* et Brewland de E., novum molendinum, Balkerie cum molendino, Glenquhariteis, Balgrowgo et Dirriland de Essie), terras et baroniam de Navay, terras de Petdinnye in baronia [de Kethnes], terras et baroniam de Kethnes, terras et baroniam de Kynyawtie, cum castris, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum, vic. Forfar; terras et baroniam de Monblarie cum piscationibus et molendinis, viz. terras vocatas Waistryn, terras de Newtoun cum molendino, Todlaw cum parca, Quhyitfeild, Smedetoun et Monblarie, Haltoun de M., terras dominicales de Auchinbadye (cum molendino et piscationibus, terras de Stanelie-Auchinbadye), Ryland cum molendino, Tulloch cum molendino, terras et baroniam de Glendowoquhy alias Down, viz. terras dominicales de Doun cum molendino et piscationibus tam in aquis dulcibus quam salsis, et *lie* Brewlandis earundem, terras de Mekerres (vel Melreis) cum molendino et piscationibus, Fortrie cum molendino, Monblatoun, salmonum piscationes de Thaynesnet, *Assys-lax* in aqua de Doverne, *lie* Craigschott in mari prope villam de Bamff, castrum de Bamff cum *lie Castelhill* et hortis, officia vicecomitis et coronatoris vic. de Bamff, terras de Petgar cum molendino, Mynone et Cartrilzear, ac Culane, cum castris, maneriebus, molendinis, piscationibus, feodis &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum, tenentibus &c., vic. de Bamff; terras et baroniam de Glencuthill, viz. villam et molendinum de G., terras de Auchmedden cum piscationibus, Inchebrek, Saltcoittis, Dowye (vel Towye), Pitmacaddell, terras et baroniam de Grandoun cum molendino, terras de Balmadeis, Glascofores, terras et baroniam de Cart(r)ilzear, cum castris, maneriebus, molendinis, piscationibus, tenentibus &c., vic. Abirdene; monticulum vocat. Erlishill, cum tenentibus &c., in comitatu Buchanie, vic. de Abirdene; omnes ex antiquo in dominium et baroniam de Glendowoquhy incorporatas; — que fuerant dicte Marie Dowglas; et quas eadem et ejus conjux cum consensu curatorum suorum resignaverunt, pro causis in contractu matrimoniali de data 15 Jun. 1615 contentis: et quas rex de novo incorporavit in liberum dominium et baroniam de Glendowaquhye, ordinando castrum de Bamff principale fore messuagium: —

TENEND. dictis Mar. et Jac. in conjuncta infeodatione pro eorum vita, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. et assignatis dicti Jac. quibuscunque, terras et silvas de Newtoun, Todlaw et Wastrin in libera foresta :—REDDEND. servitia warde &c., cum 3 sectis ad 3 placita capitalia vic. de Bamff, absque secta seu servitio in aliis vicecomitatuum curiis :—et rex declaravit quod dicti Jac. et heredes possiderent in parliamentis &c. omnes honores et preeminentias quas comites Buchanie ex antiquo possederant :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 390.

1620. Apud Burleyhill, 22 Mar.
REX,—cum consensu &c. (216. 176.),—ratificavit [1] cartam per Jo. com. Marrie factam Domine MARIE DOWGLAS COMITISSE BUCHANIE, et JACOBO COMITI BUCHANIE ejus conjugi,—de annuo redditu 7000 merc. de terris et dominio de Buchane quondam Domine Cristine Stewart comitisse Buchanie et quond. Joanni magistro Buchanie ejus avo spectan.; —RESERVATO libero tenemento dicto com. Marrie ;—TENEND. dictis Mar. et Jac. in conjuncta infeodatione, et heredibus &c. (*ut in carta* 1619), de rege in alba firma; —de data 31 Jan. 1617 :—[2] cartam per dictum Jac., cum avisamento dicti Joannis com. Marrie ejus patris, factam dicte Mar., in vitali redditu,—in plenariam contentationem ejus tertie,—de 40 libratis terrarum antiqui extentus de Libbertoun, cum fortalicio, molendinis, piscationibus, advocatione rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Libbertoun, tenentibus &c., in parochia de Carnwath, necnon de 4 bovatis terrarum ecclesiasticarum de Libbertoun (exceptis gleba et mansione ministri dicte ecclesie, per quondam M. Alex. Spittell ministrum ejusdem occupatis), in parochia de Libbertoun, vic. de Lanerk ;—TENEND. de rege ;—de data *ut sup.* :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 391.

1621. Apud Burlyhill, 22 Mar.
REX,—cum consensu &c. (177.),—concessit JOANNI COMITI MARRIE domino Erskene et Gareoche magno thesaurario, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —annuum redditum 7000 merc. de terris, dominio, baroniis et aliis comitatus Buchanie olim quondam Domine Cristine Stewart comitisse Buchanie et quond. Joanni magistro Buchanie ejus avo spectan. (viz. terris, dominio et baronia de Auchterhous cum castro et molendino, terris et baroniis de Essie et Naway, vic. de Forfar; terris et baroniis de Monblarie et Glendowoquhy, vic. de Banff; terris et baroniis de Glencuthill, Grandoun et Cartrelzer, vic. de Abirdene; cum castris, manerie locis, molendinis, forestis, piscationibus, tenandriis); —quem Domina Maria Dowglas comitissa Buchanie et ejus curatores resignaverunt: —REDDEND. unum den. albe firme :—et voluit rex quod sasina apud castrum de Auchterhous capienda sufficiens esset :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 393.

ANNO REGNI 15 ET 50. ANNO DOMINI 1617.

1622. Apud Edinburgh, 31 Mar.
REX,—cum consensu &c. (217. 177.),—confirmavit cartam Jacobi Dempster, fratris germani et heredis deserviti quondam Joanni D. de Knokleith,—[qua,—pro impletione contractus inter (quond.) JACOBUM OGILVYE de Birnes ab una, et se cum consensu Jacobi D. et Jonete Lyell suorum patris et matris ab altera partibus, de datis apud Haltoun et . . , 17 Feb. et . . 1616,—vendidit dicto Jac. O., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—solarem tertiam partem ville et terrarum de Knokleith cum crofta brueria earundem, croftam *lie* Bilbo, molendinum vocat. de K. cum ejus terris &c., villas et terras de Halcwallis tam tertie partis solaris quam bine partis earundem, solarem tertiam partem ville et terrarum de Lenscha et Lenschabray, ville et terrarum *lie* Haltoun de Auchterles, ville et terrarum de Thomastoun, in baronia de Auchterles-Dempster, vic. de Abirdene :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine :—TEST. M. Roberto

Mercer ministro ecclesie de Ellone, Walt. Ogilvye, Alex. Broun, servitoribus dicti Jacobi O., Gavino Cruikschank notario publico (scriptore carte) :—cum subscriptionibus dictorum Jac. D. senioris et Jonete in signum eorum consensus :—Apud Dudwick, 12 Jun. 1616] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. ii. 7.

1623. Apud Edinburgh, 1 Apr.

REX,—cum consensu &c. (218. 182.),—quia de data 27 Jan. 1591 in feudifirma locaverat quondam Joanni Welsche in Burnefute 10 solidatas terrarum antiqui extentus de Kilnes, et ½ mercat. nuncupat. Sanct-Michaellis-croft, in baronia de Halywode, vic. de Drumfreis,—ratificavit instrumentum sasine per dictum Jo. propriis manibus concesse quond. Cuthberto Welsche et quond. Jonete W. ejus sponse, filie legit. dicti Jo., in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Cuth. quibuscunque, de dict. terris, de rege tenendis, de data 13 Jul. 1601, sub signo et subscriptione Joannis Makghie notarii publici :—INSUPER dictas terras THOME WELSCH filio et heredi dictorum Cuth. et Jon., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, de novo ad feudifirmam dimisit :—REDDEND. 32 sol.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 242.

1624. Apud Edinburgh, 4 Apr.

REX,—cum consensu &c. (207. 175.),—concessit et de novo dedit JOANNI YOUNG notario publico burgensi de Drumfreis, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—20 solidat. de 40 solidatis terrarum de Guliehill (per Davidem Edyer et Richardum Edyer ejus tenentem occupat.), 10 solidat. ex 20 solidatis de Ashieholme (per eosdem possess.), 6 sol. (8 den.) de Stellingtrie alias Napertoune, 2 dimidias mercatas de Bromerig et Spaird (olim per quondam Rob. Cairnis et Jo. C. ejus filium, postea per Hugonem Cannan, Tho. Edyer et quond. Eliz. Grahame tenentes occupat.), cum earum piscaria super aquam de Nythe Cairnis-skar nuncupata, alias 20 solidat. de Guliehill (antea per quond. Jo. Maxwell de Guliehill, tunc per Jo. Mureheid et dictum Jo. Young occupat.), cum piscariis, moris, *infeild* et *outfeild*, in parochia et baronia de Haliewode, vic. de Drumfreis;—quas primas 20 sol. de Guliehill et seqq. dictus Dav. Edyer, Bromerig et seqq. Jo. Thomesoune in Mylneheid filius naturalis quond. Joannis T. in M., alias 20 sol. de Guliehill Arch. Maxwell tunc de Cowhill, resignaverunt :—et rex voluit quod unica sasina apud mansionem et maneriei locum de Guliehill antea dicto Davidi spectan. capienda pro omnibus staret :—REDDEND. regi (loco abbatie de Halywode) pro prima parte de Guliehill et pro Ashieholme 3 lib. 22 den., pro Stellingtrie 12 sol., pro Bromerig et Spaird 32 sol. 4 den., pro Cairnis-skar 6 sol. 8 den., et pro Bromerig et seqq. 3 sol. 4 den. augmentationis, pro altera parte de Guliehill 44 sol. 8 den., feudifirme antique, et pro omnibus 3 sol. 4 den. augmentationis, in toto 8 lib. 4 sol. 2 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et observando tres principales curias dicte abbatie :—RESERVATIS multuris et sequelis ad molendina de Haliewode astrictis et debitis :—TEST. *ut in carta* 1625. xlviii. 237.

1625. Apud Edinburgh, 5 Apr.

REX confirmavit cartam Alexandri Levingstoun de Belstane (filii quondam Joannis L. de B.),—[qua,—pro perimpletione contractus de data apud Edinburgh, 11 Mar. 1617, et pro 4000 mercarum persolutis,—cum consensu Katherine Maxwell sponse sue et Agnetis Lindsay matris sue, vendidit D. JACOBO LOKHART de Ley militi, et Domine JEANNE AUCHINLECK ejus sponse, in vitali redditu (dum dicta Jean. post decessum dicti Jac. vidua maneret), et JOANNI LOKHART eorum filio legitimo hereditarie, irredimabiliter,—terras de Malenie cum manerie loco, cum mora et communitate consuetis, extenden. ad 20 sol. antiqui extentus, in parochia de Currie, vic. de Edinburgh;—et, in speciale warrantum earundem, dimidietatem 5 libratarum terrarum de Belstane, maneriei loci, carbonum et calcis earundem, in parochia de Carlouk, vic. Lanerk :—TENEND. dictis Jac. et Jean. *ut sup.*, dicto Jo. et heredibus

masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Samueli L. ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Georgio L. ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Willelmo L. ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., aliis heredibus masc. inter dictos Jac. et Jean. legitime procreatis, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. et assignatis dicti Jac. quibuscunque, de rege :—cum clausula warrantizationis, excepta litera assedationis per dictum Alex. facta Willelmo Blythman de pecia dict. terrarum principalium :—cum precepto sasine :—TEST. Jacobo Weir in Balschaw, Pat. Hammiltoun scriba signeti regii, Jo. Hammiltoun (scriptore carte) et Hen. Osburne ejus servitoribus :—Apud Edinburgh, 12 Mar. 1617] :—INSUPER,—cum consensu &c. (208. 186.),—suprascripta dictis personis de novo dedit :—TEST. 99. 46. 92. 123. 72. 125. 49. 121.

xlviii. 236.

1626. Apud Edinburgh, 8 Apr.

REX,—cum consensu &c. (208. 186.),—confirmavit [1] cartam Alexandri Cranstoun de Moriestoun,—[qua,—virtute contractus inter se ab una, et PHILIPPUM SCOTT de Dryhoip, Phil. S. ejus filium, et Rob. Scot de Aikwode eorum cautionarium, ab altera partibus, de data apud Edinburgh, 14 Maii 1611,—vendidit dicto Phil. seniori, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —terras suas de Mid-Scheillis, Apiltriehill (vel Apiltriehall), Coitlaw et Crauhill, cum molendinis, multuris &c., in baronia de Hassindene, vic. Roxburgh :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine :—TEST. Jo. Cranstoun fratre germano Willelmi dom. Cranstoun, M. Tho. Rollok advocato, Ric. Cas scriba signeti regii, M. Rob. C. ejus filio, Jo. Lermont servo dicti Ric. (scriptore carte) :—Apud Edinburgh, 15 Maii 1611] :—[2] cartam Philippi Scot de Dryhoip,—[qua, cum consensu Philippi S. filii sui et heredis apparentis,—pro perimpletione contractus de data presentium, — vendidit JACOBO SCOTT burgensi de Edinburgh, filio legit. quondam Georgii S. incole ville de Leyth, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—dictas terras, cum molendino desuper constructo, aliis molendinis, terris molendinariis &c. :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine :—TEST. Lawrentio Scott de Harpwrig advocato, Adamo Cunynghame advocato, Jo. M'Min ejus servitore, Thoma Nevin servitore Jacobi Kynneir scribe signeto regio (scriptore carte) :—Apud Edinburgh, 2 Apr. 1617]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 239.

1627. Apud Edinburgh, 11 Apr.

REX,—cum consensu &c. (207. 175.),—confirmavit cartam quondam Petri episc. Abirdonen.,—[qua, cum consensu decani et capituli Abirdonen., concessit et de novo ad feudifirmam dimisit THOME COLLISONE, filio Joannis C. de Auchlownies,—dimidietatem unius retis piscationis salmonum piscarie de *lie* Raik et Stellis super aquam de Die, cum decimis salmonum unius *lie kevill* dicte piscarie a dicta dimid. retis nondum separatis, infra libertatem burgi de Abirdine, vic. de Abirdine ;—quam dictus Jo. personaliter resignavit :—SALVO usu fructu dicto Joanni : —PROVISO quod liceret dicto Jo. et ejus assignatis suprascripta redimere per solutionem 10 merc. in ecclesia Divi Nicolai vocata antiqua ecclesia, aut consignationem dicte summe in manibus viri fidedigni super premonitione 15 dierum :—TENEND. dicto Tho., heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, et eorum assignatis, quibus deficientibus, dicto Jo. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis reversuram, quibus def., heredibus et assignatis dicti Jo. quibuscunque, de dicto episc. :—REDDEND. 104 libras pro 26 bariliis salmonum, et 20 sol. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum aut assignatorum ; et si defecissent &c. (*ut in carta* 686) ; cum prohibitione alienandi absque consensu dicti episc. :—cum precepto sasine directo M. Jo. Touche : —TEST. M. Alexandro Blakburne fratre germano dicti episc., M. Pat. Guthrie subprimario collegii Veteris Abirdonen., M. Rob. Paip advocato, M. Alex. Paip ejus filio (scriptore carte), Jacobo Davidsone, Jo. Donaldsone, notariis publicis :—Apud Abirdine, 1 Maii 1616]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 250.

1628. Apud Edinburgum, 11 Apr. REX,—cum consensu &c. (208. 186.),—concessit et de novo dedit RODORICO M'KENZIE de Cogeauche, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Torresay, cum castro de Dowart et molendino earundem, terras de Brolos, 8 mercatas terrarum in Ardmannach, Burg, Glenkynneir, Gomadra, Cresenis (Tresenis?), in Mull, Collogray, Ineway, Callioch, Lag, Sonepoll, Gilcrist, Penemore, Arderenis, jacen. in Morenis, Mandalon, Crossipole et Heren, jacen. in Tierig, cum officio ballivatus de Tierig, Kearnaburg cum insulis ejusdem, Dunchonaill cum insulis ejusdem, et Molway jacentem in Scarbay, Troag, Owanagell, Glennamuk, Ardskalenis, Cammus, Egestill, Ardvegnis, jacen. in Dowray, Downanultich, Ranaquhen, Aichtaymolen, jacen. in Knapdaill, Torrislay in Ilay, vic. de Tarbert; terras de Auchnahay, Achalane, Duggere, Kinloche, Auchranich cum *lie* Stra, *lie* Clasche et Claschebrek, Auchigtadonill, Ouladill cum *lie* Sron, Auchitavok-rousling, jacentes in Morvairne, Inverlochy, Auchtitorbeg, Tirlundie, Drumfour, Auchnadala, Amusky (Cammisky?), Conlik (Tonlik?), Downy, Torrechoulen (Correchoulen?) cum Sukkauche, Auchichterre, Thomquharrig, jacen. in Lochabir, 4 mercat. terrarum in Scalpay viz. Torin et Skeadin, vic. Invernes; cum advocatione ecclesiarum et capellaniarum infra omnia predicta; 20 libratas 6 sol. 8 den. terrarum, viz. ¼ de Skynneill, ¼ de Coull, ¼ de Arehalich et Foirland, ¼ de Corspellane, ¼ de Garrinsay et Kilvalen (Kilnalen?), ¼ de Garbollis et Duache, ¼ de Dall, ¼ de Robols et Kepols, ¼ de Skanlastill, ¼ de Killelegan et Skanlastill, $\frac{1}{16}$ de Megleyne, $\frac{1}{16}$ de Ouo, ⅛ de Bols, 6 solidat. 8 den. de Skanlastill, cum molendinis et piscariis, in insula de Ilay, vic. de Tarbert; terras de Wlway, Laganwalsagary, vic. de Tarbert; 20 librat. terrarum antiqui extentus, viz. Oiscwmull, Corcomoir, Kilmichaell, Ardualeig, duas Fannemoreis, Torlosk, Castair (Tostary?), Ardesgeny, Burgbeg, Burgmoir, Reudill, Glakewgary, Euinsay, Crossopole, Langavill, Knokowy, Kildavy, Drumgiga, Duchoren, Aremolkyn, Tunadill, cum molendinis et piscariis, in insula de Mull, vic. Tarbert; 4 denariatas terrarum de Schabay, 1½ den. de Scur, 4 den. de Kilmakewin, 2 den. de Seirpene, obulatam de Edirallochc, 1 den. de Uskane, ½ den. de Ardkevaig, 1 den. de Lorakhin, 1 den. de Ardachig, 1 ob. de Lewone, 1 den. de Knoknefineg, 1 den. de Knoktaytarlot, 2 den. de Treysan, 2 den. de Ardvelenis, 1 den. de Bernis, 2 den. de Tiergargane, 1 den. de Teirkill, 3 quadrantes de Kilmorie, 1 ob. de Ellane-calmen, 2 den. de Stocadill, 4 den. de Balliemore, 1 den. de Salquhur, 1½ denariat. de Poty, 1 den. de Tierchladane, 1 ob. de Crewych inferiore, 1 ob. de Crewych superiore, 2 denariat. de Ardthenaig, 2½ den. de Tiergill vocat. Callegawnan, 3½ den. de Boessane, 2 den. de Cronygerd, 2 den. de Ley, 1 den. de Assobald, 5 den. de Ardtwn, jacen. in Rossy, insula de Mull, vic. Tarbert; 1 den. terre de Kilphobull, 1 den. de Kellin, 1 den. de Calyemoir, 1 den. de Kilwranyn, 1 den. de Kilnyn, 1 den. de Kengargera, 3 quadrantes de Kilmorie, 2 den. de Beich, 1 den. de Thorrin, 1 den. de Carsaig, 1 den. de Skyndane et Ard, 1 den. de Glaswilder et Lyald, jacentes in Conlochwarolo (vel Kenlochwarolo) de Nether Mull, vic. de Tarbert; insulam Yone cum omnibus infra eam monasterio de Icolmekill olim spectan.; ¼ terre de Skarials, ¼ de Kynnabols, ⅛ de Allabols, ⅛ de Nakill, 7½ vaccatas de Sorne, 2½ vaccatas de Skeag et Leures, 2 quarteria de Ardnew extendentia ad 5 mercat. terrarum vocat. octavam terre de Mee et villa media que vulgariter nuncupatur Ballevannich, et insulam de Ardnew, jacen. in insula de Ilay, vic. de Tarbert; 6 mercat. terrarum de Ballefuilyie, 6 mercat. de Kirkbold, mercatam de Wayll, ad dictum monast. olim pertinen., 6 mercat. de Keyllis episcopatui Insularum Yone olim spectan., jacen. in insula Terrey, vic. de Tarbert; 5 mercat. terrarum de Nerrabolsadh in insula de Ilay, finibus *lie Rindis* ejusdem, ad monast. Derrensis pertinen., vic. Tarbert; 1 den. terre de Eingschyer, 1 den. de Balliemannache, ½ den. de Teyanga, 1 den. de Balinahaibne, 1 den. de Kilwamocher, 2 den. de Ard, 2 den. de Derriegawaig, 1 den. de Gilsaad, 1 den. de Sgarrusdull, 2 den. de Knok, 2 den. de Clachaig, ½ den.

de Eorsay, 2 den. terrarum et insule S. Kenneti vulgo Inchanzich, cum cunicolario et piscariis ejusdem, ½ denariat. de Glenligdowill, ½ den. de Edingart (vel Eningart), cum decimis garbalibus inclusis que absque divisione cum terris locabantur, jacen. infra et prope insulam de Mull, vic. Tarbert; 3 mercat. terrarum de Skarvenis in insula de Terrie, terras et insulam de Gunnay, terras (de) tyrunga de Kyllis, ter. (de) Ardnische superiore, terras de Ardnisse inferiore, terras de Fresland, in insula de Colla, vic. Tarbert; 10 den. terrarum de Kilbaxter in Troutarnis in insula de Sky, 4 den. de Ballienangalleache et terras de Helsker in insula de Owyst, vic. de Invernes; cum piscariis tam in aquis recentibus quam salsis, molendinis, terris molendinariis &c., et forestis;—quas Hector M'Cleane de Dowart, cum consensu Issobelle Achesone sponse sue et quarundum personarum ad quarum instantias extitit interdictus, resignavit;—necnon 86 mercatas 10 sol. terrarum de Terrie, 24 mercat. 5 sol. de Arrois in Mull, vic. Tarbert; 53 mercat. 10 sol. terrarum de Morvairne, vic. Invernes; cum castris, manerierum locis, salmonum aliorumque piscium piscariis, molendinis;—que infra dominium de Illes jacuerunt et ad patrimonium corone ex antiquo annexate sunt: —Preterea rex incorporavit dict. terras de Torresay &c. (usque ad Tunadill) in liberam baroniam de Dowart, ordinando castrum de D. principale fore messuagium; et ceteras in liberam tenandriam de Arrois in Mull: —Reddend. pro baronia de Dowart jura et servitia debita et consueta; — pro Schabay &c. (usque ad Nerrabolsadh) *ut in* Regist. Magni Sigilli, A.D. 1580–1593, *carta* 1491;[1]—pro Eyngschyer 10 pondera casei, 10 pondera farine per lapidem monialium, 3 sol. 4 den. pro *eik*; pro Ballemannache *ut pro Eyngschyer*; pro Teaynga 20 sol.; pro Ballienahaibne *ut pro Eyngschyer*; pro Kilwamoyer *ut pro Eyngschyer*; pro Ard 20 pondera casei et 20 pondera farine, 6 solidos 8 denarios pro *eik*; pro Derriegawaig *ut pro Ard*; pro Gilsaad *ut pro Eyngschyer*; pro Sgarrusdull 6 pondera farine et 6 pondera casei, 3 solidos 4 denarios pro *eik*; pro Knok 18 pondera casei et 18 pondera farine, vaccam lactiferam pro grassuma, 6 solidos 8 den. pro *eik*, 180 pisces (vel 4 den. pro pisce); pro Clachaig 18 pondera casei et 18 pondera farine, vaccam lactiferam, 6 sol. 8 den. pro *eik*; pro Eorsay 5 pondera casei et 5 pondera farine; pro insula S. Kenneti 18 pondera casei et 18 pondera farine, 6 sol. 8 den. pro *eik*; pro Glenligdowill 6 pondera farine et 6 pondera casei, 5 sol. pro ½ *lie grassum-mart*, 3 sol. 4 den. pro *eik*; pro Eningart *ut pro Glenligdowill*; vel pro pondere casei 16 den., pro pondere farine 8 den., pro vacca 10 solidos; pro Skarvenis 40 maleas (viz. unam partem in farina, alteram in grano, tertiam in ordeo), 2 vaccas fetosas, 6 sol. 8 den. pro *eik*, 4 bollas manseti mediocriter in ordeo et avena, pro sustentatione unius noctis 13 sol. 4 den., 24 ulnas *lynning claith*; pro Gunna 8 maleas farine et 8 maleas de grano, 6 bol. brathei mediocriter in ordeo et avena, 12 pondera casei, pro sustentatione unius noctis ½ bollam ordei, pondus farine et ¼ casei, cum ove 2 annorum; pro Kyllis 48 maleas in farina, grano et ordeo, 2 pondera farine et pondus casei pro sustentatione assedationis terre, pro sustentatione unius noctis ½ bollam manseti, ovem 2 annorum, pondus farine et tertiam partem casei, et 3 sol. 4 den. pro *eik*; pro Ardnisse superiore 12 maleas farine, grani et ordei, et vaccam fetosam; pro Ardnisse inferiore *idem*; pro Fresland 4 bollas manseti mediocriter in ordeo et avena, 4 pondera casei, pro sustentatione unius noctis bollam manseti, pondus farine, quartam partem casei, 1 ovem; vel pro qualibet malea vel bolla 3 sol. 4 den., pro vacca 13 sol. 4 den., pro ulna 4 den., pro ponderibus casei et farine *ut sup.*, pro

[1] This charter agrees with the Privy Seal copy of the previous charter in the *Reddendo* for Seirpene; in the *Reddendo* for Balliemoir it reads "pastura Carrig;" it adds to the *Reddendo* for Elan-calmen "tertiam partem marte;" and it omits the *Reddendo* for Kilvranyn. The Privy Seal Register (lib. lxxxvi. fol. 140) reads "piscatura Carrig," and has not the additional *Reddendo* for Elan-calmen.

ove 12 den. ; pro unaquaque denariata de Kilbaxter 2 maleas mediocriter in caseo et farina per lapidem de Troutarnes (vel 2 sol. pro malea), 2 bol. ordei (vel 2 sol. pro bolla), et 4 sol. ; pro Ballienangalleache 12 maleas grani, et pro Helsker 50 maleas grani et 20 maleas ordei, mensure de Owyst (vel 6 sol. 8 den. pro malea), martam (vel 10 sol.), pro sustentatione unius noctis 2 maleas manseti ordei (vel 6 sol. 8 den. pro malea), 4 mensuras casei a ballivo dicte insule (vel 5 sol. 4 den.) ; cum 26 sol. 8 den. augmentationis, in toto 88 lib. 18 sol. 8 den. feudifirme ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ; et observando &c. (*ut in carta* 4) ;—pro Terrie 875 libras 10 sol., pro Arrois 212 lib. 1 sol., pro Morvairne 450 lib. 10 sol., feudifirme, et 128 lib. 12 sol. 4 den. augmentationis, in toto 1666 lib. 13 sol. 4 den. ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum : — TEST. 99. 46. 92. 123. 72. 125. 49. 121. xlviii. 272.

1629. Apud Edinburgh, 17 Apr.
REX concessit WILLELMO SCOTT apparenti de Harden, heredibus ejus et assignatis quibuscunque (redimabiles infra septennium),—terras de Bonytoun, vic. de Peblis ; terras de Newhous, Erneheuche et Single, in dominio de Ettrik, vic. Selkirk ; cum fortaliciis, maneriebus, molendinis, piscariis, tenentibus &c. ;—que fuerunt Simonis Scott de Bonytoun ; et (cum terris de Walkfeild, in regalitate de Dalkeyth, vic. de Pebilis, de Willelmo com. de Mortoun dom. Dalkeyth tentis, ac terris de Espinghoup et Brokhoup, in dominio de Melros, vic. Selkirk, de Joanne vicecomite de Hadingtoun dom. Ramsay de Melros et Barnis tentis), 15 Apr. 1617 appreciate sunt pro 4985 lib. 6 sol. 8 den. dicto Wil. S. debitis, et 249 libris pro feodo Jacobi Currie nuncii, vicecomitis in hac parte ; prout in processu appreciationis sub signo et subscriptione Jacobi Kynneir notarii publici scribe signeto regio, dicti processus clerici, contentum est :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. ii. 6.

1630. Apud Edinburgh, 18 Apr.
REX,—cum consensu &c. (207. 175.),—ad feudifirmam locavit et quitteclamavit JOANNI ROWANE in Dalmelling (pristino et nativo feudifirmario et tenenti infrascriptorum), in vitali redditu, et GULIELMO ROWANE ejus filio legit., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, hereditarie,—terras vocatas Lampotfauld (olim per Leonardum Clerk occupat.), in territorio burgi de Air ;—que olim tente erant de quondam M. And. Lokhart tanquam preceptore capelle S. Leonardi in dicto territorio :—REDDEND. 22 sol. 2 den., et 10 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 246.

1631. Apud Edinburgh, 18 Apr.
REX,—cum consensu &c. (217. 177.),—dedit literas legitimationis GULIELMO BURNE, filio naturali Joannis Burne in Ednem. P.R. ii. 9.

1632. Apud Edinburgum, 23 Apr.
REX,—cum consensu &c. (219. 186.),—confirmavit et de novo dedit DAVIDI M'GILL de Cranstoun-Riddill, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Cranstoun-Riddill, cum advocatione beneficiorum, ecclesiarum et capellaniarum, et specialiter rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Cranstoun, cum terris de Nisbit ad dictam baroniam ab antiquo unitis, fortaliciis, maneriebus, molendinis, multuris, piscationibus, carbonibus, cunicularis, tenentibus &c., terras de Spotscheille, cum earundem superioritate, tenentibus et tenandriis, in constab. de Hadingtoun et vic. Edinburgh respective ; terras et villam de Raufburne, cum superioritate, tenentibus &c., terras de Nisbitscheille, cum molendino, terris molendinariis, et pertinentiis vocat. Quhinrig, vic. Beruick ; terras de Balvormie, Litill Parklie et Bwinsyde, vic. de Linlithgow ;—quas (antea in unam baroniam de Cranstoun-Riddill incorporatas per cartam regiam in favorem quondam M. Davidis M'Gill patris dicti Dav.) idem Dav. personaliter resignavit ; et quam ecclesiam, olim archiepiscopatui S. Andree annexatam, Jo. archiepisc. S. Andree cum consensu capituli sui resignavit per literas procuratoriales de data 4 Maii 1616 :—PRETEREA rex ratificavit

cartam per se concessam quond. M. Davidi M'Gill advocato suo et quond. M. Davidi M., avo et patri dicti Dav. (Regist. Magni Sigilli A.D. 1580–1593, *cartam* 2074); necnon cartam suam (No. 1139 *tomi precedentis*); necnon retornatum dicti Dav. M. tunc de C. tanquam filii et heredis dicti M. Dav.;—et suprascripta de novo incorporavit in liberam baroniam de Cranstoun-Riddill, ut unica sasina apud turrim et principale messuagium de C. capienda pro omnibus staret:—REDDEND. unam rubeam rosam nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 238.

1633. Apud Edinburgh, 23 Apr.
REX,—cum consensu &c. (207. 175.),—concessit et de novo dedit JACOBO HAY servitori Jacobi comitis de Glencairne &c., heredibus ejus et assignatis,—superioritatem terrarum de Tourlandis, viz. terras de Tourlandis extenden. ad 40 solidat. (antiqui extentus) aut eocirca, cum tenentibus &c. (per Alex. Cunynghame de Tourlandis occupat.), in baronia de Kilmairis, balliatu de Cunynghame, vic. de Air;—quas dictus com. et Wil. dom. de Kilmairis ejus filius, cum consensu Gulielmi Barclay de Innergellie donatoris regis ad eschaetam dicti com., irredimabiliter resignaverunt:—REDDEND. unum den. albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 253.

1634. Apud Edinburgum, 28 Apr.
REX,—cum consensu &c. (207. 175.),—confirmavit cartam Joannis magistri de Wigtoun dom. Flemyng,—[qua concessit Domine MARGARETE LEVINGSTOUN sponse sue, in vitali redditu, et JOANNI FLEMYNG filio legitimo natu maximo et heredi apparenti inter se et dictam Marg. procreato, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, dicto magistro, suis legit. et propinquioribus heredibus masc. et assignatis quibuscunque reversuras,—terras et baroniam de Thankertoun, cum manerie, fortalicio, molendinis, piscariis, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum, vic. Lanerk; cum piscatione super aquam de Carroun nuncupatam Bothkenner (intra bondas in vulgari specificatas), vic. de Striviling:—REDDEND. regi servitium warde &c.:—cum precepto sasine:—RESERVATIS vitalibus redditibus Joanni com. de Wigtoun dom. Flemeing et Cummernauld, necnon dicto magistro ejus filio:—PROVISO quod liceret dicto magistro in vita sua tantummodo suprascripta a dicto Jo. F. redimere per solutionem *lie rois-nobill* super premonitione 6 dierum in ecclesia parochiali de . . ., aut consignationem ejusdem in manibus responsalis viri in dicta parochia habitantis:—TEST. Wil. Flemyng de Croy ballivo dicti magistri, Jac. Duncane notario burgensi de Glasgow, Joanne Hammiltoun nuncio regio, servitoribus dicti magistri:—carta scripta per Andream Nimmo servitorem Willelmi Swane scribe signeti regii:—Apud Cumbernald, 23 Apr. 1617]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 241.

1635. Apud Bothle, 6 Maii.
REX,—cum consensu &c., (208. 186.),—quia 7 Feb. 1603 concesserat D. ANDREE GRAY (tunc capitano And. G. nuncupato) plenam potestatem faciendi omnia genera pulveris pro machinatione ignea infra aliquam partem regni Scotie, et ad hunc effectum colligendi salsam petram *lie saltpeter* aliamque materiam pro pulveris compositione infra quascunque cameras, sellaria, domus &c. infra Scotiam; et quia dict. Andreas in eo impeditus erat ratione ejus rationabilis absentie extra Scotiam diversis annis preteritis,—dict. licentiam ei ratificavit et de novo dedit pro 19 annis a data presentium; et precepit omnibus legiis quatenus dicto Andree patentia ostia facerent pro dicte materie lucratione, et dict. materiam ac solum dict. camerarum super plateas ostiis suis propinquiores exponerent:—PROVISO quod dictus And. in aliquibus domibus inferioribus, sellariis aut cameris non ingrederetur nisi prepositum et ballivos burgorum ubi dicte camere &c. fuerunt, aut in rure justiciarium regis, requisivissent ut presentes essent quando dicte camere &c. inspicerentur; et si detrimentum factum esset, dictus Andreas dictas domus &c. infra 15 dies repararet; neque tam prope muros domorum lucraretur unde edificia periclitarentur:—et rex precepit quatenus 500 petras pulveris regis usui

annuatim conficeret, quamlibet libram pro 10 solidis, et 2000 petrarum usui patrie, quamlibet libram pro 13 sol. 4 den. vendendam :—inhibendo omnes legios durante dicto spatio de confectione pulveris infra Scotiam, sub pena confiscationis dicti pulveris in usum dicti And. :—PROVISO quod dictus And. suum opus infra annum a data presentium perficeret, et durantibus dictis literis prosequeretur. P. R. ii. 17.

1636. Apud Edinburgh, 9 Maii.
REX,—cum consensu &c (208. 175.),—confirmavit cartam D. Archibaldi Murray de Darnehall militis,—[qua,—pro perimpletione contractus inter se ab una, et Wil. Maule mercatorem burgen. de Edinburgh, Batheam Guthrie ejus sponsam, M. Alex. Seytoun de Gargunnok, M. Alex. Moriesoun advocatum, M. Wil. Oliphant filium legit. D. Willelmi O. de Neutoun militis advocati regis, ab altera partibus, de data apud Edinburgh, 29 Martii 1617, — concessit Domine MARGARETE MAULL sponse sue, in vitali redditu,—in plenariam contentationem omnis conjuncte infeodationis et tertie (exceptis terrarum de Bordland, Langcoit et Burnehous in quibus dicta Marg. infeodanda erat),—terras dominicales de Darnehall cum fortalicio et manerie, terras de Scheplaw, Cloche, dimidietatem terrarum et molendini de Nather Fawlay, terras de Ettilstoun (per And. Greg occupatas), que fuerunt partes terrarum et baronie de Haltoun-Murray alias Blakbarronie, terras fabriles et toftam super eis edificatam jacen. in *lie* Kirktoun de Ettilstoun, occidentalem lacum *lie* Westloche cum lacu et piscatione, 3 quarterias suas terrarum de Cowrope, terras regias *lie* Kingislandis, terras de Howburne, 4 acras apud *lie* Quhytstane que fuerant ab antiquo partes dict. terrarum *lie* Kingisfeild, omnes dicte baronie annexatas, vic. Peblis :—REDDEND. regi pro Howburne unum par calcarium ad festum S. Quintigerni nomine albe firme; pro ceteris jura et servitia debita et consueta :—cum precepto sasine : —TEST. Jac. Alschunder incola in Stirling, Alexandro Sinclair scriba, Rob. Alschunder scriba, Alex. Harvie servitore dicti Roberti Alschunder (scriptore carte) : — Apud Edinburgh, 1 Maii 1617] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. ii. 21.

1637. Apud Edinburgh, 27 Maii.
REX,—cum consensu &c. (208. 186.),—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit JOANNI CHARTERHOUS in Riddingwode, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—2 mercatas terrarum de Minore Spedoche antiqui extentus (per eum occupat.), in baronia de Haliewode, vic. Drumfreis ;—que ab antiquo ad abbatiam de Haliewode pertinuerunt : — REDDEND. 4 mercas 3 sol. 4 den., et 3 sol. 4 den. augmentationis ; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum ; cum presentia in 2 curiis capitalibus in dicta baronia ; et si in solutione defecissent per tres terminos conjunctim, hec carta nullius esset roboris :—RESERVATIS regi molendinis, multuris &c. : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 251.

1638. Apud Edinburgum, 3 Jun.
REX,—cum consensu &c. (208. 186.),—confirmavit cartam factam per Laurentium dom. Oliphant, heredem quondam Laurentii dom. O. ejus avi,—[qua, pro perimpletione litere obligationis de data presentium, vendidit M. JACOBO OLIPHANT filio natu maximo et heredi apparenti M. Willelmi O. de Newtoun advocati (postea nuncupati D. Wil. O. de N. militis advocati regis), heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras et baroniam de Murehous et Nakiters, cum tenentibus &c., vic. Edinburgh : — REDDEND. unum capulum falconis apud castrum de Edinburgh ad festum Nativitatis B. Marie, nomine albe firme :—cum precepto sasine directo M. Andree Aitoun :—TEST. Jacobo Johnestoun de Westerraw, Arch. Johnestoun mercatore burgensi de Edinburgh, And. Kneland scriba, Jo. Oliphant de Wlbister, M. Tho. Johnestoun servitore dicti Willelmi, Daniele Melvill servitore (Adami) Lawte scribe (scriptore carte) :—Apud Edinburgum, 7 Jun. 1605] :—INSUPER suprascripta dicto M. Jac. de novo dedit, cum ripis marinis, *lie linkis*, cuniculariis, piscariis tam salmonum quam aliorum piscium in mari sive aqua de Forth versus dict. terras, et aliis piscariis dict. terrarum

tam in salsis quam dulcibus aquis, cum *lie wrak* et *wair*; cum potestate portus et aggeres *lie bulwarkis* unum seu plures versus dict. terras edificandi pro receptione navium et cimbarum, et levandi custumas, anchoragias, portus pecunias et alia ad liberos portus pertinentia; et omnia incorporavit in liberam baroniam de Murehous, ut unica sasina apud mansionem et maneriem de Murehous capienda pro omnibus staret: —REDDEND. *ut supra*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 254.

1639. Apud Edinburgh, 6 Jun.
REX,—cum consensu &c. (220. 177.),—confirmavit cartam Willelmi Tyry de Busbeis, — [qua, — pro impletione literarum obligatoriarum, et pro 3400 merc. persolutis,—cum consensu Marie Bruce sponse sue, et Laurentii T. filii sui legitimi primogeniti et heredis apparentis,— vendidit MALCOLMO HALL pistori burgensi de Perth, in vitali redditu,—annuum redditum 340 merc. de terris suis de Busbeis Eister et Wester, in dominio de Methven, vic. de Perth;—et WILLELMO HALL et ELIZABETHE HALL, filio et filie legit. dicti Malc., heredibus eorum et assignatis, hereditarie,—dicto Wil. 240 merc. et dicte Eliz. 100 mercas dicti ann. red.:—REDDEND. regi unum den. albe firme:—cum precepto sasine Geo. Moncreiff de Mairislandis:—TEST. M. Alex. Bruce feodatario de Cultmalindeis, Gilberto Moncreiff de Myresyde, Wil. Moncreiff de Tibbermallo, Wil. Danskino notario publico in Methven (scriptore carte), Wil. Steuart in Dalcrove:—Apud Methven, 22 Apr. 1616]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 259.

1640. Apud Edinburgh, 10 Jun.
REX,—cum consensu &c. (208. 186.),—in feudifirmam dimisit et quitteclamavit JOANNI COMITI DE KINGHORNE dom. Lyoun et Glames &c., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Wester Drumis, in dominio de Brechin, vic. Forfar;—que olim ad archidiaconatum de Brechin pertinuerunt:—REDDEND. 36 lib., et 7 libras 4 sol. augmentationis; ac duplum feudifirme in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 255.

1641. Apud Halyrudehous, 11 Jun.
REX concessit THOME FORRESTER fratri germano domini de Carden, pro ejus vita, — beneficium et abbatiam Sanctinemoris, locum et monasterium ejusdem, ecclesias, decimas &c.;—vacan. per dimissionem quondam M. Joannis Johnestoun novissimi commendatarii dicte abbatie ante ejus decessum factam, vel per decessum dicti Jo. aut . . Johnestoun ejus predecessoris. P.R. ii. 10.

1642. Apud Edinburgum, 24 Jun.
REX,—cum avisamento &c. (208. 186.),—confirmavit cartam Marci Dumbar de Graingehill, — [qua, cum consensu M. Samuelis Falconer de Kincorthe, — pro perimpletione contractus de data presentium,—vendidit FRANCISCO FORBES burgensi de Forres, et AGNETE CUTHBERT ejus conjugi,—villam et terras de Thornehill et Milwefeild (per Nic. Duff burgen. de Forres occupat.), in parochia de Forres, vic. de Elgin et Forres:—TENEND. dictis Franc. et Ag. in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus sive assignatis dicti Franc. quibuscunque, sine redemptione, de rege:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta; necnon 4 lib. annuatim durante spatio warde &c., et 8 lib. pro maritagio:—cum precepto sasine directo Joanni Dumbar burgensi de Forres, filio quondam M. Joannis D. de Meftis:—TEST. Niniano Dumbar apparente de Graingehill, Hugone Falconer de Inverlochtie, Nic. Duff notario publico burgen. de Forres, Alex. Duff filio legitimo dicti Nicolai (scriptore carte):—Apud Forres, 16 Maii 1614]:—PRETEREA suprascripta quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 257.

1643. Apud Edinburgum, 24 Jun.
REX,—cum consensu &c. (221. 177.),—concessit et de novo dedit M. JACOBO BANNATYNE de Kirktoun de Newtyld, uni commissariorum de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras ecclesiasticas de Newtyld cum decimis garbalibus inclusis (comprehenden. terras et villam de Kirktoun de N. cum brasina

lie Brewlandis dicto Jac. in proprietate spectantes, et terras eccles. de N. quarum proprietas Patricio Creichtoun *lie* Kirklandis nuncupato spectavit), — exceptis mansione et gleba ministri ecclesie de Newtyld, si opus esset,—in parochia de N., vic. Forfar;—quas Jac. marchio de Hammiltoun com. Arranie dom. Evan et Abirbrothok cum consensu Laurentii dom. Oliphant resignavit; et quas rex incorporavit in liberam tenandriam de Newtyld occidentali *lie* Wester, ut unica sasina apud principalem mansionem de Newtyld - Wester capienda pro omnibus staret:—REDDEND. unum den. albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 258.

1644. Apud Edinburgh, 28 Jun.[1]
duas quarterias de *lie* Northefeild de Drumcroce nuncupatas Knok et Middil-quarter, cum privilegio lucrandi glebas et focalia in marresiis de Drumcroce, terras et baroniam de Dumany, cum castro et maneriei loco de Barnebowgall, tenentibus &c., advocatione capellanie et altaris S. Adam[n]ani in ecclesia parochiali de Dumany ac ceterarum ecclesiarum et capellaniarum earundem, vic. de Linlithgow; capellanias et altaria S. Columbe et Marie Virginis [*Our Ladie*] in ecclesia parochiali de Crawmond, vic. de Edinburgh; piscariam prope *lie* Hund infra bondas terrarum de Barnebowgall ad infimam et remotissimam partem aque infra salsam aquam et ab extremo recessu maris ad estum *lie tyd*, piscationem in aqua de Crawmond ab infima parte aque quousque mare fluctuat infra dictam aquam, cum *lie cobill* super dict. aquam, cum ceteris piscariis in aquis de Crawmond et Forth ad fluxum et refluxum maris, cum libertate erigendi in baronia de Dumanie villam seu burgum de Dumanie; terras et baroniam de Inverkething tam proprietatem quam tenandriam, viz. terras de Kincardin, Pitcalder cum molendino de P., Caldsyd et Newtoun de Pitcalder, *lie Toftis* de Balbowgie, Casland Daillis, Spensarfeild, Salwadge et 17 rigas ad orientalem partem borealis pontis de Inverkething, cum tenentibus &c., vic. de Fyffe; cum carbonibus infra fluxum maris in conspectu et infra omnes bondas baroniarum de Dumany et Inverkething, cum jure liberorum portuum marinorum et propugnaculorum et navium stationum infra easdem bondas ubi commodissime haberi possent, cum anchoragiis, tholoniis, minutis custumis &c., cum potestate erigendi portus marinos, propugnacula et navium stationes ibidem); terras de Preistfeild, cum maneriei loco, tenentibus &c., potestate edificandi molendina et lucrandi carbones infra bondas earundem, cum privilegio aqueductuum, vic. de Edinburgh; terras ecclesiasticas tam rectorie quam vicarie de Dumany cum decimis garbalibus inclusis, cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Dumany, vic. Linlithgow;—quas idem Tho. apud Edinburgum resignavit:—INSUPER rex,—respectu actorum parliamenti 9 Jul. 1606 tenti pro erectione monasterii de Jedburgh in favorem Alexandri com. de Home et monasterii de Elcho in favorem Davidis dom. Scone, in quibus ecclesia de Dumany ac terre ecclesiastice de Eister, Wester et Middil Bynning a dictis erectionibus excepte et a dictis monasteriis dissolute erant; necnon resignationis ecclesie de Hadingtoun per Ludovicum ducem Lennocie com. de Darnelie dom. Torboltoun, Methvene et Obenzie tanquam commendatarium prioratus S. Andree cum consensu conventus ejusdem facte, et resignationis ecclesie de Dumany facte per dictum Tho. tanquam patronum cum consensu M. Joannis Gibbiesone ministri Verbi Dei apud dictam ecclesiam qui ad rectoriam et vicariam ejusdem per dictum Tho. presentatus erat,—et pro servitio sibi prestito non solum in privatis negotiis verum etiam in rebus publicis regni Scotie,—suprascripta dicto Tho. de novo dedit, cum integro lacu jacente contigue terris de Preistfeild cum ejus piscariis, ac dictis ecclesiis de Dumany et Haddingtoun cum decimis &c. et advocatione rectoriarum et vicariarum earundem;—et omnia incorporavit in liberum dominium et baroniam de Bynning, ut unica sasina apud manerierum locos de Bynning vel Barnebowgall capienda pro omnibus staret; et voluit quod brevia pro retornatione heredum ad vicecomitem de Linlithgow ejusque deputatos dirigerentur et apud crucem foralem burgi de Edinburgh servirentur solummodo:—TENEND. dicto Tho. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masculis, cognomen de Hammiltoun gerentibus, et assignatis quibuscunque:—REDDEND. pro Viccarlandis de Bynning et pro Drumcroce *ut in carta* 765;—pro decimis de Preistfeild 20 sol. albe firme, pro relevamine Joannis dom. de Halyrudhous de parte devorie dominii de Halyrudhous;—pro ceteris unum par cheirothecarum nomine albe firme;—necnon ministro apud ecclesiam de Dumany stipendium per dominos commissionarios virtute acti parliamenti mense Jun. 1617 tenti destinatos modificandum; et ministro de Hadingtoun stipendium in erectione dominii de Sanctandrois contentum, viz. 6

bollas 2 firlotas 2 peccas tritici, 1 celdram 1 bol. 2 firl. ordei, 2 celd. 2 bol. 2 firl. 2 peccas farine, 2 celdras avenarum, preter vicariam dicte ecclesie; et suppeditando elementa panis et vini communioni infra dictas ecclesias, necnon sustinendo cellas *lie queiris* earundem, et solvendo omnes taxationes super eas impositas:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 232.

1672. Apud Edinburgh, 8 Aug.

REX,—cum avisamento &c. (208. 186.), —concessit Domine ANNE MURRAY comitisse de Kinghorne, relicte Patricii com. de K. dom. Lyoun et Glamis &c., in vitali redditu, ac JOANNI COMITI DE KINGHORNE domino Lyoun et Glamis filio legitimo natu maximo et heredi dicti Pat. inter eum et dict. Annam procreato, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, in feodo,—terras et baroniam de Auldbar vocat. Melgund, cum *lie* Maynes de Auldbar, castro, manerie, molendinis, piscariis salmonum super aquam de Southesk aliisque piscariis, cunicularliis, tenentibus &c., terras et baroniam de Doddis, cum manerie loco, molendinis, piscariis, cunicularliis, tenentibus &c., advocatione ecclesie et parochie de Rescobie, vic. Forfar;—quas Jo. Lyoun[1] de Auldbar, M. Alex. Glaidstanes archidecanus S. Andree et Samuel Blaikburne mercator burgen. de Edinburgh cum consensu M. Patricii Hepburne de Smetoun et Petri Hepburne[2] mercatoris burgen. de Edinburgh resignaverunt;—necnon binam partem terrarum et molendini de Mylnehill, cum terris molendinariis &c., terras de Langforgund nuncupatas Byreflatt, in baronia de Lundy, vic. Perth;—quarum vitalem redditum Pat. Kynnaird de Inchesture, feodum Jo. K. ejus filius legit. natu maximus et heres apparens cum consensu patris sui, resignaverunt;—et quas omnes rex dictis Anne &c. de novo dedit, viz. baroniam de Auldbar comprehenden. terras dominicales de A., cum fortalicio, maneriei loco, molendino, *lie cruvis*, salmonum piscariis super Southesk, terras de Clatterbenie, dimidietatem de Ba(l)makache, terras de Blaberhill cum molendino, terras de Wodend, forestam de Kelletschaw cum *lie Forrestarsait*, terras de South Melgund, cum communia in moris, mossis et maresiis de Montrewmonth (presertim pro evulsione brumarum, lucratione *lie faill*, *dovettis*, cespitum, glebarum et focalium, pastura cattellorum et pecorum, lucratione lapicidiorum et molarium), cum molendinis, piscariis, cunicularliis, tenentibus &c., cum tenandria de Bulyeoun, baroniam de Doddis comprehenden. terras de Murelathreinewod et Henwod alias Dod, cum fortalicio, manerie loco, silva, molendino, terris molendinariis &c., piscaria dict. terrarum in lacu de Rescobie, terras de Kingismure (intra bondas specificatas), cum tenentibus &c., cunicularliis, piscariis, advocatione rectorie et vicarie de Rescobie;—et omnes incorporavit in liberam baroniam de Auldbar alias Melgund, ordinando fortalicium et maneriei locum de A. principale fore messuagium:—Reddend. pro antiqua baronia de Auldbar unum den., pro baronia de Dodis unum par calcarium deauratorum, nomine albe firme; pro ceteris jura et servitia debita et consueta:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 268.

1673. Apud Edinburgum, 20 Aug.

REX,—cum consensu &c. (208. 186.),—concessit et de novo dedit D. PATRICIO MURRAY de Langschaw militi, filio legit. natu maximo et heredi apparenti D. Gedionis M. de Elibank militis deputati thesaurarii, computorum rotulatoris, collectoris novarumque augmentationum thesaurarii, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, — decimas garbales, alias decimas et emolumenta tam rectorie quam vicarie ville, terrarum ac *lie* Maynes et terrarum molendinariarum de Langschaw, necnon villarum et terrarum de Blaynisleyis, in parochia de Melros, vic. Roxburgh; cum feudifirmis de Langschaw cum molendino extenden. ad 19½ merc., et areagiis, careagiis, canis *lie kyne-foullis* et custumis de Blanisleyis, et feudifirmis terrarum de Eistraik et Ousbyir, vic. de Roxburgh;—quas, partem dominii de Melros existen., Jo. vicecomes de Hadingtoun dominus Melros

[1] So in *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxxvi. fol. 199. The Great Seal Register reads *Home*.

[2] The Privy Seal Register reads *Blaikburne*.

resignavit :—INSUPER rex ratificavit cartam alienationis per dictum Jo. factam dicto Pat. de suprascriptis irredimabiliter ;—TENEND. de rege ;—de data apud Newmarket, 7 Dec. 1616 :—et rex ordinavit quod unica sasina apud maneriem de Langschaw capienda pro omnibus staret :—REDDEND. 5 merc. albe firme (pro relevamine dicti Jo. de parte devorie 200 merc. de dicto dominio debite) ; et ministro apud ecclesiam de Melros 115 mercas (pro relevamine dicti Jo. de parte 500 lib. dicto ministro debit.) ; et relevando dictum Jo. de taxationibus &c. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 223.

1674. Apud Edinburgh, 20 Aug. REX,—cum consensu &c. (208. 186.),—confirmavit cartam Davidis dom. de Scone, —[qua, pro perimpletione contractus de data presentium,—cum consensu D. Andree Murray de Balvaird militis, D. Quintigerni Murray de Drumcairne militis, Domine Anne Murray sponse dicti Quint., necnon Stephani Patersone de Myres donatoris sue vitalis eschaete,—vendidit M. PETRO HAY de Duirdie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, absque reversione,—terras de Nethir Freirtoun cum decimis inclusis, in baronia sua de Drumduff, vic. de Fyffe ;—necnon, in speciale warrantum earundem, terras de Glendook cum molendino ac terris molendinariis, in dicta baronia, vic. de Perth :—REDDEND. regi pro Nethir Friertoun unum den., pro Glendook 2 den., monete stirlingorum nomine albe firme :—cum clausula warrantizationis, excepta assedatione (de Nether Freirtoun) locata Roberto Scache tunc earum possessori :—cum precepto sasine directo Pat. Lyoun burgen. de Dundie :—TEST. Geo. episcopo Orcaden., Patricio Smyth de Holl, Davide Murray, Quintigerno Murray, Hen. Young, servitoribus dicti domini, Jo. Litiljohne notario publico in Falkland (scriptore carte) :—Apud Perth, 23 Maii 1617] :—INSUPER suprascripta dicto Petro de novo dedit :—REDDEND. *ut supra* :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 224.

1675. Apud Edinburgum, 20 Aug. REX,—cum consensu &c. (208. 186.),—in feudifirma disposuit et de novo dedit D. Thome Menzeis de Cultis militi preposito, Willelmo Gray, Thome Forbes, Roberto Johnestoun et Gilberto Cullen ballivis et magistratibus BURGI DE ABIRDENE, pro ipsis et nomine concilii et communitatis dicti burgi, et eorum successoribus, ad usum infrascriptum,—villam et terras de Pitmeden, cum petariis, lesuris, communitate et communi pastura, piscaria salmonum super aqua de Done, potestate lucrandi glebas et focalia de glebario de Dyce, in parochia de Dyce, vic. Abirdene ; necnon decimas garbales suprascriptorum cum trunco incorporatas inseparabiliter ;—que terre &c. per quondam M. Dunc. Liddell doctorem medicine acquisite fuerunt pro sustentatione 6 pauperum studentium in collegio Abirdonen., et per eum Georgio Strauchane in Glithno in feudifirma alienate de rege tenende (que alienatio per regem confirmata erat) ; et quas dictus Geo. resignavit ;—et quas decimas M. Jo. Walker rector de Kinkell, cum consensu Joannis archiepisc. S. Andree patroni dicte rectorie, necnon episcopi et capituli Abirdonen., resignavit ;—et quarum omnium mortificationem rex in parliamento ratificaverat :—PRETEREA rex,—confirmiter tam mortificationi quam testamento dicti Dunc.,—ordinavit 6 pauperes studiosos super fructibus suprascriptorum sustentari, ita ut unus annuatim reciperetur, et remaneret quadriennium in ordinario studio philosophie dum magisterii titulum obtinuisset, et postea per biennium in collegio, in quo philosophie cursum peregerat, lectionem mathematicam inferioribus classibus hebdomadatim doceret ; et nullus ad locum pauperis studentis admitteretur nisi qui esset 15 annorum, bene educatus in scolis grammaticalibus Latinam et Grecam grammaticam et probatos autores doctus, quique didicisset quatuor species operationum arithmetice ; et si quis existeret ex prosapia legitima fratris aut sororum dicti Duncani idoneus, is ceteris preferretur ; et si essent duo pluresve ex dicta prosapia idonei, senior et pauperior preferretur ; quibus deficientibus, dicta loca filiis pauperum burgensium de Abirdene honeste viventium ac filiis feodatarii de Petmedden darentur (explorato eorum parentes ad eorum sustentationem in

studiis inhabiles esse); si vero duo pluresve essent concurrentes, is preferretur qui post publicam disputationem in Latina et Greca grammatica ac carminum et epistole compositione melius studuisse judicatus esset; si vero essent doctrina pares, pauperior et honestioribus parentibus burgensibus dicti burgi de Abird. ortus preferretur; studiosi sic admissi habitu gravi et modesto incederent, nempe toga nigra galero aut pileo nigro et habitu respondenti; quamdiu duo essent Abirdonie collegia, studiosus in eorum alterutro cursum philosophie perageret ex voluntate patris sui cum consensu episcopi et prepositi Abirdonen.; finito quadriennio idem repromitteret cum publica gratiarum actione regi et dicto fundatori; exacto sexennio omnes literatos et studiosos ad orationem a se in laudem regis et dicti Duncani habendam invitaret, cum gratiarum actione patronis et administratoribus dicti beneficii &c.; et econimus reddituum de Petmedden quartam partem pensionis ultimi anni retineret dum dicta oratio habita esset; quotannis edictum publicum nomine prepositi &c. die Dominico 20 dies ante 1 Aug. in templo Abirdonensi perlegeretur, cum speciali intimatione ejusdem fratri et sororibus dicti Dunc. et eorum successoribus; studiosus quotannis 1 Aug. durante curriculo suo examinaretur, et si malis moribus preditus repertus esset (utpote fornicator, fur, hortorum effractor, potui deditus, in studiis negligens, literis inidoneus), a beneficio removeretur et alius in ejus locum eligeretur (quod si remotus esset ex prosapia fratris sororumve dicti Dunc., unius anni pensionem reciperet); et rex commisit curam, examinationem &c. dictorum studiosorum preposito, ballivis et concilio burgi de Abirdene New Abirdene nuncupati, cum consensu unius ex proximis consanguineis dicti Dunc., episcopo Abirdonen., M. Thome Nicolsoune commissario Abirdonen. durante ejus vita, necnon prefectis et regentibus dict. collegiorum; si vero utrumque dict. collegiorum destructum esset, rex voluit redditus suprascriptorum inter 12 pauperes studiosos filios burgensium de Abirdene in eorum schola grammaticali et musica studentes distribui (inter quos prosapia dicti Dunc. preferretur), usque ad collegiorum restaurationem; quod si dicti patroni dictos redditus ad alium usum convertissent, ad heredes dicti Dunc. reverterentur, in educatione filiorum et filiabus maritandis applicandi: — REDDEND. pro terris &c. regi 6 lib.; et unicuique studiosorum 14 bollas victualium (½ ex polenta et ½ ex farina);—pro decimis rectori de Kinkell 8 lib., et ministro ad ecclesiam de Dyce 2 bol. farine et 2 bol. polente, et relevando dict. rectorem de taxationibus &c.; et si dicte decime ad alium usum converse essent, ad dictum rectorem reverterentur:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 226.

1676. Apud Edinburgh, 20 Aug. REX,—cum consensu &c. (208. 186.),—concessit et de novo dedit D. JOANNI HAMMILTOUN de Prestoun militi, et Domine JEANNE OTTERBURNE ejus sponse,—terras de Prestoun et Prestounpanis, cum manerie loco, fortalicio, salinarum patellis, carbonibus, tenentibus &c., cum portu et ejus privilegiis (per quondam Geo. H. de P., patrem dicti Jo., et ejus predecessores possessis), infra constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—quas Rob. Hammiltoun filius legit. dicti Geo. resignavit:—PRETEREA rex creavit villam de Prestoun et Prestounpannis—in liberum burgum in baronia, BURGUM DE PRESTOUN nuncupand.; concedendo dictis Jo. &c. potestatem faciendi burgenses, necnon vendendi et emendi &c., tenendi forum hepdomadatim die Sabathi, cum libero nundino annuatim 1, 2 et 3 Oct. nuncupato *Sanct-Jeromes-fair*, cum tholoniis &c.; cum potestate dictis Jo. &c. creandi ballivos &c., et erigendi pretorium et crucem foralem, cum ceteris privilegiis burgi in baronia; necnon privilegium liberi portus marini, cum anchoragiis &c., et potestate edificandi illic portum marinum, propugnaculum et navium stationem;—et omnia suprascripta incorporavit in liberam baroniam de Prestoun, ordinando maneriem et fortalicium de P. principale fore messuagium:—TENEND. dictis Jo. et Jean. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masc. et assignatis dicti Jo. quibuscunque:—REDDEND.

2½ mercas feudifirme, et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et observando &c. (*ut in carta* 4):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 229.

1677. Apud Edinburgum, 20 Aug. REX,—cum consensu &c. (207. 175.),—confirmavit et de novo dedit ALEXANDRO BUCHANE de Achmacoy—terras et baroniam de Auchmacoy, comprehenden. terras de Oykorne cum mansione et manerie loco, pertinentiam *lie* Northseatt, cum molendino de O., terris molendinariis &c., et ceteris molendinis granariis ac fullonariis, terras de Mikle Auchnacoy cum mansione et manerie loco, et *lie outseittis* nuncupatis *lie* Dorbishill et Kowkairne, molendinum granarium de Mikle Auchnacoy cum ejus terris &c., 2 merc. annui redditus de bina parte terrarum de Saythlie, cum tenentibus &c., terras de Litle Auchmacoy et integras 4 quarterias earundem, cum mansionibus, maneriebus locis, fortaliciis, cunicullariis, molendinis, piscariis, tenentibus &c., cum piscatione salmonum (et) aliorum piscium in parte aque de Ythan adjacente terris de Litle A., ac potestate tenendi *lie ferrie-boittis* super dicta aqua cum *lie landing-places* ex utraque ejus parte, villam et terras de Litle Atrachie (vel Artrochie), cum molendinis, moris, commoniis, pasturagiis, advocatione rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Logybuchane, vic. Aberdeine;—quas idem Alex. resignavit:—INSUPER rex voluit quod unica sasina apud maneriem, mansionem et fortalicium de Auchmacoy capienda pro omnibus staret:—RESERVANDO Agnete Fraser sponse dicti Alex. vitalem redditum de Litle Artrochie:—TENEND. dicto Alex. et heredibus masc. inter eum et dictam Ag. legitime procreatis et assignatis quibuscunque, quibus deficientibus, Willelmo Buchane de Dyce burgensi de Aberdeine ac fratri germano dicti Alex., et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus def., M. Henrico Buchane burgensi de Aberdeine ac fratri germano ejusdem, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Roberto B. burgensi de Aberdeine ac filio legit. quondam M. Gilberti B. burgensis ejusdem, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masculis dicti Alex. Buchane de Auchmacoy vel assignatis quibuscunque:—REDDEND. *ut in carta* 1423 *tomi precedentis*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 270.

1678. Apud Edinburgh, 20 Aug. REX,—cum consensu &c. (208. 186.),—concessit M. PATRICIO HAMMILTOUN fratri Thome dom. Bynning presidis collegii justitie, pro ejus vita,—preceptoriam xenodochii olim nuncupati Marie Magdalene jacen. super orientalem partem burgi de Lynlithgow, vic. ejusdem; et ejus regimen, cum beneficio ejusdem, terris, decimis &c.; —vacan. per dimissionem Joannis Bellenden de Flures ultimi preceptoris:—et rex constituit M. Rob. Cornwall et M. Jo. Gibsoune, ministros Verbi Dei apud Linlithgow et Dowmany, commissionarios suos ad dandam dicto Pat. institutionem dicte preceptorie. P. R. ii. 14.

1679. Apud Edinburgum, 20 Aug. REX confirmavit cartam factam per Hugonem Weir de Clowburne, filium et heredem quondam Joannis Weir de C. fratris et heredis masc. quond. Hugonis W. junioris de C.,—[qua, — cum consensu Alexandri Inglis de Rattounraw, Thome Inglis de Eist Scheill et Hugonis Weir de Sillis, curatorum suorum, necnon Jacobi Inglis mercatoris burgen. de Edinburgh,—pro impletione contractus matrimonialis inter quond. Eliz. Somerwaill dominam de Carmichaell, quond. D. Jo. Carmichaell de eodem militem et Hugonem C. ejus filium et heredem apparentem, ab una, et quond. Hugonem Weir seniorem de Clowburne et dictum Hug. W. juniorem de C. ab altera partibus, de data apud Carmichaell et Edinburgh, 17 Apr. et 4 Maii 1690 (*sic*),—concessit ABAGALLE CARMICHAELL relicte dicti Hug. W. junioris de C., in vitali redditu,—molendinum de Clowburne, ejus terras &c., in parochia de Pettinane, vic. Lanerk:—REDDEND. regi unam albam rosam nomine albe firme:—cum precepto sasine: — TEST. (apud Carnwath-mylne) Thoma Somerwell aliter Thoma de Lanark, Hugone Elder molario dicti molendini;

(apud Sillis) Pat. Boyd in Clowburne, Wil. Carmichaell ibidem; (apud Rattounraw) Edw. Smyth filio Edmondi S. vestiario in Via Canonicorum, Tho. Flemming:—carta scripta per Robertum Nicoll notarium Edinburgensem:—Apud Carnwath-mylne, Sillis et Rattounraw, 1 et 16 Aug. 1617]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P. R. ii. 19.

1680. Apud Edinburgh, 20 Aug.
REX dedit literas remissionis PATRICIO HAMMILTOUN fabro ferrario burgensi de Edinburgh, pro ejus vita duraturas,—pro interfectione Thome Millar incole dicti burgi, repente et mera temeritate mense Jun. 1617 commissa; et pro ceteris offensis quibuscunque ante diem date commissis. P.R. ii. 194.

1681. Apud Edinburgh, 22 Aug.
REX,—cum consensu &c. (207. 175.),—concessit et de novo dedit ANDREE SCOTT chirurgo burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Dewchar, cum manerie loco, cuniculariis, glebatoriis, moris, piscationibus, in dominio de Atrick-forrest, warda de Yarro, vic. de Selkirk;—quas Jo. Dalgleisch de Dewchar et Adamus D. ejus filius et heres apparens resignaverunt:—REDDEND. 46 libras feudifirme; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum; necnon observando cetera in antiquis infeofamentis contenta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 221.

1682. Apud Edinburgh, 22 Aug.
REX,—cum consensu &c. (226. 186.),—concessit et de novo ad feudifirmam dimisit Magistro GEORGIO BUTLER servitori Joannis dom. Yester, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras ecclesiasticas et glebam *lie* Kirklandis de Boltoun cum prato, 2 acras *lie* Vicaris-aikeris jacen. infra *lie* Maynes de Boltoun, bovatam terre inter Baigbe et Blans cum decimis garbalibus inclusis, in constab. Hadingtoun, vic. de Edinburgh;—quas Hen. Cokburne prepositus burgi de Hadingtoun cum consensu Eliz. Sinclair sponse sue resignavit:—REDDEND. pro terris, gleba et acris $9\frac{1}{2}$ merc., pro bovata 23 sol. 4 den., in toto 7 lib. 10 sol.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 227.

1683. Apud Edinburgh, 22 Aug.
REX dedit literas legitimationis ANDREE RUTHERFURDE polentario burgensi de Jedburgh, bastardo, filio naturali quondam Roberti R. olim in Hundellie. P.R. ii. 18.

1684. Apud Edinburgh, 22 Aug.
REX,—cum consensu &c. (208. 175.),—confirmavit cartam M. Willelmi Oliphant de Kirkhill, proprietarii terrarum et baronie de Strabrok-Oliphant,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis inter D. Wil. Oliphant de Newtoun militem advocatum regis, et dictum M. Wil. ejus filium secundogenitum, cum consensu M. Joannis O. filii tertiogeniti dicti D. Wil., ab una, et Wil. Maul mercatorem burgen. de Edinburgh, Batheam Guthrie ejus sponsam et Jonetam M. eorum filiam, ab altera partibus, de data apud Edinburgh, 4 et 5 Apr. 1615,—concessit dicte JONETE MAULL, tunc conjugi sue, in vitali redditu,—in plenariam contentationem ejus tertie et alterius juris ad terras dicte baronie, terras de Kirkhill, 8 librat. terrarum de Strabrok (per Wil. Hammiltoun et Henricum Dundas possess. et per Mich. Frame aliosque subtenentes dicti Wil. H. occupat.), 4 bovatas quondam per Alex. Gudlett occupatas, et ceteras terras in dicto contractu specificatas,—terras de Newbiging, Fluittis-landis et ceteras per Joannem Key occupat., terras *lie* Maynis, terras de Fyvestankis et ceteras per Michaelem Bartane occupatas, terras *lie* Maynis de Uphall (continentes terras de Denflattis, terras *lie* Maynis per Danielem Cunynghame occupat., terras de Kirkflatt, Strutheris, 5 acras aut eocirca per M. Alex. Keith rectorem de Strabrok et Jeannam Gudlatt ejus sponsam occupat., terras per Jo. Craw, Jo. Grintoun seniorem et juniorem, Alex. Rannald, Margaretam Lawrie, Tho. Johnstoun, Mich. Davidsone, Joannem Richie, Helenam Nemo relictam Joannis Ewing junioris, Wil. Kneiland, eorumque conjuges occupatas, wardas de Uphall, 5 acras aut eocirca per dict. Helenam occupat., 9 acras aut eocirca quondam per Jacobum

Lawrie tunc per dictum M. Wil. occupat.), in dicta baronia de Strabrok, vic. de Linlithgow :—TENEND. de rege :—quas terras, cum mansione et horto quondam vocat. principali messuagio de Wester Strabrok communiter vocato Uphall, cum 4 acris arabilibus eis adjacen. ex oriente, 6 acris arabilibus vocatis Sutorland, acra vocata Serjeandis-aiker, et decimis earundem, dictus M. Wil. warrantizavit dicte Jonete valere annuatim 20 celdras victualium, viz. 8 celd. ordei et 12 celd. farine, mensure de Linlythgow :—cum precepto sasine :—TEST. dicto D. Wil. Oliphant, M. Jo. O. ejus filio, Alex. Lowrie ejus servitore, Mich. Schaw servitore dicti M. Wil. O. :—carta scripta per M. Willelmum Skene servitorem Roberti Alchinder scribe :—Apud Kirkhill, 21 Aug. 1617] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. ii. 20.

1685. Apud Edinburgh, 24 Aug.

REX,—cum consensu &c. (208. 194.),—concessit et de novo dedit JOANNI BUTTER, filio et heredi apparenti Patricii B. de Garmok, et SYBILLE OGILVY ejus sponse in conjuncta infeodatione (in contentationem cujuscunque tertie dicte Syb.), et heredibus masculis inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. et assignatis dicti Jo. quibuscunque, —terras de Balleid cum maneriei loco, molendinum granarium nuncupatum Newmylne cum ejus terris &c., tertiam partem ville et terrarum de Wester Tullynedieis, cum integris terris brueriis de Tullynedyis (olim per Jo. Spalding, tunc per Donaldum Robertsone occupat.), in baronia de Gormok, vic. Perth ;—necnon dicto Jo. Butter, heredibus ejus masc. et assignatis prescriptis, —terras dominicales de Gormok, cum maneriei loco, molendino, terris molendinariis &c., silva, pendiculis nuncupat. Eister et Wester Wodsydis, et terris de Torrens cum cottagiis, binam partem de Wester Tullynedies (per And. Malcolme et relictam Andree Clerk occupat.), terras et villam de Eister Tulynedies (per Pat. Bradie, Jac. Mustart et Donaldum M'Intosche alias M'Keane eorumque cottarios occupat.), in dictis baronia et vic.; dimidietatem terrarum et ville de Wester Kynnaird, cum annuo redditu 20 solidorum de reliquis terris de Kynnaird, infra bondas Atholie, in dicta baronia per annexationem, vic. Perth ; cum tenentibus &c. ;—quas omnes dictus Pat. cum consensu Marjorie Hay sponse sue resignavit ;—necnon dictis PATRICIO BUTTER et MARJORIE HAY in vitali redditu, et dicto Jo. Butter, heredibus ejus masc. et assignatis, hereditarie,—terras et baroniam de Carnebaddie, cum molendino, terris molendinariis, moris, tenentibus &c., vic. Perth ;—necnon, in speciale warrantum earundem (juxta tenorem contractus inter D. Georgium Hay de Nether Liff militem clericum registri, Petrum Hay de Kirkland et Margaretam Boyd ejus sponsam, ab una, dictos Pat. et ejus sponsam et filium ab altera partibus, de data apud Edinburgum, 28 Feb. 1617), terras de Over et Nather Rossyes, vic. de Fyiff ;—quas dicti Geo. et Petrus resignaverunt absque reversione ;—et quas omnes rex de novo incorporavit in liberam baroniam de Gormok, ordinando maneriei locum et fortalicium de G. principale fore messuagium :—RESERVANDO vitalem redditum de Balleid et Newmylne dicte Marjorie post obitum dicti Pat. ; et dicto Pat. vitalem redditum dictarum terrarum dominicalium &c. (usque ad dictum ann. red.) :—REDDEND. pro Rosseis *ut in carta* 1427 ; pro ceteris jura et servitia debita et consueta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlix. 52.

1686. Apud Gerardis-Bromlay, 27 Aug.

REX,—cum consensu &c. (208. 186.),—concessit ANDREE AYTOUN de Drumure, et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus ejus masc. quibuscunque, cognomen de Aytoun et insignia familie de Dumure gerentibus, et eorum assignatis quibuscunque,—terras occidentalis dimidietatis de Drumure cum bruerio et prato, in dominio et vic. de Fyiffe ; terras de Carpullie cum prato et partica marresia, in dominio de Balmerinoch, vic. Fyiffe ; terras de Burneturk, cum maneriei loco, molendinis, piscariis, tenentibus &c., peciam more et *lie swaird-eard* nuncupatam communem moram de Burneturk (intra bondas specificatas), carbones dict. terrarum et more cum

potestate faciendi *lie wayfairis* et *sinkis* &c., vic. de Fyiffe ;—necnon dicto And. et AGNETI LUNDY ejus conjugi in conjuncta infeodatione, et heredibus &c. supradictis,—terras de Glenduckie, vic. Fyiffe ; —quas terras &c. de Dymuire et Glendukie idem And., Carpullie Henricus Patersone tunc de Schanwell (cum consensu Henrici Balfour olim de Schanwell tunc de Drumtennent, Agnetis Ramsay ejus conjugis, Henrici B. eorum filii et heredis apparentis, et Roberti Aytoun de Pitoncardy), apud Halyrudehous, Burneturk David Spens et M. Jac. S. ejus frater apud Edinburgh, resignaverunt ; et quas omnes rex dictis And. et Ag. respective de novo dedit, cum fortalicio et maneriei loco de Dynmure ; et omnes incorporavit in liberam baroniam de Aytoun, ordinando maneriei locum et fortalicium de Dynmure (tunc de Aytoun nuncupand.) principale fore messuagium : —REDDEND. pro Dynmure 22 lib. 6 sol. 8 den., et 6 lib. 13 sol. 4 den. augmentationis, nomine feudifirme ; cum duplicatione feudifirme in introitu heredum ; et edificando domum de lapide et calce tegulis tectam, cum horto et stagnis ;—pro Carpullie 4 mercas, et 6 capones, feudifirme antique, et 2 merc. augmentationis ; necnon duplum feudifirme in introitu heredum ; ac 3 sectas ad 3 placita capitalia de Balme(r)inoch : et observando &c. (*ut in carta* 4) ;—pro Burneturk 7 den. strivilingen., pro mora et carbonibus ejusdem 3 den. strivilingen., nomine albe firme ;—pro Glenduky jura et servitia debita et consueta :— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 271.

1687. Apud Edinburgh, 11 Sept.

REX concessit et de novo dedit familiari servitori suo D. ROBERTO DOUGLAS militi, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras, dominium et baroniam de Torthorwall (comprehenden. *ut in carta* 48) ;—que fuerunt Jacobi dom. de Torthorwall ac Domine Eliz. Cairleill domine Torthorwall ejus matris, ac Joannis Rae mercatoris burgensis de Edinburgh ; et per dictas Eliz. et Jo. disposite erant Willelmo Dowglas de Drumlangrig, qui jus suum dicto Roberto disposuerat ; et quas dictus Jacobus (cum consensu Archibaldi Douglas de Toftis, M. Ricardi Dowglas de Brokhollis, Willelmi Dowglas in Ewely et M. Alexandri King de Dreddane advocati, ad quorum instantias interdictus est, necnon Willelmi Cunynghame tutoris de Bonyngtoun, D. Jacobi Lokhart de Ley militis, Georgii Grahame de Reidkirk et Jacobi Dowglas fratris Georgii D. de G(l)aspen), et dicta Eliz. (cum consensu Wil. Sinclair de Blans sponsi sui, et Alexandri Blair de Balgray), et dicti Jo. Rae et Wil. Dowglas de Drumlangrig resignaverunt ; et quas rex de novo incorporavit &c. (*ut in carta* 48) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 231.

1688. Apud Thybollis, 16 Sept.

REX,—cum consensu &c. (208. 186.),—confirmavit et de novo dedit GULIELMO ANGUSIE COMITI domino Dowglas et Abirnethie &c., in vitali redditu, et ARCHIBALDO DOMINO DOWGLAS ANGUSIE MAGISTRO ejus filio legit. natu maximo, ejusque heredibus masc. et tallie in infeofamento comitatus Angusie dicto Gul. concesso contentis, in feodo,—terras et baroniam de Wandel, cum tenentibus &c., molendinis, piscariis, advocationibus ecclesiarum, beneficiorum et capellaniarum, vic. Lanerk ;—quas iidem Wil. et Arch. apud Edinburgh resignaverunt ; et quas rex de novo incorporavit in liberam baroniam de Wandell :—REDDEND. unum den. albe firme, non obstante quod antea per servitium warde aut aliter tente fuerant :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 233.

1689. Apud Edinburgum, 22 Sept.

REX concessit D. GEORGIO HAY de Nether Liff militi, registri ac concilii clerico, heredibus ejus et assignatis quibuscunque (redimabiles infra septennium),—tres quartas partes terrarum et baronie de Rattray cum molendinis, piscariis, tenentibus &c., terrarum et baronie de Tullimat cum manerierum locis, molendinis, salmonum aliorumque piscium piscariis, et *lie Hauchis*, terrarum de Balnagaird et Balnavairt cum molendinis, terrarum de Forthergill et Garth cum rupe et fortalicio, vic. de Perth ;—que fuerunt Dominarum Dorathie, Marie et Jeanne Stewartis filia-

rum legitimarum et heredum portionariarum quondam Joannis comitis Atholie, necnon Willelmi com. de Tullibardin sponsi dicte Dor., Jacobi comitis Atholie sponsi dicte Mar., et M. Nicolai Broune (Bellenden?) sponsi dicte Jean.; et, cum diversis aliis terris, 16 Sept. 1617 dicto Geo. appreciate fuerunt pro 8587 lib. 10 sol. tanquam ¾ summe 11450 lib. Francisco com. Errolie dom. Hay constabulario Scotie debite (pro preteritis annuis redditibus principalis summe 7000 lib., partis dotis ei cum quond. Domina Maria Stewart sorore germana dicti quond. Jo. promisse per contractum matrimonialem de data 17, 20, 24 et 28 Jan., in libris concilii registratum 28 Jan., 1586, et translatum in dictas Dor., Mar. et Jean., et in Magistram Annam Stewart quartam filiam dicti quond. Jo., 10 Mar. 1603), et pro 429 lib. 7 sol. pro feodo Walteri Crokat nuncii, vicecomitis in hac parte; prout in processu sub signo et subscriptione M. Francisci Hay notarii publici contentum est:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. ii. 59.

1690. Apud Edinburgum, 24 Sept.[1]
REX concessit JOANNI DALGLEISCHE filio legit. quondam Jacobi D. burgensis de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis (redimabiles infra septennium),—insulam de Ethey cum *lie Calff* et *Holmes* ejusdem, continen. terras dominicales de Grenetcroft (vel Grenetoft), villam et terras de Selskarie, villas et terras de Farsnes, Mursettar, Loup, Sandquoy, Cruikquoy, Souar, Tow, Garthe, Todoquoy, Outquoy, Madinhauch, Brumebalk, Strumaquoy, Scailland, Hoilland, Bankis et Quhitellet, insulam et *Calff* de Ethey, Stronyholme, tam proprietatem quam tenandriam, in regalitate et vic. de Orkney;—que fuerunt Willelmi Sinclar de Ethey, et Jonete Halcro ejus sponse; et 8 Apr. 1617 appreciate fuerunt pro 2750 merc. dicto Jo. debitis, et pro 137½ merc. pro feodo Duncani Ritchie nuncii, vicecomitis et ballivi in hac parte:—TEST. 99. &c. *ut in aliis cartis* &c. P.R. ii. 125.

1691. Apud Edinburgh, 1 Oct.
REX,—cum consensu &c. (223. 175.),—concessit et de novo dedit JOANNI WRQUHART filio primogenito et heredi apparenti Joannis W. feodatarii de Craigfintrie, inter eum et Isobellam Irwinge ejus sponsam procreato,—terras dominicales de Leatheris (*et cetera in carta* 717 *contenta*, omissis Balmelie et Auchnamoyne);—quas dictus Jo. W. feod. de C. resignavit; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Craigfintrie, ordinando fortalicium de C. principale fore messuagium:—RESERVANDO vitalem redditum de Craigfintrie, Morles et seqq., dicto Jo. W. resignanti; Joanni W. seniori de Craigfintrie, patri dicti Jo. W. feodatarii, vit. red. eorum que in infeofamento per eum dicto ejus filio desuper facto reservata sunt; et dicte Isabelle conjunctam infeodationem de Leatheris et aliarum quibus provisa est virtute contractus matrimonialis:—TENEND. dicto Jo. juniori et heredibus ejus masculis quibuscunque, quibus deficientibus, dicto Joanni ejus avo et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis reversuras, quibus def., D. Thome Wrquhart de Cromartie militi et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., heredibus masc. dicti Jo. senioris quibuscunque cognomen et arma de Wrquhart gerentibus:—REDDEND. *ut in carta* 717:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 234.

1692. Apud Edinburgh, 2 Oct.
REX,—cum consensu &c. (227. 186.),—confirmavit D. JACOBO PRINGILL de Gallascheillis militi, et heredibus ejus masc. quibuscunque, cognomen et arma de Pringill gerentibus, et eorum assignatis quibuscunque,—terras et predia de Gallascheillis et Moysieley, cum mansione, molendinis granorum et fullonum, piscariis, burgo baronie de Gallascheillis cum ejus privilegiis, terras de Craigleitche tunc Newhall nuncupatas, cum fortalicio et manerie, in dominio de Ettrik-forrest, vic. de Selkirk; terras de Pilmuire, 2 mercatas terrarum de Blakchester, vic. Beruik; terras de Halcroft et terras dominicales de Smalhame cum fortalicio et maneriei loco, terras husbandias et cottagias ad eas pertinentes, cum tenentibus &c., vic. de Roxburgh;—quas idem

[1] The name of the month is supplied from *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xc. fol. 55.

Jac. resignavit:—Insuper rex ratificavit omnes cartas dicto Jac., ejus autoribus et predecessoribus desuper factas; et suprascripta dicto Jacobo de novo dedit, cum salmonum aliisque piscationibus super aquam de Tweid ex utroque ejus latere inter pontem de Melros et terras de Sunderlandhall ubi aqua de Ettrik currit in aquam de Tweid, cum tenentibus &c. de Gallascheillis et Moysieley, pendiculo de Craigleitche vocato *the Knowis*, pendiculis de Pilmuire et Blakchester vocatis Murehous, Halkerland, Litle Lawrenc(e)landis, Scottiscroft; et, de consensu M. Patricii Wrquhart ministri et vicarii ecclesie de Lindein, concessit dictis Jac. &c. advocationem vicarie de Lindein cum decimis &c., quam advocationem ad dict. terras &c. de Ettrik-forrest univit inseparabiliter;—et omnes incorporavit in liberam baroniam de Gallascheillis, ordinando fortalicium et maneriei locum de G. principale fore messuagium;—et de novo erexit VILLAM DE GALLASCHEILLIS in liberum burgum baronie, cum potestate tenendi forum hepdomadatim *lie Weddinsday*, et duas publicas nundinas annuatim, 24 Jun. *lie Midsomer-day* et 29 Sept. *lie Michaelmes-day*, et ceteris *in carta* 988 *precedentis tomi contentis*: — Reddend. pro Gallascheillis et Moysieley 90 lib. 5 sol. feudifirme; et inveniendo 2 equites, unum cum lancea et alterum equum onerarium, in regis equitationibus; et sustentando mansionem, maneriem et domos de lapide et calce, cum politiis solo corresponden.;—pro Craigleitche 27 libras 13 sol. 4 den. feudifirme;—et pro omnibus 6 sol. 8 den. augmentationis; et duplicando feudifirmam in introitu heredum; et observando &c. (*ut in carta* 4);—pro dicta advocatione unum den. albe firme;—pro ceteris jura et servitia debita et consueta:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 285.

1693. Apud Edinburgum, 2 Oct.
REX,—cum consensu &c. (208. 186.),—ratificavit [1] cartam per Jac. Kynneir de Forret scribam signeto regio factam MARGARETE BICKERTOUN ejus conjugi, in vitali redditu,—de terris de Eister Forret, cum molendino, terris molendinariis &c., *lie* Cottoun de Forret, privilegio commonie in monte de Lucklaw et ceteris locis consuet., et de boreali parte maneriei loci de Forret cum dimidietate hortorum, *lie den* et parcarum earundem (excepta parte de Eister Forret per Geo. Buttercais et Pat. Norie possessa), vic. de Fyiff;—Tenend. de rege;—de data . . 1617:—[2] cartam per eundem Jac. factam HENRICO KYNNEIR, ejus filio legit. natu maximo,—de terris et baronia de Forret (comprehenden. *ut in carta* 1523);—Reservando dicto Jac. vitalem redditum omnium, dicte Marg. vit. red. terrarum ei concess. *ut supra*; et dicto Jacobo durante ejus vita potestatem redimendi suprascripta per solutionem aut consignationem 40 sol., et eadem onerandi pro provisione ejus liberorum;—Tenend. dicto Henrico et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, dicto Jac. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Jac. quibuscunque, de rege;—de data . . 1617:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 288.

1694. Apud Edinburgh, 22 Oct.
REX,—cum consensu &c. (207. 175.),—confirmavit et de novo dedit WILLELMO M'KIE de Kirriequhirne, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—5 mercatas terrarum de Kirriquhirne, in parochia de Kirkenner, vic. de Wigtoun;—quas idem Wil. resignavit:—Reddend. 13 merc. feudifirme antique, et 23 sol. augmentationis:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 287.

1695. Apud Edinburgum, 24 Oct.
REX,—cum consensu &c. (209. 177.),—ratificavit cartam per Colinum Campbell de Lundye factam COLINO CAMPBELL ejus filio legit. natu maximo et apparenti heredi, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. et assignatis dicti Col. junioris quibuscunque,—de ter. et baronia de Lundye, comprehenden. *lie* Maynes de L. alias West Dronlaw, cum castello, manerie, lacubus de L. et eorum piscatione, terras de Pittarmo, Kirk-

toun de L. cum *lie loch* de Lundie, *lie* Brewlandis earundem, molendinum de L. cum ejus terris &c., terras de Eister Keith cum *the Langloche* et ejus piscatione, terras de Ladiatt, Laidcreiff et Ardgarthe, Nether Smythistoun, Balschando cum *lie loche of Balschando* et ejus piscatione, terras de Pendreiche, terras de Dron cum tenentibus &c., vic. de Forfar;—Proviso quod persolveretur Catherine Campbell sorori dicti Colini junioris summa 3000 merc. quamprimum ad etatem 18 annorum completam pervenisset, pro supplemento ejus dotis;—Tenend. de rege;—de data 24 Oct. 1617:—Insuper suprascripta dicto Col. juniori de novo dedit, et in liberam baroniam de Lundy-Campbell de novo incorporavit, ordinando castellum de L. principale fore messuagium:—Test.[1] 99. 46. 93. 123. 72. 125. 49. 127. xlviii. 289. et l. 269.

1696. Apud Edinburgum, 3 Nov.

REX,—cum consensu &c. (213. 186.),—confirmavit cartam Davidis Lyndsay de Edzell,—[qua, cum consensu personarum subscribentium,—pro perimpletione literarum obligatoriarum de data presentium per se factarum virtute contractus matrimonialis inter quondam D. Davidem Lyndsay de Edzell militem et dictum Dav. ejus filium ab una, et quond. Jo. Wischart de Pittarro et Margaretam Wischart ab altera partibus, — concessit dicte MARGARETE WISHART conjugi sue, in vitali redditu, —in compensationem terrarum in quibus virtute dicti contractus infeodata erat,—terras de Gleneffok, Bady, Dilbirak, Quhigstreit, Kyndrochwod, Tornabrae (Turnabrain?), Corquhariecros (Corquharnecros?), Lenmoir, Keny cum molendino ac terris molendinariis, Broklaw, Boigtoun, Makyndab, Argeich, molendinum de Lethnot cum ejus terris &c., terras de Drumcharie (Drumcairne?), Fynnok, Achorie, Tillibarnis, Glascorie cum molendino, terris molendinariis &c., Hunthill, Blakhauch, Balfeild, Cloquhy, Wodtoun, Tillodowy cum molendino, terris molendinariis &c., in baronia de Glenesk, parochia de Lethnot, vic. Forfar; terras de Heucheid, Dilhasne, Dalcamphe (Dalscamphe?), Dilbla, Schannow, Cornescorie (Cornescorne?), Mekle et Litle Tulloche, Ballansagart, terras dominicales et villam de Dalbog, cum molendino de Dalbog, ejus terris &c., in parochia de Edzell, vic. de Forfar:—Reddend. regi 4 den. albe firme:—cum precepto sasine directo M. Jo. Dugatt servo dicti Davidis:—Test. Joanne Symmer feodatario de Brachinshe, M. Jo. Dugat, Davide Broun, servitoribus dicti Dav. L., Joanne Noray notario publico in Brichen (scriptore presentium), M. Davide Wod rectore de Edzell, Alexandro Melvill, And. Sinclair, Hercule Rollok, servitoribus Davidis Carnegie de Kynnard:—Apud Edzell, 9 Dec. 1613]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. P.R. ii. 40.

1697. Apud Edinburgum, 4 Nov.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 902),—cum consensu &c. (214. 175.),—confirmavit [1] cartam Archibaldi com. Argadie dom. Campbell, Lorne et Kintyre &c.,—[qua, pro impletione contractus de data presentium, et pro 8200 merc. persolutis,—cum consensu Domine Anne Cornuellis conjugis sue,—vendidit RONALDO CAMPBELL de Barichboyne, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—sub reversione continen. dictam summam in ecclesia parochiali de Kilmolrow in Craignis deliberandam,—3 mercatas terrarum de Corvarnmoir, 5 mercatas de Barvrakan, mercatam de Pennycastell, 3 mercatas de Ardcraignis, cum insulis de Risagphaiddan, Coresay, Resantrow, Garrowasay, jacen. in Craignis, vic. de Argyle; necnon 10 bollas farine avenatice annuatim a feudifirmariis et tenentibus de Gartharran pro *lie scheiring* de Corvarnmoir:—Reddend. dicto Arch. unum den. albe firme:—cum precepto sasine Carolo M'Kewir de Aslenis (Askenis?):—Test. Colino Campbell de Lundey, Jo. M'Dowall de Ragray, Alex. M'Nachtan de Drundaraw, Arch. M'Lauchlane de Craiginteryff, M. Jac. Kirk vicecomite deputato de Argyle, Geo. Lowdoun notario (scriptore carte):—Apud Inverraray, 18 Jul. 1614]:—[2] aliam cartam ejusdem comitis,—[qua, in warrantum suprascrip-

[1] The list of witnesses is in the latter copy only.

torum, vendidit dicto Ronaldo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Knokbraik, Ardphin, Proastil, Stronin, Achalick, Sennak, Cractak, Knokilfeolman, Kilerudall, Narin, Largbraik, Knokcrome, Ardernall, cum insulis de Fruich-yland, Iland-creach, Glas-yland, extendentes in integro ad 10 librat. terrarum, cum ballivatu earundem, in insula de Juray, vic. Tarbert; 5 librat. terrarum de insula de Sewna cum ballivatu earundem, vic. de Argyle:—Reddend. dicto com. unum den. albe firme:—cum precepto &c. (*ut supra*):—et voluit dictus com. quod unica sasina apud Sewna capienda pro omnibus staret:—Test. Colino Campbell de Lundie fratre germano dicti com., Jo. M'Dowall de Ragray, Alexandro M'Nauchtane de Drumdaraw, M. Jac. Kirk vicecomite deputato de Argyle, Georgio Loudoun notario, Rob. Fergussoun servo dicti Alex. (scriptore carte), Malc. Fischer, Edw. Toscheoch, scribis, servitoribus dicti Jac., Arch. M'Lauchlane de Craigintaryff:—Apud Inveraray, 19 Jul. 1614]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 290.

1698. Apud Edinburgh, 4 Nov.

REX,—cum consensu &c. (208. 186.),—concessit et quitteclamavit WILLELMO RIG seniori burgensi de Edinburgh, ejus heredibus et assignatis,—terras de Wester Raracheis, terras de Cullis, cum molendino, astrictis multuris &c.,—necnon, in speciale warrantum earundem (necnon terrarum de Balnagoun et aliarum dicto Willelmo per Davidem Ros de Balnagoun antea dispositarum), terras de Eister Raricheis,—in comitatu de Ros, vic. Invernes;—quas D. Wil. Sinclair de Catboll miles et dictus David Ros resignaverunt:—Insuper rex ratificavit cartam per dictos D. Wil. et Dav. dicto Wil. R. desuper factam, de data 9 Sept. 1617:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xlviii. 297.

1699. Apud Edinburgum, 5 Nov.

REX concessit D. GEORGIO HAY de Nether Liff militi, registri ac concilii clerico, heredibus ejus et assignatis quibuscunque (redimabilem infra septennium),—quartam partem terrarum et baronie de Rattray &c. (*ut in carta* 1689);—que fuit Magistre Anne Stewart, filie legit. et unius quatuor heredum portionariarum quondam Joannis com. Atholie, et . . . ejus sponsi; et, cum diversis aliis terris, 1 Nov. 1617 dicto Geo. appreciata fuit pro 2862 lib. 10 sol. tanquam ¼ summe (*in carta* 1689 *specificate*), et pro 143 lib. 2 sol. pro feodo Donaldi Cunnynghame nuncii, vicecomitis in hac parte; prout in processu appreciationis sub signo et subscriptione M. Francisci Hay scribe signeto regio, clerici dicti processus, contentum est:—Test. *ut in aliis cartis* &c. P.R. ii. 58.

1700. Apud Edinburgh, 6 Nov.

REX,—cum consensu &c. (208. 186.),—confirmavit cartam Georgii Clephane de Carslogie, et Davidis Clephane,—[qua,—cum consensu Beatricis Barclay sponse dicti Dav., M. Willelmi C. filii legit. secundogeniti et Issobelle et Margarete C. filiarum dicti Geo.,—pro impletione contractus inter se, cum consensu supradict., necnon quondam Catherine Orme sponse dicti Geo., ab una, et personas infrascriptas ab altera partibus, de data apud Leyth, Cowper et Hiltoun de Carslogie, 17, 26 et 27 Junii et Julii 1614,—vendiderunt JOANNI DINGWALL, ANDREE MONCREIFF, (quond.), DAVIDI HAMMILTOUN et GEORGIO MONCREIFF burgensibus de Craill, heredibus eorum et assignatis, irredimabiliter,—terras de Tarnakitars tunc vocatas Naikitfeild, terras et acras vocatas Ringaldis-croftis prope burgum de Craill in vico vocato Portergait ex boreali dicti burgi, in constabularia de Craill, vic. de Fyiffe;—viz. dicto Jo. ¼, dicto Andree ¼, dicto Dav. H. ⅜, dicto Geo. M. ⅛ earundem:—Reddend. regi pro Tarnakitars unam pondam piperis nomine albe firme; pro Ringaldis-croftis ballivis et consulibus burgi de Craill 40 den. feudifirme si peterentur tantum:—cum precepto sasine:—Test. M. Pat. Lindsay in Craill, Joanne Makesone scriba communie burgi Craill, Steph. Orme fratre germano quond. Davidis O. de Mugdrume, Patricio Danskene nuncio regis in Craill, Jo. Clephane in Carslogie:—Apud Craill et Hiltoun de Carslogie, 30 Jul. et 13 Aug. 1614]:—Test. 99. 46. 92. 123. 49. 127. xlviii. 291.

1701. Apud Edinburgh, 6 Nov.
REX concessit JONETE TWEDIE filie et heredi quondam Joannis T. tutoris de Drummelzear, heredibus ejus et assignatis (redimabiles infra septennium),—terras de Over et Nether Quodquennis, in baronia de Carnewatht, vic. Lanerk;—que fuerunt Roberti Chancellar de Scheilhill, filii et heredis quondam Willelmi C.; et 6 Mar. 1617 appreciate fuerunt pro 318 lib. dicte Jon. debitis, et pro 15 libris 18 sol. pro feodo Thome Moffet nuncii, vicecomitis in hac parte; prout in processu appreciationis sub signo et subscriptione M. Francisci Hay notarii publici scribe signeto regio, dicti processus clerici, contentum est:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. ii. 30.

1702. Apud Edinburgum, 13 Nov.
Kynnedor, hortum et palatium dirutum, cum portu vocato Stotfauld, cum *lie tak* piscium de Ernhill et Cofsie terris de Newtoun et Ettillis incumben., Stotfauld-heavin, terras et brasinam de Aikinheid, in baronia de Kynnedor, terras de Hiltoun et (vel de) Birneth, brasinam earundem, *lie* Smidcroft, villam et terras de Nether Birneth, *lie* Kirktoun de Rothhous, *lie brewhous* earundem, molendinum de Birneth, cum astrictis multuris baronie de B., ac servitiis tenentium ejusdem, terras de Meikle Inverlochtie, molendinum de Littill Inverlochtie absque astrictis multuris et *lie suckin*, terras de Littill I., molendinum fullonum earundem, terras de Quhytfeild, Gedloch, Eister et Middle Tullibardin, Glenlathrochie, Cunyeoch, Kirktoun de Dolleis, Blairnehall, in baronia de Birneth, terras de Clony in baronia de Rauffart, terras de Kirktoun de Kynnor cum bruerio in baronia de Keyth, vic. de Elgin et Forres; —quas omnes incorporavit in liberam tenandriam de Kynnedor :—REDDEND. dicto episc. pro molendino granorum de Kynnedor 4 lib., 1 duodenam caponum, 1 aprum pastum, cum sustentatione dicti molendini; pro ceteris *ut in* Regist. Magni Sigilli A.D. 1546–1580, *carta* 1886; et 20 merc. 6 sol. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et successorum; et si in solutione deficerent per duos terminos in tertium concurrentes, hec locatio expiraret :—RESERVANDO dicto episcopo piscariam *lie tak* piscium de Ernnhill et Cofsie cum portu vocato Stotfauld quandocunque residentiam in palatio de Spynie faceret :—cum precepto sasine directo Jo. Innes de Leucheris :—TEST. Simone dom. Fraser de Lovatt, Jo. dom. Abirnethie de Saltoun et Rothemay, Walt. dom. Stewart de Blantyre, Jo. dom. Bothwell de Halyrudhous, Joanne Leslie de Wardes, M. Roberto Leirmonth advocato, Alex. Don servitore dicti comitis, Jacobo Ramsay servitore Jacobi Kynneir scribe signeto regio (scriptore carte) :—Apud Edinburgh, Elgin et Forres, 11 Jul., 6 et 7 Sept. 1609] :—TEST. 99. 46. 92. 128. 72. 125. 127. xlix. 368.

2138. Apud Edinburgh, 24 Feb. REX,—cum consensu &c. (209. 177.),—confirmavit cartam Duncani Camp(b)ell de Glenurquhy militis, et Colini Campbell apparentis de Glenurquhy cum consensu ejus curatorum,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis de data apud Finderik, . . . 1594,—vendiderunt EGIDIE CAMPBELL filie Hugonis C. de Lowdoun (postea sponse dicti Col.), in vitali redditu,—terras dominicales de portu de Lochtay, cum manerie loco, insula, dimidia piscaria super borealem partem de Lochtay vocata *the Gun*, terras de Dalmertene, Inschaddyn et Stroncomry, Collelouquhan, Ardradaniche cum dimidia piscaria in Lochtay apud dictas terras, Capranich, Schanlaraich, Skeak Eister et Wester, Loikbowy, Carnebaan, Balyie, Ramony, Callyn, cum molendino de Ardtolony, ejus terris &c., in dominio de Discheor et Toyer, vic. Perthe :—REDDEND. regi 29½ merc. albe et feudifirme :—cum precepto sasine directo Hugoni Campbell servitori dicti Dunc. :—TEST. (apud Balloch) M. Wil. Bowy, Hugone Campbell, Quintigerno Lochart, servitoribus dicti Dunc., Gavino Hammiltoun, Wil. M'Kerrell, notariis; (apud Perth) Georgio Schaw, Henrico Dow, servitoribus Joannis Campbell de Laweris militis, Hen. Ruthven filio Alexandri R. de Freland :—Apud castrum de Balloch et burgum de Perth, 2 et 6 Jun. 1595] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R. ii. 135.

2139. Apud Edinburgh, 26 Feb. REX,—cum consensu &c. (208. 186.),—concessit et de novo dedit JACOBO MORAVIE COMITI dom. Doun et Abirnethie &c., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—dominium de Sanct-Colme (comprehenden. *ut in carta* 442);—quod per Wil. com. de Mortoun, idem Jac., Jo. Bell juniorem in Barnehill prope burgum de Abirdour commorantem, resignatum est; et quod fuit Jacobi dom. de Sanct-Colme filii et heredis quondam Henrici dom. de S., et ab eo appreciatum est ad instantias dictorum comitum de Mortoun et Moravia et Jo. Bell, qui Wil. et Jo. dictum com. Moravie constituerant assignatum suum;—et quod rex de novo incorporavit in liberum temporale dominium de Sanct-Colme, ordinando maneriei locum de S. principale

fore messuagium :—REDDEND. servitium domini parliamenti, cum 100 mercis albe firme ; necnon ministris ecclesiarum dicti dominii de Sanct-Colme stipendia et alia contenta *in carta* 442 :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlix. 373.

2140. Apud Palatium de Quhythall, 28 Feb.

REX,—cum consensu &c. (207. 175.),—et cum consensu Joannis archiepisc. S. Andree,—ratificavit cartam per Malcolmum *the Maidin* regem Scotorum (qui vixit A.D. 1153) factam in favorem burgensium et civium CIVITATIS S. ANDREE, de omnibus libertatibus et consuetudinibus quas regis burgenses infra totum regnum habuerunt per eos utendis infra omnes partes Scotie :—necnon cartam quondam Roberti episc. S. Andree, cum consensu Davidis regis Scotorum qui nuncupatus est Sanctus David (qui vixit A.D. 1124 [1]), virtute cujus civitas seu villa S. Andree in burgo erecta fuit :—necnon duas distinctas cartas per Davidem II. cognomine Bruce regem Scotorum (qui vixit A.D. 1330) in favorem dicti burgi concessas :—necnon cartam per Mariam reginam Scotorum, matrem regis Jac. VI., factam in favorem dicte civitatis, de terris et aliis ab antiquo pertinentibus ad Fratres tam regulares quam irregulares vulgo *lie Freiris, Monkries*, prebendas, altaragia, nosocomia aliaque beneficia intra dictam civitatem :—necnon alias cartas per duos Rodgeros episcopos S. Andree, Davidem et . . ., omnes episcopos et archiepiscopos S. Andree factas penes dictam civitatem et ejus erectionem in libero burgo cum libero portu *lie heavin* et *harberie* cum ceteris libertatibus :—necnon omnes cartas, acta et alia ad dictum effectum concessa : — et specialiter cartam per quond. Geo. archiepisc. S. Andree factam in favorem prepositi, ballivorum, consulum, communitatis et inhabitantium dicti burgi, de data 18 Aug. 1614, cum mutuali contractu inter dictum archiepisc. et magistratus, consules et communitatem dicti burgi (cui dicta carta specialem fecit relationem), de data 17 Dec. 1611, ratificato in parliamento tento Oct. 1612,—virtute quorum dictus archiepisc. cum consensu capituli sui ratificavit omnia infeofamenta antea concessa de dictis burgo et portu cum terris &c., et de novo erexit dictam civitatem cum ejus terris et bondis in libero burgo regalitatis ; cum potestate creandi fratres gilde, burgenses et cives habendi, *lie pack, peill*, emendi et vendendi &c., tenendi duos dies forales hebdomadatim diebus Lune et Saturni, erigendi cruces forales unam seu plures, tenendi annuatim quinque publicas nundinas, viz. 1 Aug. (*Lambes-day*), die S. Michaelis (*Michaelmes-day*), die S. Andree (*Sanct-Androis-day*), *lie Senzie-fair* incipiendo nono die post festum Pasche (*Pasche-day*) et continuando pro 15 diebus, et die post festum Pentecostes vocat. *Trinitie-day* ; cum potestate burgensibus presentandi in sortes *lie in leites* dicto archiepisc. personas idoneas officiis prepositi, ballivorum, decani gilde et thesaurarii annuatim qui per dictum archiepisc. nominarentur et admitterentur ; cum potestate preposito &c. tenendi curias burgales &c., recipiendi parvas custumas et ankeragias, *lie towst* aliasque devorias nundinarum et portus ;—et in feudifirmam locavit dictis preposito &c.,—terras de Pilmure, peciam terre *lie* Saltgirs, terras *lie Linkis* de Sanctandrois prout jacent ad aquam de Edin ut mare fluit ac refluit, cum *lie mussil-scalp* adjacen., terras de North Hauch ac South Hauch, terras communes et communia prope dict. civitatem, rudas et croftas tam infra quam extra eandem, in regalitate Sancti Andree, portum, litus, *lie heavin* et *harberie* de Sanctandrois cum ventimolis *lie windmylnes* super dict. terris et communia edificatis, multuris &c., terras, domos et hortos ab antiquo ad *lie Blak* et *Gray Frieris* pertinentes infra dictam civitatem et ejus territorium, cum custumis nundinarum de Sanct-Monance et Kilconquhar (reservatis dicto archiepisc. magnis custumis et officio admirallitatis et *lie seirscharie* dicti portus) ;—TENEND. de dicto archiepisc. :—INSUPER rex de novo incorporavit dictum burgum, villam et civitatem, portum *lie heavin* et *harberie* ejusdem, cum terris, molendinis, piscariis tam super mare

[1] So in *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xc. fol. 187. The Great Seal Register reads 1104.

quam in aquis dulcibus dicto burgo adjacen. et infra libertatem ejusdem, cum omnibus privilegiis &c.,—in liberum burgum regalem seu regalie (*ane frie burgh royall*), liberum portum *lie heavin* et *harberie* (proviso quod cives haberent sortionem *lie leitting* solummodo prepositi, ballivorum, decani gilde et thesaurarii ad archiepiscopos S. Andree presentand.);—cum potestate antedictis preposito &c. concedendi infeofamenta et sasinas de terris et aliis dicte civitatis;—absque prejudicio dictis preposito &c. tenendi suprascripta in libera regalitate de dicto archiepisc.:—et rex ordinavit quod unica sasina apud pretorium dicti burgi capienda pro omnibus staret absque ulla iteratione: — TENEND. de rege in libero burgo regalie et libero portu:—REDDEND. servitium liberi burgi regalis, cum 10 merc. firme burgalis; necnon dicto archiepiscopo feudifirmas debitas et consuetas:—absque prejudicio dicto archiepisc. ejusque ballivis et senescallis, et presertim Joanni domino Lyndsay, heredibus ejus masc. et successoribus, penes eorum privilegia et jurisdictiones de suprascriptis: — PROVISO quod dicti prepositus &c. starent in fideli obedientia regi et dicto archiepisc.:—et rex mandavit statubus parliamenti ut actum ratificationis desuper facerent:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlix. 370.

2141. Apud Edinburgh, 29 Feb.

REX,—quia per cartam suam (No. 249 *precedentis tomi*) concesserat preposito, ballivis, consulibus et communitati BURGI DE ELGYNE hospitale ac preceptoriam domus Dei nuncupate *masindew* apud dict. burgum pro alimonio pauperum &c.;—et quia per cartam de data 5 Dec. 1599,—cum consensu &c. (93.),—concesserat eisdem preposito &c., et eorum successoribus,—dictum hospitale et jus patronatus ejusdem, et terras dicti hospitalis, viz. arabiles terras *lie* Masindew apud dict. burgum, villas et terras de Over et Nether Monbeines et *lie* Hauch, cum feudifirmis &c., vic. Elgene et Forres; cum ceteris terris, annuis redditibus et aliis ad dict. hospitium pertinentibus infra Scotiam, cum tenentibus &c.;—TENEND. in alba firma et pura eleemosina;—igitur,—cum consensu &c. (213. 185.),—ratificavit dictas cartas, et omnes cartas dictis preposito &c. aut pauperibus dicti hospitalis desuper factas; — et de novo dedit dictis preposito &c.—dictum hospitale &c., et speciatim terras supradictas, et terras de Over et Nether Cardellis, Over et Nether Pettinseires (que antiquitus ad dict. hospitale pertinuerunt), in regalitate de Spynie, vic. Elgene et Forres:—REDDEND. unum den. albe firme; et sustentando pauperes dicti hospitalis, et qualificatum ludimagistrum musice pro instructione juventutis dicti burgi ac prestatione ordinarii servitii in ecclesia ejusdem; necnon dicti pauperes et *lie beidmen* offerendo quotidianas preces pro salute regis et regis posterorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlix. 394.

2142. Apud Edinburgh, 2 Mar.

REX,—cum consensu &c. (208. 186.),—concessit et de novo dedit Domine MARGARETE CAMPBELL, filie legit. natu maxime quondam Georgii magistri de Lowdoun ac sponse D. Joannis Campbell militis filii legit. natu maximi D. Jacobi C. de Laweris militis, in vitali redditu (quamdiu dictus Jo. et heredes infrascripti jus haberent ad ter. et alia infrascripta, proviso quod quamdiu heredes masculi Hugonis dom. Lowdoun de corpore legitime procreati haberent jus ad eadem hec carta in favorem dicte Margarete remaneret suspensa),—10 librat. terrarum de Sorne, Blairmalloche et Blairkip, cum fortalicio, maneriei loco, piscariis, molendino *lie* Sorne-mylne, ejus terris &c., molendinum *lie* Muremylne cum ejus terris &c., in baronia de Kylismure et Barmure, vic. Air;—necnon dicto D. JOANNI CAMPBELL, et heredibus masc. inter eum et dictam Marg. legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti Jo. cognomen de Campbell et insignia familie de Lowdoun gerentibus,—terras et baroniam de Martinhame, cum fortalicio, molendino tam granorum quam fullonum, terris molendinariis, tenentibus &c., piscariis, terras de Terrinzeane, cum fortalicio, molendinis, terris molendinariis, tenentibus &c., terras de Dowchray, cum fortalicio &c. (*ut sup.*), in Kyle-regis, vic.

Air; hereditarium officium vicecomitis de Air; terras et baronias de Kylismure et Barmure, cum castris, manerierum locis, molendinis, piscariis, feudifirmis, tenentibus &c., burgo baronie de Machline et ejus libertatibus &c., necnon decimas garbales aliasque decimas rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Machline, decimas garbales aliasque decimas, mansa, glebas, terras ecclesiasticas et devorias tam rectorias quam vicarias ecclesie de Auchinleck, cum advocatione rectorie et vicarie ejusdem, in balliatu de Kyle-stewart, vic. Air; terras ecclesiasticas de Lowdoun extenden. ad ½ mercatam terre (antiqui extentus), cum tenentibus &c., advocationem rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Lowdoun, in balliatu de Cunynghame, vic. Air;—quas omnes dictus Hugo, et quam advocationem de Lowdoun Jo. archiepisc. Sancti Andree tanquam commendatarius de Kilwynning, apud Halyrudhous resignaverunt; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Martinhame, ordinando fortalicium et maneriem de M. principale fore messuagium:—RESERVANDO dicto Hug. vitalem redditum, cum potestate recipiendi vassallos, locandi assedationes secundum usum baronie pro vitis assedatorum, perficiendi assedationes decimarum garbalium quarundam partium de Kylismure feudifirmariis et tenentibus hujusmodi pro 19 annis post festum S. Martini 1616; necnon potestatem scindendi silvas, cum ceteris conditionibus contentis in contractu de data apud Edinburgh, Dalkeith, Donypace, locum de Keir, Fordell, Inchaffray, Weymes, Dunkeld, burgum de Perth, Fingask, ecclesiam de Methven, Culros, 29 Jul., 2, 3, 4, 6, 7, 9, 11, 15, 19, 24, 25, 28, 30 et 31 Aug. et 3 Sept. 1619:—REDDEND. dicta Marg. 5 merc. albe firme;—dictus Jo. pro Martinhame ac dicto officio jura et servitia debita et consueta; pro Terrinzeane 21 lib. feudifirme; pro Dowchray unum den. albe firme; pro decimis &c. et advocatione de Auchinleck unum den. albe firme (et ministris et rectoribus de Auchinleck 2 celdras decimalis farine et 40 merc. monete, cum manso et gleba apud dict. ecclesiam); pro Barmure et Kylismure, dicto burgo de Mauchline, decimis &c. ecclesie de M., servitium liberi baronis, et 100 merc. albe firme (et ministris apud ecclesiam de Mauchline 40 bollas farine avenatice et 300 mercas monete, cum manso et gleba, et inveniendo &c. *ut in carta* 9); pro terris eccles. de Lowdoun 20 solidos feudifirme, necnon duplum feudifirme in introitu heredum (et si duo termini currerent in tertium insoluti, hoc infeofamentum nullius esset roboris); pro advocatione de Lowdoun unum den. albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlix. 375.

2143. Apud Edinburgum, 2 Mar.

REX,—cum consensu &c. (246. 175.),—confirmavit cartam Joannis Thomesoun burgen. de Hadingtoun,—[qua, cum consensu Margarete Syde sponse sue,—pro impletione litere alienationis de data presentium,—vendidit JACOBO KIRKWODE juniori, mercatori burgen. de Hadingtoun, et ELIZABETHE M'KNACHT ejus sponse,—mansionem seu tenementum terre cum ejus cauda ex boreali latere ville de Nungaitt (juxta aquam de Tyne), 3 rigas seu sulcos jacen. contigue in campo vocato Braidcroft, acram continen. 3 rigas in campo vocato Nunsyde (juxta terras de Ledingtoun), rigam seu *lie daill* nuncupatam *ane endrig* ibidem (juxta easdem), 2 longas rigas in campo vocato Sprotlandis vel Sprotfauld, ½ rigam ibid., sulcum ibid., quarteriam terrarum vocat. Pryorislandis in campo vocato *the Fluires*, omnes per quondam Georgium Liddell et quondam Catherinam Watsone ejus sponsam, avum et aviam dicti Jo., quondam occupatas, in territorio dicte ville, constab. Hadingtoun, vic. de Edinburgh:—TENEND. dictis Jac. et Eliz. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus sive assignatis dicti Jac. quibuscunque, irredimabiliter, de rege, loco priorisse et conventus de Hadingtoun, in feudifirma:—REDDEND. 25 sol. 6 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et si tres termini currerent in unum insoluti, hec infeodatio expiraret:—cum precepto sasine directo Jo. Vallance burgen. de Hadingtoun:—TEST. Jo. Vallance uno ballivorum burgi de Hadingtoun, Jacobo Kirkwode seniore,

Gilberto Gray, Geo. Fraser, burgensibus de Hadingtoun, Jac. Taitt in Nungaitt :—carta scripta per M. Jac. Gray notarium publicum, communem clericum burgi de Hadingtoun : —Apud Hadingtoun, 26 Jan. 1620]:— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlix. 376.[1]

2144. Apud Halyrudhous, 2 Mar. REX,—cum consensu &c. (207. 175.),—ratificavit cartam per M. Rob. Fowlis advocatum, cum consensu Sare Speir ejus sponse, D. Jacobi Fowlis de Colingtoun militis et Georgii F. monetarii regis ejus fratrum, factam D. JOANNI HOME de Blacader militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter, — de terris de Bwnislie, et terra husbandia vocata Armistrangis-land in villa et territorio de Mekil Pincartoun, 1⅓ terris husb. de Mekil Pincartoun vocatis Wodisland, ⅓ terre husb. nuncupata Crawesland in dicta villa, molendino nuncupato Guildismylne alias Brandismylne cum ejus terris &c., crofta seu pecia terre nuncupata Deane-aiker (intra bondas specificatas), in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh ;—RESERVANDO dicto Rob., heredibus ejus et assignatis (tam ad usum proprium quam ad usum heredum Domine Joanne Home sponse D. Georgii Home de Eccles militis, necnon Helene H. sororis germane dicte Joan.) annuos redditus inibi specificatos ;—REDDEND. regi pro Armistrangis-land unam rubram rosam nomine albe firme ; pro molendino 4 lib. 13 sol. 4 den., pro Deane-aiker 30 sol., pro ceteris 6 lib. 6 sol. 8 den., feudifirme ; necnon duplicando feudifirmas in introitu heredum ; cum ceteris, si que essent, in rentalibus comitatus Marchie et dominii de Dumbar contentis ; —de data apud Edinburgh, 9 Nov. 1619 :— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlix. 379.

2145. Apud Halyrudhous, 2 Mar. REX,—cum consensu &c. (209. 177.),—dedit literas remissionis DUNCANO CAMPBELL feodatario de Glenlyoun, pro ejus vita duraturas,—pro arte et parte interfectionis Allani M'Rannald Viceane in Anahilt, filii Joannis M'Connel Viceane, per Colinum Campbell seniorem de Glenlyoun et dictum Dunc. et eorum servitores et complices perpetrate A.D. 15– super terris de Glenlyoun, vic. de Perth ; et pro ceteris quibuscunque ante diem date commissis, — proditione adversus regalem personam, incantatione, incendio, mulierum raptu, fabricatione et emissione false monete exceptis. P.R. ii. 127.

2146. Apud Halyrudhous, 2 Mar. REX dedit literas remissionis JOANNI COWANE incole in Brae-of-Tuche, pro ejus vita duraturas,—pro adulterio cum . . Richartsoun incola in parochia de Sanct-Ninianes, vic. Stirling. P.R. ii. 128.

2147. Apud Halyrudhous, 2 Mar. REX dedit literas remissionis WILLELMO WARDLAW de eodem, pro ejus vita duraturas, — pro adulterio cum Alisona Craw relicta Michaelis Paxtoun in West Restoun commisso. P.R. ii. 130.

2148. Apud Halyrudhous, 7 Mar. REX,—cum consensu &c. (209. 177.),—concessit M. THOME YOUNG scribe, et HELENE LAWDER ejus sponse,—terras de Nethir Lany, cum tenentibus &c., vic. de Edinburgh ;—quas Jo. Young de Lany scriba clericus vicecomitatus de Edinburgh resignavit :—TENEND. dictis Tho. et Hel. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Tho. quibuscunque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlix. 189.

2149. Apud Halyrudhous, 7 Mar. REX,—cum consensu &c. (208. 186.),—concessit et de novo dedit WILLELMO ANGUSIE COMITI domino Dowglas et Abirnethie, heredibus ejus masc., successoribus et assignatis quibuscunque,—terras de Milmwre, partem dominii de Dowglas existen., vic. de Lanerk ;—quas idem Wil. resignavit ;—necnon decimas garbales *lie*

[1] This charter names the following adjoining owners:—umquhile Katharine Alexander, Marion Liddill, Wil. Taitt, umq. Margaret Alexander, Wil. Gibsone, David Forrest, John Diksoun, Wil. Arnott, umq. Tho. Fylder, umq. Wil. Ogill, And. Gray, Jas. Taitt, Jas. Gray, umq. Wil. Hepburne, umq. John Hepburne.

in-teyndis ville, terrarum et territorii burgi de Lanerk, in parochia et vic. de Lanerk; —quas Jo. com. de Mar tanquam dominus dominii et baronie de Cardros resignavit: —et rex voluit quod unica sasina apud Mylmwre capienda pro omnibus staret:— REDDEND. pro Mylnmwre unum den. albe firme;—pro decimis unum den. albe firme; necnon dicto Joanni sive ministris apud ecclesiam de Lanerk 100 merc., 10 bollas $10\frac{2}{3}$ peccas farine avenatice, 5 bol. $5\frac{1}{3}$ pec. hordei, cum mensura dicti burgi, tanquam partem eorum stipendii; et relevando dictum Jo. de tertia parte taxationum &c.: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlix. 371.

2150. Apud Palatium de Quhythall, 8 Mar.

REX,—quia in parliamento Jun. 1617 tento querimonia exposita erat nomine calcearіorum et coria infra Scotiam tractantium de imperitia coriariorum &c.,—et postea quibusdam precipuorum coriariorum infra Scotiam convocatis coram dominis secreti concilii, cum nonnullis calceariis qui fama et peritia aliis anteibant,—unde statutum est quod post 1 Jan. 1622 nulla coria venderentur donec eorum probitas ex sigilli nota approbata esset,—commisit JOANNI DOMINO ERSKENE curam exteros introducendi et sustentandi ad institutionem plebis et opificum in recta forma corii cortice conficiendi; et constituit dictum Jo., heredes ejus et assignatos, pro 31 annis post datam presentium,—custodes dicti sui sigilli, cum carduo coronato ab uno latere conficiendi: — PROVISO quod conclusionibus secreti concilii omnino obtemperaret:—et rex allocavit dicto Jo., pro retributione impensarum, pro primis 21 annis 4 sol. de quolibet corio tanquam pretium sigilli impressionis, et postea 12 den. pro quolibet corio tantummodo:—et declaravit quod quatuor coria vitulorum bimorum vel infra pro uno tantum corio estimarentur. P.R. ii. 138.

2151. Apud Halyrudhous, 9 Mar.

REX,—cum consensu &c. (207. 175.),—ratificavit [1] cartam de data apud castrum de Sanctandrois, 9 Apr. 1619, per Jo. archiepiscopum S. Andree cum consensu capituli ejusdem factam familiari regis M. ALEXANDRO GIBSONE de Durie uni clericorum senatus collegii justitie, ejus heredibus et assignatis quibuscunque,—de terris de Scuny cum pendiculis, viz. Montflurie, Bambraith, Thraipland alias Traipinsche, Levin, villa de Levin cum portu et piscationibus, cum *lie wrack* et *wair*, molendinis granorum et fullonum, terris molendinariis &c., *lie linkis* et cunicularіis, burgo baronie de Levin cum libero portu et privilegiis, cum fortaliciis, maneriebus, tenentibus &c., tam proprietate quam superioritate, ac de terris de Balgrummo cum mansione, in regalitate S. Andree, vic. Fyiff;—super resignatione Georgii Lawder de Bas tanquam filii et heredis quondam M. Georgii L. de B., necnon dicti Alex., Margarete Craig ejus sponse et M. Alexandri G. junioris eorum filii et heredis apparentis;—cum clausula de novo damus, includendo terras de Levinismouth, portum *lie heavin* ville de Levinisburne et Levinisbrig ex utroque latere aque de Levin, albas piscationes portus de Levin, salmonum aliasque piscationes tam in mari et in ostio aque de Levin quam in salsis aut dulcibus aquis super aqua de Levin ex utroque ejus latere, *lie insches* et *shealis* super dicta aqua et ex utroque ejus latere, cum libertate habendi cimbas *lie ferrie-boittis* et recipiendi devorias inde debitas, multuras, sequelas et *lie knaifschippis* terrarum de Innerlevin *lie* Cauldcoittis nuncupat., virtute dicte carte ad molendinum de Scony astrictarum, libertatem *lie bulwark* et *peir* ex utroque latere dicte aque edificare, levare minutas custumas, anchoragias &c.;—cum nova erectione ville de Levin in libero burgo baronie cum libero portu;—cum unione omnium in unam tenandriam de Scuny;—RESERVATO dicte Marg. vitali redditu de Balgrummo; —TENEND. de dicto archiepisc. in taxata warda, et dictis burgo et portu in alba firma:—[2] literam assedationis per quond. M. Jac. Balfour vicarium (decanum?) Glasguen. et vicarium ecclesie parochialis de Scony, cum consensu Lodovici ducis Lennocie commendatarii prioratus S. Andree, et conventus ejusdem, factam quond. M. Georgio filio legit. Geo. Balfour de North Tarrie, durante ejus vita, et post ejus decessum

heredibus ejus vel assignatis uni aut pluribus pro 19 annis inde sequen., de data apud North Torrie et Halyrudhous, 1 et 28 Maii 1597,—de decimis magnis et minutis vicarie de Scuny, viz. decimis garbalibus villarum et terrarum de Eister Kilmuckis, Collistoune et Uinstoun, cum parvis decimis dicte vicarie viz. *teind-fische red and quhyt*, *wooll*, *lamb*, *stirk*, *guis*, *gryis*, *cheis*, *butter*, *hempe*, *lint and hay*, cum reliquis terris vulgo *gleibland* ad ministrum ecclesie de Scony minime designatis, cum inferiore horto, columbario, horreo, nova orientali domo inter horreum et novum orientale posticum, et cubiculo *lie northeist chalmer* inter aulam et dict. posticum ;—SOLVEND. vicario de Scony 40 lib. :—cum confirmatione dicte assedationis per regem sub secreto sigillo facta, de data apud Faulkland, 10 Aug. 1599 :—cum assignatione per dictum M. Geo. desuper facta Jeanne M'Kysoun ejus sponse, de data apud Aberbrothok, 27 Sept. 1606 :—cum juribus prorogationis dicte vicarie concessis in decreto commissionariorum pro plantatione ecclesiarum, de data 1 Jul. 1618, virtute cujus jura dict. decimarum &c. in favorem dicte Jeanne post dictos 19 annos prorogata sunt :—cum literis dispositionis per eam desuper concessis in favorem dicti M. Alexandri, de data apud Durie, 27 Apr. 1619 :—PRETEREA rex,— quia plura occurrebant operi portus de Levin adversa, uti brevia et syrtes ejus faucibus adjacentes, aditus ingentibus saxis et fluminis alveus saburra et lapidibus obstructus, quibus subveniri nisi maximis laboribus et non exiguis sumptibus non potuit,—absque prejudicio titulorum per archiepiscopos S. Andree desuper concess., de novo erexit VILLAM DE LEVIN, cum ejus domibus, acris &c.,—in liberum burgum baronie, et dictum portum in liberum portum ; cum privilegiis *in carta* 153 *contentis*, et cum altera libera nundina annuatim 27 Sept., pro 8 diebus :—INSUPER de novo dedit dicto M. Alex. dictum portum ex utroque latere dicte aque, cum *lie wrack* et *wair* tam in ostio fluminis et in ipsa aqua quam in mari et circa litus maris infra dict. terras de Levin et Scwny ; necnon hereditarium officium et privilegium coquete de Levin, ac solam potestatem custodiendi sigilla et registrum ejusdem, cum potestate levandi minutas custumas, anchoragias, *lie schoir-silver*, *dock-maill* et *ground-leve* ; cum potestate erigendi *lie bulwarkis* et *peiris* tam lapidea quam lignea, naves &c. onerandi et exonerandi, palos et annulos ferreos in continente defigendi quibus funes alligari possent tam ad navium securiorem stationem quam ad mage commodam fluminis navigationem si quando remis agi nequiret, necnon purgandi ostium et alveum fluminis, et aque cursum dilatandi vel contrahendi ; cum jure aque de Levin a dicti Alex. terris de Balcurvie ad mare, cum salmonum piscariis, albis aliisque piscationibus tam in mari et salsis aquis quam in ostio dicte aque et aliis aquis salsis vel dulcibus dicti fluminis, per cimbas, retia et cetera ingenia legibus regni non prohibita, cum dictis *lie inschis* et *schealis*, libertate edificandi *lie schealis*, *drawing*, *spredding and drying of nettis* per omnes dictas bondas, cum dictis *lie ferrie-boittis* :—INSUPER in feudifirmam disposuit dicto M. Alex., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—*lie Vicarlandis or Kirklandis* de Scwny, cum decimis garbalibus inclusis (exceptis 4 acris pro gleba ministri designatis, cum manso et habitatione), in parochia de Scwny, vic. de Fyiffe :—REDDEND. regi pro dictis privilegiis, piscariis &c., unum den. albe firme ; pro terris vicariis 6 sol. 8 den., cum ceteris debitis et consuetis, nomine feudifirme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlix. 389.

2152. Apud Halyrudhous, 15 Mar.

REX,—cum consensu &c. (208. 186.),—concessit ALEXANDRO DRUMMOUND de Carnok militi et Domine ELIZABETHE HEPBURNE ejus conjugi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredi fem. natu maxime inter eos legit. procreate absque divisione, qua def., dicti Alexandri propinquioribus et legit. heredibus masculis et assignatis quibuscunque, absque reversione,—6 bovatas terrarum de Skeoch, cum carbonibus, tenentibus &c., in baronia de Skeoch, vic. Striviling ;—necnon dictis Alex. et Eliz. in conj. infeod., et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus def., dicti

Alex. heredibus et assignatis quibuscunque, absque reversione,—edificia et croftam cum *lie Cuthill* ad sacellum seu capellaniam B. V.M. de Skeoch alias Bannokburne spectan., a decimarum solutione liberas seu cum decimis inclusis, cum communi pastura in mora de Skeoch, et jactura cespitum et glebarum pro reparatione dict. edificiorum, vic. Striviling ;—quas omnes Jac. Gairdnar de Skeoch, cum consensu Jonete Forrestar conjugis sue, et Joannis Sherar mercatoris burgen. de Striviling donatorii sue eschaete et vitalis redditus, resignavit :—TENEND. in feudifirma :—REDDEND. pro dictis 6 bovatis 12 libras, et 12 bollas hordei, cum 20 solidis et bolla hordei in augmentationem rentalis ; ac duplicando dict. feudifirmam in introitu heredum ; necnon sustentando mansionem cum politiis solo corresponden. ; —pro ceteris 4 mercas, cum 2 sol. 6 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ; — et observando cetera in originalibus cartis contenta ; et solvendo 20 sol. nove augmentationis :— PRETEREA rex ratificavit cartam de data 5 Sept. 1610, per Alex. Auchmowtie suum servitorem cum consensu Margarete Mackesone ejus matris factam dicto Jac. Gairdnar, et heredibus inter eum et dictam Jonetam procreatis, quibus def., heredibus et assignatis dicti Jac. quibuscunque, absque reversione,—de dictis edificiis et seqq. ;— TENEND. de rege :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlix. 419.

2153. At Hamptoun-court, 15 Mar. JAMES &c. :—forsamekill as it hath bene the gude plesure of the Almightie God to beautifie, inrich and blis our kingdome of Scotland in divers pairtis thairof with numberis of mynes and minerallis of all kyndis and qualities, quhilkis hithertill hes lyin and still lyes obscure and hid within the bowellis and centre of the earth, be reassoun that no cair nor diligence hes bene tane for discoverie of the saidis mynes as is done in other pairtis and kingdomes quhair the industrie and diligence of men in matteris of this kynd hes produceit both reputatioun and wealth to these pairtis,—the consideratioun quhairof hes moveit our richt traist cowsing and counsellar THOMAS ERLE OF KELLIE vicount Fentoun to enterprys the searche and discoverie of the mynes of allum within our said kingdome with a constant purpose to prosecute that wark sa far as the industrie of men or the advancement of moneyis will affoord him probable occasiounis, and of this his project he hes maid ane offer to ws,—and we have not onelie accepted and with very great contentment acceptis the saidis offeris but with that ar very weill disposed to assist &c., and for this effect we have alreadie enterit in conditioun with our said cousing concerning the said work as in the indentur betuixt ws and our said cousing at lenth is conteinit,—thairfoir we, with advyse and consent &c. (166. 209. 177.), and also with consent of Thomas erle of Melros lord Binning president of our counsell and secretar of our said kingdome and maister of the hail mynes, mettallis and minerallis within the same, set and in tak and assedatioun let to said Tho. erle of Kellie, his airis and assigneyis, for 31 yeiris following the daitt heerof,—all and sindrie the mynes of allum within our said kingdome of Scotland and haill dominiounis thairof quhair they may maist convenientlie have coill and kelp for working and making of the said allum ;—geveand to thaim full power to break the ground and to mell and intromett with the haill allum quhilk salbe fund within the saidis mynes, and to dissolve, melt and fyne the same and us and dispone wponn thair awin pairtis thairof as they sall think expedient, and for this effect either to sell the same within our said kingdome or to transport the same beyond sea and that without payment of any custume to ws of the same ;—and tuitching our pairt of the said allum quhilk wilbe the tent pairt, that they behave themselfes thairanent according to the precise rule sett doun in the said indenture ; —and becaus the said work will not onelie requyre a great stock bot the help of divers persone to be joyned in one societie, thairfoir we give full power to thaim to adjoyne in societie with themselfes als many persones, alsueill strangeris and forreineris as our native borne subjectis, as they sall think expedient fra tyme to tyme ;—lyk

as we for ws and our successoris promeis in the word of a prince to ratifie all sic writtis as they sall mak to the persones quhom they sall associate with them in the saidis workis, and that without payment of any compositioun or uther dutie quhatsumever;—and generallie to use all utheris liberties &c., sua far as they may stand and agree with our actis of parliament and lawes of Scotland:—PAYAND yeirlie the just tent pairt of the haill allum that sall aryse furth of the saidis mynes, quhilk tent pairt salbe delyvered uponn the ground quhair the same salbe fund in sic qualitie as the same sall happen to be gotten furth, but any deductioun of workmenis feies or uther charges quhatsumever; quhilk tent pairt we sall caus be receaved at sic tymes as they upon the premonitioun of 60 dayes sall give warning to our thesaureris or thair deputis that of our tent pairt thair ar ten tune weight thairof layit above the grund; quhilk 60 dayis being bypast and the saidis ten tunnes not receaved, it salbe lawfull to the said erle &c. to sell and dispone thairuponn at their pleasure; with this speciall provisioun, that they mak just compt, reckoning and payment to ws of the haill frie money quhilk they sall receave for the saidis ten tunnes, the expensis to be debursit on the schipping thairof and sending of the same out of our said kingdome being alwayes deduceit, and that uponn the said erle and his forsaidis oathis of veritie solemlie gevin that they have sauld the said allum at als high a rate and that they have made als great benefite thairof to ws as they have made to themselfis of the lyk quantitie and proportion of their awin allum:—and it is speciallie provydit that the said erle &c. salbegin this said work within the space of ane yeir nixt after the daitt heerof; and incais it sall happen the said erle &c. to leave the same and suffer the same to ly idle and ceis without a lawfull caus qualifieit be them, they salbe haldin to enter againe the saidis mynes and to prosecute the working thairof wponn six monethis warning, at such one of the saidis mynes as they sall have last wroght into; and give they failyie theirintill, they sall forfeite and tyne this their tak:—and we have taken and be thir presentis tak the said erle and his associates als weil strangeris as native borne subjectis, their servantis, workmen, guidis and geir, under our speciall protectioun, to be unhurt, troublit or molestit utherwayis nor be order of law:—and we, considering that many disordouris and enormities doth commounlie fall out at such workis quhair numberis of people of divers countreyis and humouris ar attending, makis and constitutis the said erle of Kellie and his airis, and thair deputis to be nominat be them for quhom they salbe anscherabill,—our justices in that pairt; grantand to them full power to searche, seek and apprehend all and sundrie persones quho sall have any kind of service and dependance at the saidis workis and quho sall happin to commit any offence at the saidis workis or within the boundis thairof punischeabill be the law in lyf or member or be wairding, scourgeing, laying in the stockis or such uther arbitrarie punischement anscherabill to the nature and qualitie of the offence, and to put and deteine them in sure firmance ay and quhill justice be ministrat wponn them conforme to the lawis of this kingdome; and for this effect to caus mak and to hald and have stockis, joggis, prissounhousis, pitt and gallous, as also courtis of justiciarie at tymes and places convenient to hald &c.

P.R. ii. 133.

2154. Apud Halyrudhous, 16 Mar.

REX concessit JOANNI DOMINO DE BALMERINOCHE, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras et *lie* Maynes de Ballumbie cum fortalicio et manerie, molendinum de B. cum ejus terris &c., advocationem rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Barrie ac vicarie pensionarie ejusdem, terras de Inverpeffer cum tenentibus &c., vic. de Forfar; cum advocatione rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Auchterhous unius regis communium ecclesiarum existen., et rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Monyfuithe, et rectorie et vicarie de Ballumby;—quas Jac. dom. de Coupar, filius et heres inter quondam Jac. dom. de Balmerinoche et quond. Dominam Marjoriam Maxwell ejus sponsam

legitime procreatus, resignavit; et quas rex incorporavit in unam tenandriam de Ballumby, ut unica sasina apud fortalicium de B. capienda pro omnibus staret:—REDDEND. unum den. argenti nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlix. 238.

2155. Apud Halyrudhous, 16 Mar. REX,—cum consensu &c. (209. 177.),—confirmavit JOANNI RATTRAY, filio et heredi quondam Joannis R. infrascripti, cartam quondam Davidis com. Crawfurdie domini Lyndsay,—[qua,—cum consensu (quondam) Patricii Lyndsay patrui sui, (quond.) Alexandri Lyndsay de Vayne et (quondam) Joannis Lyndsay de Evelich, curatorum suorum,—in perimpletionem contractus de data presentium, vendidit (quondam) JOANNI RATTRAY in sua occidentali foresta de Alicht, heredibus ejus et assignatis,—terras suas occidentalis foreste de Alicht nuncupat. Blakhall (per eum occupatas), silvam suam ibidem et terras infra limites ejusdem, in baronia de Alicht, vic. Perthe:—REDDEND. dicto Dav. unum den. albe firme:—cum clausula warrantizationis ad manus Domine Margarete Betoun matris dicti Dav., domine rationabilis tertie dict. terrarum:—cum precepto sasine directo Davidi Lyndsay de Kynnettillis:—TEST. Davide Lyndsay de Barnyairdis, Geo. Ramsay de Banff, Wil. Duncane burgen. de Dundie, Tho. Auchinleck, Alex. Wedderburne, Jo. Robesoun, notariis publicis:—Apud burgum de Dundie, 25 Maii 1577]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlix. 242.

2156. Apud Halyrudhous, 16 Mar. REX,—cum consensu &c. (209. 177.),—confirmavit cartam factam per quondam And. Hering de Glasclune, D. Davidem H. de Lethindie militem feodatarium de Glasclune ejus filium et heredem apparentem, et And. H. de Caleis filium secundogenitum dicti And. senioris,—[qua, cum consensu Barbare Stewart sponse dicti And. junioris,—pro perimpletione contractus de data presentium, ac pro 500 lib. persolutis,—ad feudifirmam dimiserunt ROBERTO FERGUSSONE alias M'INNES in Wester Dalnabreik (postea in Calie), heredibus ejus et assignatis quibuscunque illo non majoris potentie, irredimabiliter,—solarem tertiam partem terrarum et ville de Wester Butteris-Calie per currentem rigam, cum ejus moris, piscationibus, *lie girssingis* et *schealdingis* (per Finlaum Bell occupatam), vic. Perthe:—REDDEND. dicto And. seniori, et post ejus decessum dicto Dav., 5 merc., et 8 pultreas *lie cok* et *hen*; cum astrictione granorum in molendino de Munkis-Calie molendorum pro solutione *lie peck* de sex firlotis pro multura, cum *lie knaifschipe* consueto; et interessent in 3 capitalibus curiis super terras de Caleis vel apud palatium de Lethindie vel Glasclune, sub premonitione 7 dierum apud eorum domum habitationis vel palam apud ecclesiam parochialem de Blair in Gowrie die Dominico ante meridiem tempore contionis vel precum publicarum; necnon equitando et ambulando propriis sumptibus cum superiore tempore bellorum regis, et cum superiore sumptibus superioris in omnibus honorabilibus actionibus cum rogati essent; et duplicando feudifirmam pecunie in introitu heredum aut assignatorum; et si dict. terras alienarent, primo eas superiori offerrent; et si in solutione dicte summe defecissent per tres terminos in quartum concurrentes, hec locatio expiraret:—cum precepto sasine directo And. Fleming alias Reid in Balmyle:—TEST. Joanne Drummond de Blair, Jac. Aysone de Arthurstane, Laurentio et Pat. Heringis filiis legit. dicti And. senioris, Laurentio Mulloch et Jac. Gray et Jac. Fargussone in monte de Caleis, Donaldo Cargill notario publico:—carta scripta per Jo. Cargill filium legit. dicti Donaldi:—Apud Glasclune et Calie, 6 et 9 Nov. 1605]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlix. 243.

2157. Apud Halyrudhous, 16 Mar. REX,—cum consensu &c. (209. 177.),—confirmavit cartam factam per quondam And. Hering de Glasclune, Davidem H. feodatarium de G. ejus filium et heredem apparentem, et And. H. de Caleis filium secundogenitum dicti And. senioris,—[qua, cum consensu &c. (*ut in carta* 2156),—pro perimpletione contractus de data presentium, ac pro 500 lib. persolutis,—ad feudi-

firmam dimiserunt (quondam) ANGUSIO FARGUSSONE alias M'INNES in Eister Butteris-Calie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque illo non majoris potentie, sine reversione,—quarteriam terrarum (et ville) *lie* Eister Butteris-Calie (intra bondas specificatas), cum moris, piscationibus, *lie girssingis* et *schealingis* (per eum occupat.), vic. Perth :—REDDEND. dicto And. seniori, et post ejus decessum dicto Dav., 50 sol., et 6 pultreas *lie cok* et *hen*; cum astrictione &c.(*cum ceteris ut in carta* 2156) :—cum precepto sasine directo Alex. Stewart in Ballintimes :—carta scripta per Geo. Fargussone servitorem Donaldi Cargill notarii publici :—TEST. Jac. Scrymgeour de Fardill, Jac. S. ejus filio et herede apparente, Wil. Meik in Eister Butteris-Calie, Jac. Robertsone alias Reache ibidem, dicto Geo. Moresone, Jac. Forrester, Donaldo Cargill, notariis :—Apud Glasclune, 19 Nov. 1603]: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlix. 244.

2158. Apud Halyrudhous, 16 Mar. REX,— cum consensu &c. (209. 177.),— confirmavit cartam factam per quondam And. Hering de Glasclune, Davidem H. feodatarium de G. ejus filium et heredem apparentem, et And. H. de Caleis filium secundogenitum dicti And. senioris,—[qua, cum consensu &c. (*ut in carta* 2156),—pro impletione contractus de data presentium, ac pro 1000 lib. persolutis,—ad feudifirmam dimiserunt JACOBO ROBERTSONE alias Reache in Eister Butteris-Calie, in vitali redditu, et JOANNI ROBERTSONE alias Reache ejus filio, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque illo non majoris potentie, hereditarie, absque reversione,— orientalem dimidietatem terrarum et ville *lie* Eister Butteris-Calie (intra bondas in vulgari specificatas), cum moris, piscationibus, *lie schealingis* et *grissingis* (per dictum Jac. et Alex. Valentyne ejus subtenentem occupat.), vic. de Perthe :—REDDEND. dicto And. seniori, et post ejus decessum dicto Dav., 5 lib., et 12 pultreas *lie cok* et *hen*; cum astrictione &c. (*cum ceteris ut in carta* 2156) :—cum precepto sasine :—TEST. Jac. Scrymgeour de Fairdill, Jac. S. ejus filio et herede apparente, Angusio Fargussone alias M'Innes in Eister Butteris-Calie, Wil. Meik ibidem,Geo. Moresone scriba in Kirktoun de Rettray, Jac. Forrester (scriptore carte), Donaldo Cargill, notariis :— Apud Glasclune, 19 Nov. 1603]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlix. 245.

2159. Apud Halyrudhous, 16 Mar. REX,—cum consensu &c. (209. 177.),— confirmavit cartam factam per quondam And. Hering de Glasclune, D. Davidem H. de Lethindie militem feodatarium de Glasclune ejus filium et heredem apparentem, et And. H. de Caleis filium secundogenitum dicti And. senioris,—[qua, cum consensu &c. (*ut in carta* 2156)—pro impletione contractus de data, ac pro 500 lib. persolutis, —ad feudifirmam dimiserunt (quondam) JOANNI MAKAIN VICINLAY in Wester Bleatoun, et JONETE FARGUSSONE alias M'INNES ejus conjugi,— occidentalem tertiam partem terrarum et ville de Wester Butteris-Calie per currentem rigam, cum moris, piscationibus, *lie girssingis* et *scheallingis* (olim per quond. Jo. Bell occupat.), vic. Perth :—TENEND. dictis Jo. et Jon. in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Jo. quibuscunque illo non majoris potentie, irredimabiliter :—REDDEND., cum precepto, TEST. &c. *ut in carta* 2156]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlix. 251.

2160. Apud Regiam Maneriem de Quhythall in Anglia, 16 Mar. REX,—cum consensu &c. (155. 214. 175.), —concessit et de novo dedit M. WILLELMO KELLIE scribe signeto suo et burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis, irredimabiliter,—terras et villam de Eist Barnis (occupatas per Jo. Brysoun, Wil. Maislet et Jo. Gullan, solventes quemque 52 bollas 2 peccas, ½ tritici et ½ hordei, Geo. Smyth, olim Geo. Maislet tunc Wil. Sympsone, . . Purves, olim Wil. Wolf tunc Jo. Smyth, et Jo. Purves, solventesquemque 26 bol. 1 pec. tritici et hordei), terras et villam de Newtounleyis (occupat. per M. Jo. Achesone et olim Wil. Nisbet ibidem, solventes 96 bollas 4 pec., ½ tritici et ½ hordei), terras *lie* Rig et Fluiris (occupat. per Wil. Kellie thesaurarium burgi de Dum-

bar, solven. 33 bol. 1 pec., ½ tritici et ½ hordei), extenden. ad 26 celdras victualium, cum feudifirmis, tenentibus &c., in parochia de Dumbar, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—quas Jo. vicecomes Hadingtoun dom. Ramsay, olim denominatus D. Jo. Ramsay de Eist Barnis miles, apud Halyrudhous resignavit:—PRETEREA rex ratificavit cartam per dictum vicecomitem factam dicto M. Wil. de suprascriptis, de rege tenendis, de data 29 Nov. 1619:—REDDEND. unam rosam rubeam 5 Aug. nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlix. 380.

2161. Apud Halyrudhous, 16 Mar.
REX,—cum consensu &c. (208. 175.),—concessit JACOBO KYNNINMONTH portionario de eodem, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—cottagiam terre in *lie* Bondhalf de Auchtermuchtie cum toftis &c., cum jure communie in monte de Auchtermuchtie et terris *lie* Quhytfeild, in senesc. et vic. de Fyiff; cum decimis garbalibus dictarum terrarum;—quam M. Geo. Stirk cum consensu Jonete Gardin matris sue resignavit:—REDDEND. pro toftis, domibus et hortis servitium burgi debitum et consuet.; pro decimis unum den. albe firme; pro ceteris 6 sol. 8 den., 1 firlotam ½ peccam avenarum, ¼ pecce tritici, 7 pultreas, et 4 den. augmentationis, nomine feudifirme; una cum duplicatione feudifirme in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlix. 420.

2162. Apud Halyrudhous, 16 Mar.
REX,—cum consensu &c. (207. 175.),—confirmavit cartam Joannis dom. Borthuik,—[qua, virtute literarum obligatoriarum de data .. 1616,—cum consensu Willelmi domini de Kilmaweris, Willelmi domini de Cranstoun, D. Willelmi Seytoun de Killismure militis, Jacobi Borthuik de Newbyres, Cuthberti Borthuik incole burgi de Edinburgh, et Davidis Borthuik, ad quorum instantias ipse interdictus est,—ad feudifirmam dimisit JOANNI DAVIE filio legit. quondam Thome D. in Hereothous, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, absque redemptione,—terram suam husbandiam de Hereothous alias Oistlarhous vocat. (per Mich. Moffett occupat.), cum pastura totidem *lie sowmes* in terris et villa Hereott sicuti aliqua alia terra husbandia ville de Hereothous habuit, necnon terram husb. in fine orientali ville de Hereot (per dictum Mich. et Wil. Scott occupat.), cum pastura summarum eidem spectante, cum privilegio educendi et reducendi *lie sowmes* animalium ad dictas 2 terras husb. spectantium ad dictam domum *lie* Oistlarhous a terris et villa de Hereott, cum libero ingressu ad *lie commoun* de Hereott, tam pasture quam potestate petarii, turbarii et *lie faill* et *devott* ducendi per terras et villam de Hereott et Sc(h)ostanes ad dict. domum, jacen. in baronia de Borthuik per annexationem, vic. Edinburgh; pratum et terras arabiles contiguas cum eodem sub dicti Jo. D. domo de Hereothous (juxta torrentem *lie* Hangitschaw-burne alias Littill Gallow), per dictum Mich. occupatas:—REDDEND. dicto dom. Borthuik pro prima terra husb. 50 sol., pro altera 50 sol., pro prato &c. 10 sol., in toto 5 lib. 10 sol.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine:—TEST. (ad subscriptionem dicti dom. B.) Jo. Ros scriba signeto regio, Jo. Ryssie ejus servitore (scriptore carte); (ad subscriptionem dicti dom. Cranstoun) Alex. Aikinheid mercatore burgen. de Edinburgh, Jac. Borthuik juniore de Lochhill, D. Jo. Cranstoun, M. Mich. Cranstoun ministro de Crawmond, Jo. Cranstoun servitore dicti dom. C.:—Apud Edinburgum, 5 Aug. 1616]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlix. 423.

2163. Apud Halyrudhous, 17 Mar.[1]
REX,—cum consensu &c. (208. 186.),—ratificavit concessionem et novam donationem per Jo. archiepisc. Sancti Andree, cum consensu capituli S. Andree, factam JOANNI M'KIESONE clerico burgi de Craill, et CATHERINE PHILP ejus conjugi, — de terris de Hiltarvett, cum manerie, lacu, tenentibus &c., in regalitate S. Andree, vic. Fyffe;—super resignatione Davidis Huntar olim de Hiltarvett et

[1] Dated an. reg. 53 et 18. Placed here according to the regnal year. The same discrepancy occurs in *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xc. fol. 264 verso.

